



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



A 827,528





DG
83.5
A1
B6!

ANNOTATIO
AD
NOTITIAM DIGNITATUM
ET ADMINISTRATIONUM
OMNIUM
TAM CIVILIUM QUAM MILITARIUM
IN
PARTIBUS OCCIDENTIS.

PARS POSTERIOR.
ANNOTATIONEM AD CAPITA XXIII...XLVI.
CONTINENS.

BONNAE
PROSTAT APUD ADOLPHUM MARCUM.
A. MDCCL.

4801

CAPVT XXIII.

PAGG. 76...85.] Series capitum XXIII...XXIX. ab ea enumeratione quae supra bis, p. 4*. γγ. 19...24. et p. 23*. γγ. 4...9. posita est, differt, qua de caussa utrum pari omnes hi Comites militares, rei militaris s. rei castrensis, dignitate fruerentur nec ne, in dubio relinquendum est: nam non omnes parem dignitatem habuisse, ex L. un. Th. C. de Comitib. et Tribunis scholar. VI. 13. probari potest. Regula quidem, quam haec quoque Notitia sequi solet, ea est, ut qui prior dignitate sit, priore loco recenseatur, nisi ubi quasi ascensionis gradus, ut in inscriptionibus saepissime fit, referuntur; unde colligas Comitem Africae Comitem Britanniae superasse dignitate, sive certe si quis Comes Africae proveheretur, non factum fuisse Comitem Britanniae; sed ecce tibi, Valentiniiani imp. pater Gratianus maior „post dignitatem Protectoris atque Tribuni Comes praefuit rei castrensi per Africam, . . multo postea pari potestate Britannum rexit exercitum“, ut Ammian. XXX. 3, 7. memoriae tradidit. Ceterum de horum Comitum, de quibus superiore commentario ad cap. VII. et ad Not. Or. cap. XXV. sq. disputavimus, dignitate, privilegiis, muneribus administrationibusve diversis satis in universum ex titulis Th. C. VI. 13...18., Iust. C. XII. 11...14. cum L. 2. Th. C. de off. rector. provinc. I. 16. et cum L. 3. Th. C. de erog. mil. ann. VII. 4. atque ex hac Notitia constat. De Comitibus Illyrici (occidentalis) atque Hispaniarum* h. l. omissis supra p.

) Comites Hispaniarum in Idatii Chronico inde a Theodosio II. ad Anthemium usque enumerantur Asterius, Sebastianus, Censorius, Fronto, Mansuetus, Rechimer, Suniericus, Nepotianus, Agrippinus Gallus, Aegidius. quae nomina ad p. 37. γ. 14. adnotanda erant, ut Arbogastis, Galliarum Comitibus qui *τὴν στρατιωτικὴν εἰς ἀρχὴν ἑαυτὸν περιέστησε βασιλέως οὐ δεδωκότος*, de quo impr. Zosim. IV. 53. sqq. et Idat. ad a. 387. conferendi sunt, ad p. 210*.

277*. sq. 286*. sq. egimus. Pancirolus, ut solitus erat, eam omissionem ex barbarica occupatione Illyrici Hispaniarumque explicandam esse opinabatur.

PAG. 76.] Comites Africae, quorum nomina, maximam partem etiam apud Morcellium suo quacque anno memorata, col-legi, hi sunt *: 1) *Leontius* (cf. Morcell. II. p. 225.) anno 320.: Anonym. post Optat. Milev. Pini p. 190. „Res apud Carthaginem gesta est . . . assentiente Leontio Comite, Duce Ursacio, Marcellino tunc Tribuno, diabolo tamen omnium istorum consiliatore existente“. 2) *Tiberiano Comiti per Africam* inscripta est L. 1. Th. C. quem ad m. mun. civ. XII. 5., a. 326. data; ad *Annum Tiberianum Comitem* sequenti a. data ac *proposita Karthagine* L. 15. Th. C. de decurionib. XII. 1. Idem, ut videtur, postea Hispaniarum Comes factus est; cf. p. 460*. i. f. 461*. 3) *Taurinus* a. 346. sec. Optat. de schism. Donat. III. 4. 4) *Silvester* a. 348. sec. eund. Optat. 5) *Cretio* a. 361. sec. Ammian. XXI. 7, 4. XXVI. 5, 14. 6) *Romanus*, aliena invadendi cupidus, „qui venturi providus transferendaeque in alios invidiae artifex **, saevitia morum multis erat exosus“, memoratur ad a. 368. Ammian. XXVII. 9, 1., qui ad a. 370. cum Comitem per Africam recens provectum appellat XXVIII. 6, 5., et ad a. 371. tribunum Vincentium eius vicem curasse „incivilitatis eius participem et furtorum“ refert XXIX. 5. Ad eundem *Romanum Comitem Africae* a. 372. data est L. 13. Th. C. de divers. offic. VIII. 7. Perperam Zosimi IV. 16. verba τὴν Ῥωμανοῦ πλεονεξίαν τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἔχοιτο; ἐν Μαυρουσίοις ἀρχὴν post Leunclavium editores interpretantur „avaritiam Romani, qui apud Mauros Magistri Militum officio fungebatur“: τῆ στρατιωτικῆ

*) Titulus Romanus ap. Gruter. 347, 8. male habitus est: AENILIAE | ANDRONICENIS. C. ET. SPECT | F. NEPTIS. VRBIS. PRAEFECTI. FILIAE. COMITIS. AFRIC. NVRVS. COMITIS. ORD. PRIM. ISAVRIAE | DVCIS. COMIVGIS. COMITIS. SACR. | LARGITIONVM. INLYSTRIS.

**) Cf. e. gr. de diplomaticis istius hominis sceleribus Gothofr. ad L. 6. Th. C. de legat. et decr. XII. 12., Morcell. ad ann. 369.

ἐν Μαυροσίοις ἀρχή est Rei militaris sive Castrensis per Africam Comitatus. Quasi contrario errore Oros. VII. 33. Theodosium, Theodosii I. imp. patrem, Magistrum Equitum, ad debellandum Firmum in Africam missum (Ammian. XXIX. 5, 4.), Comitem vocat, ubi eius interitum enarrat. 7) *Gratianus* maior, de quo rei castrensi per Africam (ante a. 375.) eum praefuisse paullo ante diximus. 8) *Gildo*, Comes et Magister utriusque militiae. cf. supra p. 380*. et Iornand. de regn. succ. ap. Murator. scr. rer. Italicar. I. p. 238.; utrum eiusdem frater atque inimicus *Mascezel* (*Mascizel* Ammiano, *Mascezel* Claudiano, *Mascezil* Orosio, *Μασκέλληλος* Zosimo *Mascelzer* Iornandi) Comitis an alia dignitate exornatus contra fratrem a Stilichone missus fuerit, veteres scriptores non expresserunt. Gothofredus (Not. Dign. Th. C. p. 28.) *Marcharidum* proscriptum, de quo L. 18. Th. C. de bon. proscr. IX. 42., post Gildonem Comitem factum esse suspicatus est. sed 9) Augustinus (de civ. dei XVIII. c. 54.) de consulatu Manlii Theodori (a. 399.) „interim“ inquit „in civitate notissima et eminentissima Carthagine *Gaudentius* et *Iovius* Comites imperatoris Honorii quarto decimo kalendas Aprilis falsorum deorum templa everterunt et simulacra fregerunt“. atque ipsi imp. Arcadius et Honorius L. 3. Th. C. de equor. collat. XI. 17. quae a. 401. emissa est, *Gaudentii viri clarissimi Comitis Africae*, postea Vicarii Africae (cf. p. 448*. i. f.) facti, mentionem iniecerunt. *Iovius* autem ille idem fanaticus Christianus fuisse videtur, ad quem cum a. 409. Praefectus praetorio esset, L. 19. Th. C. de Iudaeis XVI. 8. emissa est. cf. de eo Zosim. VI. 8. 12. et Gothofr. prosopogr. Th. C. p. 61. Utrumque autem Comitem simul per Africam rei militari praefuisse credibile non est: *Iovius* eo tempore Tingitaniae Comitatum habuisse fortasse censendus est. Gothofredianae de *Marcharido* opinioni refragatur etiam 10) ipsa cit. L. 18. Th. C. de bonis proscr. quae a. 401. *Bathanario Comiti Africae* data est, leviro Stilichonis, τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ Λιβύῃ στρατιωτῶν [ἡγουμένῳ] sec. Zosim. V. 37. Post quem occisum 11) [a. 408.] Ἡρα-

κλειανῷ παρέδωκε [imperator] τὴν ἀρχήν, αὐτόχειρι Στελίχωνος ὄντι καὶ ταύτην ἔπαθλον τὴν τιμὴν δεξαμένῳ. eidem *Heracliano* Comiti Africae data est a. 410. L. 51. Th. C. de haeret. XVI. 5., sed post aliquot annos hostis publicus idem iudicatus est L. 21. Th. C. de poenis IX. 40., atque a. 413. Honorius Theodosiusque L. 13. Th. C. de infirm. his quae sub tyrann. XV. 14. emiserunt hanc: „Heracliani vocabulum nec privatim nec publice ulla memoria teneat, ideoque summovenda esse censemus quaecunque sub eo gesta esse dicuntur. Libertates quoque, quoniam certum est scelere eius sollennitatem consulatus esse pollutam, in melius revocamus, sciatque dominorum voluntas iterandum esse quod illo auctore advertit stare non posse...“. Attamen iidem ipsi imperatores a. 415. citatam L. 51. Th. C. de haeticis cum eadem inscriptione *Heracliano Comiti Africae* repetierunt L. 56. ibid. Saevissimum tyrannum Heraclianum vocat etiam Hieronym. ep. 130. ad Demetriadem. De eius proditione, consulatu atque interitu etiam Zosimus VI. 7. sqq., Oros. VII. 42. atque Marcellini Idatiique chronica conferri possunt. Contra hunc missus est 12) quidam *Constans*, ut Zosimus VI. 7. rettulit, cum Alarichus cum universo fere senatu *Drumam* in Africam mitti voluissent. cf. ibid. et c. 12. Successit 13) *Marinus*, a. 413., de cuius saevitia cf. Augustin. epist. 151., Oros. l. c. Quo revocato a. 414. successisse 14) *Maurianum*, cui eo anno data est L. 1. Th. C. de venat. ferar. XV. 11. inscripta *Comiti Domesticorum et vices agenti Magistri Militum*, etiam Morcellius opinatus est. 15) *Bonifacium* Placidia universae Africae Comitem fecit: Procop. B. Vandal. I. 3. cf. Prosp. Aquit. et Idat. Chronic. I. p. 654. sqq. II. p. 22. ed. Roncall., Olympiodor. ap. Phot. cod. 80., Morcell. ad ann. 422. sqq. 427., Gibbon. c. 33., Niebuhrii *Vorträge üb. Röm. Gesch. herausg. v. Isler* III. p. 335. sq. 16) *Sigisvulto* a. 427. belli contra Bonifacium coepta cura translata est, ut Prosp. Aquit. l. c. p. 655. habet. cf. Morcell. ad a. 428. 17) *Darius* denique a Placidia Comes missus est, ad quem Augustin. a. 429. epist. 229. scripsit, quam sequitur in edit. Darii re-

sponsum. Post hunc Africa barbaris permissa est. Iustinianus autem cum receptam denuo ordinaret, Comitum mediam inter Magistros Militum Ducesque dignitatem aequae ac Vicariorum inter Praefectum praetorio atque provinciarum praesides olim interpositam omisit, sed quinque Duces per novam Praefecturam praetorianam Africae milites regere constituit, ut p. 157*...162*. expositum est. — Karthagine Comites Africae sedem ordinariam habuisse, potius ex rerum ab ipsis gestarum enarrationibus, quam quod cit. L. 15. Th. C. de decurionibus subscriptum est, eam Carthagine propositam esse, colligimus.

De singulis Numeris Comiti Africae subditis, Auxiliis Legionibusque tam palatinis quam comitatensibus, Pseudocomitatensibus ac Vexillationibus comitatensibus vide cap. VII. §. I. F. §. II. C. p. 38*...40*. et cf. tabulas synopticas p. 217*. sqq. 272*. exhibitas.

PAG. 76*. §. 2.] *Comes Aphricae* A, *Comes Affrice* C. ac eius insignia. add. et. In castellorum nominibus inscriptis ita a nostro exemplo discrepant priora :

— a] Inscriptionem libri mandatorum dedi ex A; dec habent FL. | INTALL | COMORD | PR.

— b] *Chamalensis* C, *Thamallensis* dec.

— f] *Tübümensis* A, *Tubiniensis* C.

— h] *Tübüsubditä* C, *Tubusubditani* C, *Tubusubditä* dec.

— i] *Thamalomensis* C.

— k] *Balaretani* Cdec.

— l] *Colünacensis*.

— o] *Tilibareses* C, *Tillibarensis* Cdec.

— p] *Tangenses* AC, *Tagenses* C.

— q] *Bidenses* ACE.

— r] *Badenses* ACE.

— §. 10. ad rubricam quae sic scribenda est: SVB DISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS COMITIS AFRICAE LIMITANEI]: *spectabilis* dec. Spectabilem fuisse extra dubium est: cf. etiam supra p. 38*. §. 7. p. 39*. §. 21. et pag. seq. §. 17., L. 3. Th. C.

τῶν ἐσχατῶν τῆ Διοκλητιανοῦ προνοία . . . πόλεσι καὶ φρου-
 ρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης καὶ παντὸς τοῦ στρατιωτικοῦ
 κατὰ ταῦτα τὴν οἰκῆσιν ἔχοντος, ἄπορος τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ
 διάβασις, πανταχοῦ δυνάμεως ἀπαντώσης τοὺς ἐπιόντας ἀπώ-
 σασθαι. καὶ ταύτην δὴ τὴν ἀσφάλειαν διαφθείρων ὁ Κων-
 σταντῖνος τῶν στρατιωτῶν τὸ πολὺ μέρος τῶν ἐσχατιῶν ἀπο-
 στήσας ταῖς οὐ δεομέναις βοηθείας πόλεσιν ἐγκατέστησε καὶ
 τοὺς ἐνοχλουμένους ὑπὸ βαρβάρων ἐγύμνωσε βοηθείας καὶ
 ταῖς ἀνειμέναις τῶν πόλεων τὴν ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπέ-
 θηκε λύμην, δι' ἣν ἤδη πλεῖσται γέγονασιν ἔρημοι, καὶ τοὺς
 στρατιώτας ἐκδόντας ἑαυτοὺς θεάτροις καὶ τρυφαῖς ἐμαλακίσε,
 καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν τῆς ἄχρι τοῦδε τῶν πραγμάτων ἀπωλείας
 αὐτὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τὰ σπέρματα δέδωκε“. *Supra veritatem
 autem fidem Zosimus Constantinum vituperavit, ut apertissime
 haec Notitia Digrn., sed et Eugippii in vita S. Severini hic
 locus probat: „Per idem tempus quo Romanum constabat
 imperium multorum milites oppidorum pro custodia limitis
 publicis stipendiis sublevabantur. qua consuetudine desinente
 simul militares turmae sunt deletae“ et r. Imprimis ad hunc
 d. q. a. locum pertinet Theodosii Valentinianique AA. consti-
 tutio, Nomo Magistro Officiorum a. 443. data, quae „de ambitu
 et locis limitaneis inibi redhibendis“ inter Theodosianas Novellas
 tit. XXIII., apud Haenel. p. 102. sqq. legitur, haec: „Cum nulla
 paene res adeo parva sit, quae non plurimum provisionis de
 nostra clementia consequatur, praecipuam limitibus curam im-
 pertiendam esse censemus, quibus maxime communitur uni-
 versa res publica. Haec enim una res diligentissime procu-
 rata multarum nos rerum sollicitudine relaxabit, nec singulis
 cogemur adhibere medicinam, si generali remedio cuncta sa-
 nemus. §. 1. In primis itaque duces limitum, et praecipue
 quibus gentes quae maxime cavendae sunt, appropinquant,
 iudicio nostrae clementiae provehi volumus, quorum integri-
 tatem, fortitudinem, vigilantiam prolata rerum documenta
 commendant: capitali poena videlicet ambitus libidine restin-
 guenda. Eos igitur quos nostra aestimatio, sicut iam dictum*

est, promovendos esse censuerit, in ipsis plerumque limitibus commorari, et milites ad antiquum redigere numerum imminentibus magisteriis potestatibus diuturnisque eorum exercitationibus inhaerere praecipimus. Castrorum quin etiam ipsis lusoriarumque pro antiqua dispositione curam refectionemque mandamus. §. 2. Quibus cum principe castrorumque praepositis pro laborum vicissitudine limitanei tantum militis duodecimam annonarum partem, distribuendam videlicet inter eos magisteriae potestatis arbitrio, deputamus. De Saracenorum vero foederatorum aliarumque gentium annonariis alimentis nullam penitus eos decerpenti aliquid vel auferendi licentiam habere concedimus. Sciant plane, quod, si quid amplius quam eis ex nostra auctoritate statutum est, audeant usurpare, utpote sacrae pecuniae violatores et ipsi, facultatibus suis tui culminis dispositione limitibus assignandis, poenam gladii sustinebunt: et qui tanti flagitii vel potius proditionis publicae ministros participes se dederint, pari supplicio subiacebunt, nullum effugium nec sacra annotatione, nec lege pragmatica divinisve mandatis, nullam spem salutis habituri. §. 3. Viros autem illustres magistros militum priorem integritatem suae administrationis imituros in posterum quoque ab omni limitaneorum militum ac foederatarum gentium concussione temperaturos suaque officia prohibuituros esse confidimus. quod si quid huius modi fuerit perpetratum, apparitiones quae his obsequuntur, quadrupli solutionem agnoscere iisdem addicendam limitibus imperamus: id enim ipsis quoque viris eminentissimis magistris militum amicis esse non dubium est, qui semper omnia sua compendia pro salute rei publicae contempserunt: quis enim dubitat eos communem statum suis opibus praelaturos, qui defensione strenua bellicisque conflictibus imperium nostrum suo saepe sanguini praetulerunt? universis videlicet qui hoc nefandum atque illicitum facinus perpetrare tentaverint, adeo tam sacrae annotationis quam legis pragmaticae mandatorumque nostrorum subsidio, etsi aliqua forsitan obreptione meruerint, excludendis, ut neque

a *Zuchi* oppido ad cognominem sinum sito. rectius ex iis quae diximus situs castelli definiri potest, neque *Laminiae* Tabulae cum *Turri Tamalleni* Itinerarii confundi debent. Cf. etiam Morcell. I. p. 302. et tabulas geogr. ad Mannert. X. 2. ac Lapiëanam. Pancirolus „Forte legendum *Thamissensis*, qui non longe abest a sequenti limite“. sed idem recte ad Itin. Ant. refert. Ceterum non confundendus est hic Byzacenus locus cum *συνομώνιμω* Tingitanico.

PAG. 77*. γ. 1.] *Motensis* (pro *Mōtensis*) c¹. Sequentes XIII praepositos (γγ. 3...16.) omiserunt Γβcc, quod Γcc addito &c. post v. *Leptitanis* indicant. Pancirolus: „ . erant in propria Africae regione, ubi erat Carthago et Leptis montana seu parva“. *Leptiminus* It. Ant. p. 58., *Lepteminus* Tab. Peut. V. F, *Λέντις μικρά* ap. Scylacem et Ptol. IV. 3., *Λέντις ἡ μικρά* in Stadio maris, quam haud raro absolute Leptin appellant veteres ut c. gr. LEPTITANORVM a. u. DCXLIII. lata lex agraria Spurii Thorii (de qua vide egregium commentarium amici mei Rudorffii, in ephemeridibus iuris historiae illustrandae ab eo editis [*Zeitschr. f. gesch. R. W.* tom. X.] publicatum) versu 79. mentionem facit (cf. Rudorff. I. c. p. 183.), ut Hirt. de bell. Afric. 7. „oppidum Leptin, liberam civitatem et immunem“, Plin. II. N. V. 4. sect. 3., ubi Leptis inter libera Africae oppida recensetur, item XXXI. 8. sect. 43. i. f., XXXII. 2. sect. 9., quamque hodie etiam *Lempta* s. *Lamta* nomen retinere constat, et ita ad Itinerariorum II. c. cit. adscripsit Fortia de Urbano, nisi quod ad It. Ant. „civit. *Makalta*“ apposuit: cf. Edris. Hartm. p. 285., Cellar. II. p. 868. §. 8., Shawii *Reisen* p. 99., Morcell. I. p. 203., Mannert. X. 2. p. 241. sq., Georgii I. p. 516. In hac Lepti sive in Capsa civitate, quae hodieque *Gafsa* appellatur (cf. Bruns. VI. p. 323. sq., Ukert. *Nordafk.* p. 508.) Iustinianus Ducem Byzaceniae sedere voluit, cf. p. 158*. §. 1. „sed credo (pergit Pancirolus) significari limitem, a monte quem occupabat, Montensem appellatum, quem scheda Volseri [vult Velseri exemplum tabulae Peut.]. Montem vocat“ [sed Tab. Peut. I. E. *Monte* ad Mauritaniam Caesariensem, non ad Byzacium

pertinet; de Numidico autem Monte cf. Morcell. I. p. 231.] „Praeter haec erant alia *Castra Leptitana*, quae sub Duce Tripolitanae a Fortensibus defendebantur [cf. p. 89*. v. 11.] prope Leptim magnam eundo ad Aras Phileniorum, de quibus infra. Forte haec sunt quae in scheda posteriore Volseri *Castra* alio [nomine] non adiecto vocantur“. Immo *Castra* Tab. Peut. I. D in Mauritania Caesariensi sunt, Leptis magna sive Neapolis in Tripolitana. (cf. infra ad p. 89*. ὕ. 11.) De Lepti minore, prope quam Montes ad Africum mare devergunt, hunc versum accipiendum esse mihi quoque videtur.

— ὕ. 2.] „Bazensis limitis in Marmarica, ubi est Bazium promontorium et Bazenum oppidum“. Ita Pancirolus per inhospitales Garamantes ac Nasamones ex Byzacio in Marmaricam, ex occidentalibus imperii partibus in orientales sine labore molestiaque transvehitur. Ptol. IV. 3. *μεταξὺ Θαβρακῆς πόλεως* [hodieque *Tabarca*] *καὶ Βαγράδα ποταμοῦ* [hodieque *Bagrada* sive *Medsjerda* vel *Modsjerda* dicti] inter alia oppida habet *Οὐαζούα*, et de hac Vazua Proconsularis provinciae sive Tunetica hunc versum Notitiae Morcellius I. p. 343. interpretatur. Episcopus Vazensis (sec. Car. a S. Paulo I. p. 88.) sive Vaziensis sec. Morcell. l. c. legitur in Collat. Carthaginens. a. 411. habita. *V* et *B* in his nominibus fere promiscue scribuntur. etiam *g* cum *z*, ut et *d* cum *z* in his Africanis nominibus non raro permutatur, ut e. gr. multa Itinerariorum variantes scripturae ostendunt. cogitaverit autem aliquis de Byzaceno libero oppido *Vacca* s. *Vaga*, *Baga* vel *Baza*, non ita remoto a Lepti minore, de quo Hirt. bell. Afr. c. 74. et Plin. H. N. V. 4. sect. 4. („oppidum... Vagense aliud“) cf. Morcell. I. p. 345., Mannert. II. 2. p. 246., Georgii I. p. 517. Secundum Shawium (*Reisen* Lips. 1765. 4^o. p. 106.) hodie Tuneticus vicus *Menzil* (Bruns. VI. p. 325., Hassel. *Nordaf.* p. 508.) locum huius oppidi tenet. Mihi h. l. de *Ubazensi* limite dictum esse videtur: Tab. Peut. IV. E, D, III. F, E ita habet: *Capsa Colonia* (*Kafsa* s. *Gafsa*) XXIII. *Vico Gemellas*. [Lapie: *Ruines près Kasr-el-Arassi*] XX. XXI. *Theleote col.* (= *Thelepte*) XX.

Ubasa Castellū. X. L. II. ad Maiores. XXVIII. ad Medias. XXV. Badias. XXIII. Thabudeos. XXIII. Gemellas. [Lapie: près l'Oued-el-Abeadh] XXXIII. ad piscinam. et Lapieus illud castellum au pied du Djebel Nemenchah situm fuisse annotavit. Οὐβάτα Ptol. IV. 3. huc non pertinent. Neque vero ad hunc Notitiae versum pertinere et cum *Vacca s. Baza s. Basia s. Vazua*, a qua hic limes nomen habet, eandem fuisse contenderim eam Bagam, de qua Procop. de aedif. VI. 5. i. f. „. . ἐν δὲ χώρᾳ. . . ἢ Προκονσουλαρία ὠνόμασται, πόλις ἀτείχιστος ἦν Βαγὰ ὄνομα, μὴ ὅτι βαρβάροις ἐπιούσιν, ἀλλὰ καὶ τύχη τινὲ περιούσιν ἀλωτῇ οὖσα. ταύτην ἐρίματι ἐχυρωτάτῳ περιβαλὼν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς πόλιν τε διεπράξατο καὶ τοὺς οἰκήτορας ἐν τῷ ἀσφαλεῖ διασώσασθαι οἷαν τε εἶναι. οἳ δὲ τετυχηκότες τῆς χάριτος ἐς τὴν τῆς βασιλίδος τιμὴν Θεοδοριάδα καλοῦσι τὴν πόλιν. φρούριον δὲ ἠκοδομήσατο ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ, ὃ Τούκκα καλοῦσιν. Procopii descriptio Bagae Theodoriados limitaneo oppido non convenit. Sed neque cum Wesselingio ad It. Ant. p. 64. de Tripolitano loco *Base* dicto *, neque de Numidico oppido *Baga s. Vaga s. Vacca*, Romanis scriptoribus celebratissimo (cf. Morcell. I. p. 344.) hic versus accipiendus est. Fuit etiam *Banense* oppidum in provincia Byzacena (Morcell. I. p. 96.) „quod *Bana* et *Bahanna* et *Boana* scriptum occurrit“.

— †. 3.] *Gemellae* quoque complures in Africa fuerunt. *Gemellas* in It. Ant. p. 32. 34. memoratas, a Sitifi M. P. XXV. distantes, in finibus Numidiae Mauritaniaeque Sitifensis conditas hodie *Guidjel* nominari annotavit Lapieus p. 8., alias inter Thelepten Tacapasque in provincia Byzacena sitas, ab illo oppido XXII M. P. distantes (It. Ant. p. 77.) hodie desertas esse scripsit. Has Byzacenas *Gemellas* Tab. Peut. IV. D fere me-

*) „*Base*. In excerptis librorum veterum prioribusque edd. *Sere* obvium est. . . Sin *Base* ex Suritae libro malueris, refer huc ex Notitia Imp. Occ. *Præpositum limitis Basensis*“. Cf. quae ad p. 89*. †. 10. dicentur.

dias inter *Thelepten* (quae *Theleote* ibi scripta est) *coloniam Capsamque* coloniam habet. Ad has Gemellas (de quibus cf. etiam Cellar. II. p. 908. §. 31. et Mannert. II. 2. p. 344. ac Lapie-anum Orb. Rom. fol. 8. intra 6. et 7. gradum altitudinis) cum *Surita* rettulit hunc de quo agimus versum; subdubitat *Wes-selingius*; *Morcellius* autem I. p. 168. *Mannertusque* X. 2. p. 392. illum ad Numidicas Gemellas rettulerunt: recte puto: series ordoque castrorum limitaneorum Comiti Africae com-missorum observandus est, quae a Byzacio incipientia fini-busque Tripolitanis per meridionales Numidiae Mauritaniaeque Sitifensis partes ad huius provinciae boreales oras et usque ad Mauritaniam Caesariensem extensa fuisse videntur. *Tingi-tania* suum ipsa Comitem, Mauritaniae autem Caesariensis at-que Tripolitanae Limites sub suis Ducibus erant. Et haec quidem ratio est, ex qua γ. 2. de limite *Ubasensi* sumendum esse proposui.

— γ. 4.] *Θοῦβουνα* Ptol. IV. 2. in Mauretania Caesariensi, *Tubonis* Tab. Peut. I. D et Geogr. Ravenn. III. 8. habent, non confundenda, ut post alios a Cellario II. p. 925. §. 36. et Hart-manno in *Edrisii Afr.* p. 234. factum est, cum *Tubunis* Numi-dicis, de quibus *Augustinus* et *Cyprianus* compluribus locis habent, et ad quas *Morcellium* I. p. 331. recte hunc Notitiae versum rettulisse puto, dum contra locorum seriem *Mannertus* X. 2. p. 443. eundem ad Mauretaniam *Tubonas* traxit. *Tubnae* Numidicae cum *Shawio* in hodierno *Tubnah* s. *Tobna* provinciae Constantinensis (cf. *Edris.* l. c., *Bruns.* VI. p. 225. et *Ukert. Nordafr.* p. 561.) quaerendae sunt. easdem *Hirt. bell. Afr. c. 77. Thabenam* appellat. Numidicum oppidum recense-tur in Notitia eccl. ap. *Morcell.* I. p. 39., Mauretanicum ibid. p. 42. et ap. *Bingham.* III. p. 614. n. 94. Iam *Pancirolus* rectum vidit: „*Tubunensis* ab oppido *Tubanis* Africae propriae, de quo etiam *D. Augustinus*“.

— γ. 5.] *Zabi* Mauretaniae Sitifensis oppidum (*It. Ant.* p. 30., ubi *Lapieus Aïn Mardjet* adscripsit), a quo ipsa huius provinciae regio meridionalis *Zab* s. *Zabe* dicta fuisse vide-

sed neutrum h. l. indicari putem, sed Ptolemaei (IV. 2.) *Ova-βaq* Mauretaniae Caesariensis, eius vero partis, quae tempore huius libri conscripti Sitifensis facta erat, inter Rusazum municipium Saldasque coloniam, quorum illud Lapieus *Sidi-Deoud* s. *Daoud* interpretatur, hanc autem cum Brunio VI. p. 212. *Bugie, Boujeiah, Bougia* provinciae Constantinensis (cf. Ukert. *Nordaf.* p. 557.), cum D'Anvillius et Mannertus (X. 2. p. 411.) eandem pro oppido *Tedlès, Dellys* (cf. Ukert. l. c.) sumpsissent. Si recte coniectavi, legendum est *Vabaretani* sive *Babaretani*; nam *v* et *b* fere promiscue ponuntur in his nominibus, neque nimia est audentia, si sumimus librarium *l* pro *b* posuisse. Temere Mannertus l. c. p. 412. affirmavit Ptolemaeum errasse, cum oppidum *Vabar* recenseret, „est autem (scripsit Mannertus) nomen fluvii ap. Melam [l. 6. 'Icosia et Ruthisia urbes — Numidiae — et fluentes inter eas Aves et Vabar. .]”, quod ap. Plin. V. 2. sect. 1. vitiose *Nabar* appellatur... veri simile videtur fl. *Giffer* [*Isser*] nomine *Vabar* designari⁴. Contra Mannertum faciunt Notitiae eccl. inter Mauretanicas ecclesias *Baparenses* recensentes. C. a S. Paulo p. 113., Bingh. p. 614. n. 40. „Bapara“; Morcell. l. p. 41. 97. „*Baparensis*. Inter Mauretaniae Caesariensis urbes recenset Ptolemaeus *Vabar*, et in veteri inscriptione, quam Maffei (Mus. Ver. p. 413. [immo 463.] n. 1.) edidit, mentio fit *Bavarum* Maurorum. nec ambigendum est utrumque locum ad civitatem hanc pertinere. nihil enim frequentius est quam B pro V, et V aut B pro P. rem Notitia confirmat, quae episcopatum hunc eidem provinciae adtribuit⁴. Inscriptionem illam, in ipsa *Ausia* s. *Auzea, Ausa* Itin. Ant. (hod. *Hamsa*, Arabice *Sour, Sour-Gouslan*, repertam, saepe quidem ac novissime etiam ab Orell. num. 529. exhibitam, ad locum de quo agimus explicandum egregie facientem repeti iuvat: Q. GARGILIO Q. F. . . . | PRAEF. COH. BRITAN | TRIB. COH. MAVR. CAE. . | PRAEF. COH. SING. ET VEX | EQQ. MAVROR. IN TERRITORIO | AVZIENSI PRETENDENTIVM | DEC. DVARVM COLL. AVZIEN|SIS ET RVSCVNIENSIS ET PAT | PROV. OB INSIGNEM IN CI|VES AMOREM-||||| ORDO COL. AVZIENSIS | IN-

SIDIIS BAVARVM DE|CEPTO.....⁴. Versamur in Algeriana provincia Titteri. Aliter ipse Morcellius hunc Notitiae Dignn. locum explicari voluit p. 346. „*Vararitanus*. In Peutingeri tabulis [V. F] tribuitur provinciae Byzacena*e Bararus Municipium*, et inter eiusdem tractus oppida occurrit apud Ptolemaeum *Cararus*, ubi fortasse legendum est *Bararus* sive *Vararus*: quod eidem provinciae Notitia adscribit. inde etiam appellatus videtur. . . Praepositus Limitis Balaretani⁴.

— γ. 9.] Pancirolus „a Columnato oppido“, quod ubi situm fuerit, neque dixit neque dicere potuit. Idem nomen iterum inter limitum Duci Maurit. Caesar. subditorum nomina legitur cap. XXIX. num. 1. atque eundem Limitem utroque loco significari opinatus est Pancirolus, cui accessisse videtur Morcell. I. p. 145. „Hic limes (Pancirolus verba sunt) et sequens, longius se extendentes, duos habebant Praepositos, hunc scil. et alium sub Duce Mauritaniae Caesariensis, qui forte ad eundem locum castra iungebant⁴. Eundem limitem et sub Comite Africae et sub Duce Mauritaniae fuisse mihi persuadere nequeo. De Mauro limite Notitiae ecclesiasticae dubitationem tollunt, quae ecclesiam Columpnatensem s. Colupnatensem eiusque episcopum Martialem recensent, unde loci nomen *Columnatum* s. *Columnata* fuisse censendum est, (cf. C. a S. Paulo p. 112. „Columnae“, Bingham. p. 614. n. 9. „Columnae“, Morcell. p. 41. „Columprutensis“ [pro *Columpnatensis*]); ceterum huius quoque loci situs incertus est: fortasse in hodierno nomine *Kulmeeta* s. *Kulmeta* Algerianae provinciae Tlemsanicae sive Mascarae Columnatense Mauritaniae Caesariensis nomen superest; de quo vide Edris. Hartm. p. 205. not. o. Locum hoc capite indicatum in Maurctania Sitifensi quaesierim, sed reperire nequeo: *Calama*, *Κελαμά* Ptol. IV. 2. in mediterranea Mauritania Caesariensi, *Collops*, *Κόλλοψ ἢ Κόλλου*, *Chullu*, *Chulli Municipium*, hodieque *Collo*, Plinio Solinoque, Ptolemaeo Itinerariisque atque Notitiis ecclesiasticis memoratum (cf. Morcell. I. p. 149. v. *Cullitanus*), ubi multa hodieque Romanorum vestigia supersunt (cf. Bruns. VI. p. 213. et Ukert. *Nordafzr.* p.

558.) Numidicum oppidum est, ut de utroque ad h. l. explicandum cogitare vix ausim. ceterum si γ . sq. pro *Tablatensis* legendum esset *Tabracensis*, ut haec limitum enumeratio versus orientem recurreret, tum hunc quoque γ . de Numidico oppido *Cullu* accipiens legas fortassis *Collu montensis* s. *Collumagnensis*. Ptol. IV. 2(3). „Μετὰ τὰς τοῦ Ἀμφιάγα ποταμοῦ ἐκβολὰς Νομιδικοῦ κόλπου ὁ μυχός, Κόλλου μέγας ἢ Κοῦλλον.“

— γ . 10.] *Tablatensis* omnes mss. et edd. It. Ant. p. 48. 50. *Tabalta* (*Tubalta*, *Thabalta*, *Thasbalte*, *Tasbalte*, *Thebalta*) inter provinciae Byzacenaе oppida medium inter Septimincia s. Septiminicia Macomadesque ac Cellas Picentinas habet, hodie *Tarfouah* (cf. Bruns. VI. p. 323.) secundum Lapie. hinc *Surita* *Simlerus*que hunc Limitem nomen gessisse affirmaverunt, at sibi ipsi non constiterunt; nam ad It. Ant. p. 75. nomen *Tabalati*, qui locus apud *Garamantes* in provincia *Tripolitana* fuit, in itinere a *Tacapis* *Leptin Magnam* (cf. supra not. ad γ . ult. p. 76*. et infra ad p. 88*. γ . ult. atque *Morcell. I. p. 291.*), iterum de hoc Limite *Tablatensi* loquitur *Surita*, *Simlerus* autem se dubitare annotat, utrum idem „a *Tabal* *Byzacenaе*, an *Tablata* *Tripolitanaе* provinciae urbe nomen habeat“. Etiam *Pancirolos* inaccurate pro suo more scripsit „a *Tablata* oppido. *Tablata* legit [immo, non legit] *Itinerarium*, ubi mansio cursus publici fuit. *Thasbalum* *D. Cyprianus* et *Augustinus* appellant. *Africae* propriae urbs fuit“. *Morcellius*que (*I. p. 292.*) ad v. *Tablensis*: „*Vicus* oppidumve *Mauretaniae* *Caesariensis* fuit *Tabla*, quae et *Tala* appellata videtur. id ex *Notitia* discimus [*C. a S. Paul. p. 114.*, *Bingh. p. 614. n. 65.*]: itaque nihil huc pertinet *Limes Tablatensis*, quem indicabat *Holstenius*: nam ille in finibus provinciae *Byzacenaе* aut *Proconsularis* erat [?], nec qui in *Tripolitana* censebatur, et *Talalatenis* audiebat. . . ceterum de *Tabla* nihil geographi tradidere“. *Wesselingius* ad *It. Ant. p. 75.* prudenter in medio reliquit, uter *Itinerarii* locus huic Limiti nomen dederit, si quidem ab altero nomen habuit; *Mannertus* (*X. 2. p. 149.*) de

Tripolitanis Tabalatis eum appellatum fuisse scripsit. quod minime crediderim: facilius adduci possem, ut de Numidica colonia Tabraca, civium Romanorum oppido, opposito insulae quae hodieque *Tabarca* sive *Tabargue* appellatur (cf. Ukert. *Nordaf.* p. 498.), nomen Limitis deducerem, quod non ausim, cum eundem in interioribus Mauritaniae Sitifensis regionibus quaerendum esse putem. *Tatillensis* mihi placeret ex It. Ant. p. 30. „Sitifi: Perdices M. P. XXV. Cellas M. P. XVIII. [al. XXVIII., hod. *Boumuggar* sec. Lap.]. Macri M. P. XXV. Zabi [Ain *Mardjet* Lap.] M. P. XXV. Aras M. P. XXX [al. XVIII]. Tatilti [al. Taltilti, Tatilli, Patilti; Ain *Sultan* adscr. Lap.] M. P. XVIII. Auza M. P. XLVIII. Rapidi M. P. XVI. Tirinadi [al. Tiranadi] M. P. XXV. Caput Cilani [al. Cillani, Cilian, Cilam; *Medeah* sec. Lap.] M. P. XXV. Sufasar M. P. XVI. Aquis [*Hammam Rhira* Lap.] M. P. XVI. Caesarea [*Scherschet*] M. P. XXV.“ Litterae *ilt* et *blt*, unde scripserunt *blat*, facile permutari potuerunt. *Zallatensis* ecclesia in Maurit. Sitifensi fuit.

— §. 11.] *Cellensis* (om. *Caput*) \mathfrak{A} , *Caputcellensis* aaff, *caput Cellensis* de', *Caput cellensis* e^{2,3,4}. Pancirol. „alias *Celamensis* [?]. Caelama Ptolomaeo est oppidum Africae [cf. supra ad §. 9.]. Itinerarium *Celasuicum* nominat et caput Cillanum Mauritaniae Caesariensis oppidum, unde Limes nomen habet“. It. Ant. p. 59. *Cellas vicus* XXX M. P. a Tacapis; p. 31. *Caput Cilani* LVII M. P. a Caesarea. Illum vicum, quem Itincr. p. 50. „*Cellis Picentinis*“ vocat, hodie *Sidi Meddub*, hoc oppidum *Medeah* esse interpretatur Lapieus. *Cellas* item It. Ant. p. 30. ante *Caput Cilani* fere medias inter Sitifim (hod. *Setif*) Zabusque [cf. ad §. 5.] habet, ut paullo supra vidimus. Cellarum nomen etiam in Africa frequens est. cf. Wesseling. ad Itin. l. c. et Morcell. I. p. 133. sq. De Numidico oppido *Celama* ad h. l. non cogitem, neque vero a quibusnam *Cellis* hic Limes appellatus fuerit, pro certo dixerim. cum infra, cap. XXIX. §. I. n. 7., iterum *Limitis Caput Cellensis* sub Duce Maurit. Caesariensis mentio fiat, et codex \mathfrak{A} h. l. solum vocabulum *Cellensis* habeat, hunc de quo agimus limitem a

Bruns. VI. p. 229. (*Milevum*) et Ukert. *Nordaf.* p. 562.) conveniat. De *Tucca* provinciae proconsularis, quae MUNICIPIVM LIBERVV TRVGGA in lapide invento in monte VIII miliaribus a Tunete dissito ap. Spon. *Miscell.* p. 194. vel ap. Shaw. *Reisen.* Lips. 1765. 4°. p. 91., CIVITAS TRVGGA ap. Shaw. l. c. et p. 92. dicitur, de qua Procopius ad γ . 3. cit., et quae appellatur *Tucca Terebinthina* It. Ant. p. 47. 49. 51. (*Macer, ruines* sec. Lap.), inter *Zagouan* s. *Zowan* et *Gabs* s. *Qáps*, sive inter Carthaginem Sufetulamque (*Spaitla*) Tuneticam (cf. Bruns. VI. p. 326.), hunc litem non appellatum fuisse puto. cf. de hoc oppido interpp. ad It. Ant. II. c. cit., Morcell. I. p. 316. vv. *Thuccaboris* et *Thuccensis*, Shaw. p. 85., Mannert. X. 2. p. 317. sq. et imprimis Bruns. l. c. et Ukert. *Nordaf.* p. 503.

— γ . 15.] *Vidensis* limes infra c. XXIX. sub Duce Mauritaniae Caesariensis memoratur. Nomina Africanorum locorum quae ad alterutrum litem explicandum facere possint, haec esse videntur: 1) *Vita*, Victoris, historiae persecutionis Vandalicæ scriptoris patria, Byzacena oppidum, memoratum in Notitiis eccl. (ap. C. a S. Paulo p. 109. aut Bingh. p. 613. n. 121. *Vite*, ap. Morcell. I. p. 40. 357. sq. *Vitensis*) atque in nummo Iustini iun., a geographis praetermissum. cf. Morcell. l. c. 2) *Bida* (al. *Béda*) *κολωνία* Ptol. IV. 2. inter mediterranea Mauret. Caes. oppida habet, ubi praemittuntur *Τούκκα*, *Βάδεα*, *Γάσμαρα*, sequuntur *Σύμοιθα*, *Θιβινίς* etc. In It. Ant. p. 39. [ap. *Fortia d'Urb.* p. 10.] legitur: „a Rusuccuro Saldis [*de Dellys à Bougie*] M. P. CVII. sic: Tigisi [*Bordj Tsigiousou*] M. P. XII. Bidil (al. Bida, Bidis, Badil) municipium [*Tiferitz*] M. P. XXVII. Tubusuptus [*Bordj Ticla*] M. P. XI. Saldis colonia [*Bougie*] M. P. XVIII. (al. XXVIII.)^a. Tab. Peut. I. E. *Syda Municipium* XLIV M. P. a Rusuccuro colonia, LXV M. P. a Saldis colonia, inter Tigisi et Ruzai habet, quem locum inter Tigin ac Bidil collocavit Lapius, hodieque *Iffliga* appellari annotavit, cum alii, ut Mannertus, eum a Bida diversum fuisse negassent. *Bida* in Notitiis eccl. ap. C. a S. Paulo p. 116., Bingh. p. 614. n. 110., Morcell. p. 41. 101., *Bidda municipium* Geogr.

Rav. III. 8. cf. etiam Cellar. II. p. 926. §. 40., Wesseling. ad It. Ant. I. c., Mannert. X. 2. p. 441. Shawius p. 34. hoc Mauritaniae Caesar. oppidum in hodierno *Blida*, (*Bleeda*, *Belide*, *Blada*) Algerianae provinciae Titteri (Bruns. VI. p. 207., Ukert. *Nordaf.* p. 556.) superesse putat. Ab hoc oppido limitem Vidensem c. XXIX. memoratum nomen gessisse mihi quoque videtur. 3) Bitensis ecclesia Mauritaniae Caesariensis memoratur in Notitiis eccl. ap. C. a S. Paulo p. 115., Bingh. p. 614. n. 75., Morcell. p. 41. 103.; ceterum locus ignotus neque huic limiti nomen dedisse putandus est. sed nec a Byzaceno illo oppido eundem appellatum fuisse opiner, sed in Mauritania Sitifensi Numidiave quaesierim. Si *Ficensis* codices praeberent, qualem in Maur. Sit. ecclesiam Notitiae ecclesiasticae memorant, a loco *Ad ficum* dicto (*ruines à l'est du Djebel Baboura* sec. Lap.) It. Ant. p. 40., Tab. Peut. I. F, limitem nominatum ac fere medium inter Tubusubditanum et Tuccensem putare liceret. Pancirolus Bidensem Mauritaniae Caesariensis limitem duos praepositos, alterum sub Comite Africae, alterum sub Duce Maurit. Caes. constitutum habuisse sumpsit: „*Bidil municipium* Itinerarium in Maurit. Caes. ponit, unde *Bidilensis* limes esset vocandus: quod esset longior hic limes, alium sub Duce Mauritaniae praepositum habuit, *Vidensem* vocatum, pro *Bidensem*“.

— γ. 16.] Pancirolus: „a *Bada* Mauritaniae Caesariensis oppido, de quo ap. D. Cyprianum in conc. Carthag. *Caput Bada* Procopius vocal“. Confudit Maurum Numidicumque ac Byzacenum oppida; illud etiam a Ptol. IV. 2. memoratur (cf. ad γ. 15.); Byzacenum in litore conditum refert Procop. de Aedif. VI. 6. „*χωρίον, ὅπερ ἐκάλουν Καπούδβαδα οἱ ἐπιχώριοι*“, idque etiamnum *Capudia* nominatur sec. Shaw. p. 101., Mannert. X. 2. p. 153., Bruns. VI. p. 322., Ukert. *Nordaf.* p. 505., Numidicum denique oppidum, de quo in conc. Carth. „a *Badis*“, ac de quo hic limes appellatus fuisse videtur, *Badias* nominat Tab. Peut. III. F collocatque in australibus Numidiae partibus, XXIII M. P. a Thabudi, XXV a loco *Ad Medias* dicto. *Badys* hodieque nomen loci est sec. Lapieum. In Notitiis eccl. Numidica

De numeris huic Comiti, sub dispositione v. ill. Magistri Peditum Praesentalis constituto (p. 23*. §§. 1. 6.), praeter limitaneos subditis, i. e. tribus Vexillationibus comitatensibus, Equitibus Sagittariis Corduenis ac Senioribus et Scutariis Senioribus (cf. p. 32*. §§. 16. 17., p. 40*. §§. 22. sqq. cum annot. p. 293*), duobus Auxiliis palatinis, Senioribus Iunioribusque Mauris Tonantibus (cf. p. 26*. §§. 12. 13., p. 38*. §§. 2...4. cum annot. p. 238*) duabusque Legionibus comitatensibus, Septimanis Iunioribus atque Constantinianis, quos tamen ex legionum comitatensium numero fuisse hic liber non satis aperte expressit (cf. 27*. §. 6., p. 38*. §§. 5. 6. cum tab. synopt. p. 221*. sq.), supra disputavimus. Quos numeros hic non recenseri, „quia proprii huius Comitis milites non erant, sed quasi commodati“, Pancirolus opinatus est. at vero proprietas in omnibus eadem fuit; limitanei autem milites non transferebantur a locis suis ad alia loca, illi contra numeri communicato cum Magistris Militiae tractatu transferri consueverunt, ut p. 209*. expositum est. De numero militum Comiti Tingitaniae subditorum hanc ratiocinationem satis improbabilem proposuit Pancirolus: „Erant autem locis praesidio Ala equitum una, Cohortes VI [immo VII], quae efficiebant circiter 3000 Peditum et Equites 100“. Cohortibus auxiliariis maximam partem Praefecti praesuerunt (cf. Tac. Ann. XII. 17. 39. Hist. II. 15. 92. III. 35. IV. 31. sq. Agric. 37.), qui ut proximum supra Primos pilos Legionum gradum oblinebant, ita ipsi, ubi a principibus promoverentur (cf. Suet. Oct. 38. Tib. 41. Claud. 25. et c.), Tribuni Cohortium legionariarum (unde ap. Tac. tribuni praefectis praeponi solent, e. gr. Hist. IV. 39. 73. 78. et c.) ac deinde Praefecti equitum Alae alicuius efficiebantur (cf. Suet. l. c.). Praefectos autem Cohortium haec Notitia Dignn., nisi ubi Legionis ipsius nomen praescriptum legitur (ut Not. Occ. capp. XXXI...XXXIII. cf. XXXIV. et Not. Or. capp. XXXVI. XXXVII.), omnino nullos, sed Tribunos tantum recenset. Etiam in Ruffi quae dicuntur legibus militaribus cap. 11. (post Veget. Scriverian. 1607. 4°. p. 116.) legitur post poenas militi quin-

curioni, decurioni, centurioni non obtemperanti constitutas „Si vero legionarius quispiam resistere praesidi suo maiori, h. e. Comiti vel Tribuno fuerit ausus, extremo supplicio subicitor. omnis enim contumacia militis adversus ducem vel praesidem capitale supplicium irrogat“. De Tribunis Cohortium, quales ante hanc Notitiam fuerunt, haec fere Henzenius (in ephemeridib. citt. *Jahrbb. d. Ver. v. A.-F. im Rheinl.* XIII. p. 50. sqq.): 1) passim eos Cohortibus praefuisse, non certis quibusdam, exceptis tamen Cohortibus tum Praetorianorum tum Urbanis ac Vigilum. ita modo sub Praefectis modo sub Tribunis memorari Cohortes Primas Aquitanorum, Dalmatarum, Pannoniorum, Raetorum. 2) Imprimis autem et Primas et Voluntariorum Cohortes Tribunos habuisse, ex comparatione omnium Tribunis subditarum cohortium probari. Ex XXVII eius modi cohortibus, non adnumeratis Voluntariorum cohortibus, sunt XXI Primae, III sine numero adiecto nominatae [itaque unicae], duae Secundae, una Quinta, modo haec ut ap. Murat. 829, 1. habetur, satis certa sit. Voluntariorum Cohortibus autem omnibus Tribunos praefuisse observavi: nam qui Praef. coh. I. volunt. memoratur M. Vesidienus Hedylalus, in titulo Ligoriano legitur, neque itaque eius commemoratio contra probat. Voluntarii omnes cives Romani erant, ideoque fortasse eorum praepositi idem utique atque Cohortium Urbanarum praepositi nomen gerebant. ceterum dubito an Primae quoque cohortes prae ceteris aliqua praerogativa gavisae essent [quod mihi quoque veri simillimum esse videtur, cum et priore loco recenseri consueverint]. 3) Etsi non quilibet aut Cohortis aut Legionis cuiusdam Tribunus antea praefectus fuerat, tamen nullum Tribunum factum esse Praefectum Cohortis ex inscriptionibus discimus. neque contra facit exemplum Q. Gargilii [de quo vide supra ad p. 77*. §. 8.], qui postquam Praef. coh. Britann. ac deinde Trib. coh. Maur. Caes. fuerat, Praef. coh. sing. et vex. eqq. Mauror. factus, i. e. non solum Cohorti, sed pedestri equestrique numero praefectus est. 4) Praefectus Cohortis ut Alae

Tingitaniam. Certe etiam Byzacenae oppidum vicusve *Dusa*, cuius episcopus Bebianus collat. Carth. a. 411. interfuit (cf. C. a S. Paulo p. 119., Bingh. III. p. 616. n^o. 64., Morcell. I. p. 153.) ab hac *Duga* diversus fuit; Morcellius, qui hunc Notitiae Dignitatum locum neglexit, „Ubi *Dusa* fuerit, non reperio“ ait, „et nomen ipsum apud geographos inauditum. neque ego in Tingitania statuam, quod illic *Duus* [Duas] esset, fluvius a Ptolemaeo [IV. 1. „*Δούου ποταμοῦ ἐκβολαί* inter Salam et Atlantem minorem] memoratus: sed ignobilem vicum putaverim, ex iis nempe, quibus Donatistae, ut numero cum Catholicis contendere possent, episcopos imposuerunt“.

— γ. 7.] *Herculiae* §. Cf. annot. ad γ. 4. — *Aulucos* ΑΒ CDE, *Ad lucos* aa, *Auluco* deff. *Ad Lucos* s. *Ad Lacum* scriptum fuerit, sed loci situm plane ignoro. *Ad Novas* [hod. *Sidi Mahnoud ben Ali* sec. Lap.] in itinere „a Tocolosida Tingi“ habet It. Ant. p. 24. cf. Mannert. X. 2. p. 488. Pancirolus quasi nemo situm loci nesciret: „Tribunus coh. I. Herc. in Auluco morabatur, Mauritaniae Tingitanae oppido“.

— γ. 8.] *primae* & *Tityreorum* ΑΒ CEEa, *primae* & *tityreorum* D, *primae Ityreorum* de', non nulla e', item ff, *primae Itereorum* e',^{2,3,4}, *primae Ityraeorum* e'.^{5,7} Quo modo et inter syllabas AE atque IT enasceretur, ut postea ex ITYR. fieret TITYR., facile explicari potest neque probabile est scriptum ab initio sic fuisse PRIMAE.....ET I. ITYRAEORVM, atque inde enatum esse istud TITYRORVM pro *Primae* adiecto populi, unde sumpta esset, vocabulo, et *primae Ityraeorum*. De Ityraeis s. Ituraeis Coeles Syriae, arcu sagittas emittendi peritia apud veteres iuxta Parthos ac Cretenses celebratissimo populo (cf. annot. ad Not. Or. c. XXV. not. 67.) sive ex hoc contracta cohorte hunc locum sumendum esse nemini dubium esse potest. In Titi diplom. milit. ann. p. Chr. 80. ap. Arneth. p. 33. sqq. est COH. I. AVGVSTA ITYRAEORVM inter eas quae sunt IN PANNONIA SVB T. ATILIO RVFO (*Alae Augustae Ituraeorum* s. *Itouraeorum* s. *Ityraeorum* mentio fit ap. Gruter. 519, 5. 533, 9. cf. Arneth. p. 11. de *Ala I. Itur.* sive *Itur. Aug.*); deinde

COH. I. AVG. ITVRAEORVM ET I. AVG. ITVRAEORVM SAGITTAR...
 ET I. ITVRAEORVM... ET SVNT IN DACIA SVB D. TERENTIO SCAV-
 RIANO legitur in diplom. milit. Traiani ann. 110. p. Chr. ap.
 Arneth. p. 49. sqq. cf. ibid. p. 13. Coh. II. Ituraeorum stativa ha-
 bebant in Augustamnica sub Comite limitis Aegypti sec. Notit.
 Or. c. XXV. §. I. C. 7. PRAEF. COH. III. ITYREOS. [? Ityreor.] ha-
 bet lapis Beneventanus ap. Gruter. 444, 5.

— γ. 9.] *Castrabariensi* ABCD, *Castrobariensi* Ca^{4,3}, de
 ... ff, *Castrobanensi* a¹, *castro Bariensi* e². Locus incer-
 tus: de Bana, Byzaceno oppido, cogitari nequit, et quod
 Pancirolus scripsit, „Barin oppidum Tingitanae fuisse Step-
 hanus scribit, unde castrum Bariense“, id levissimo scriptore
 dignum est: infra (cf. ad p. 89*. γ. 10.) eadem Baris Stephani
 ab eodem Pancirolus ad Tripolitanum oppidum s. limitem re-
 fertur: Stephani verba sunt „*Βάρις, πόλις*“, sed cuiusnam
 regionis, ne verbo quidem indicavit, ac fere constat de Tin-
 gitania Stephanum non cogitasse. Mihi videntur *Banasensia*
castra sive *Castrum Banense* hoc loco indicari, quae litte-
 rae cum illis facile permutari potuerunt. *Banasa* ad *Subur*
 fl. (hod. *Sabu* s. *Seboo*, cf. Ukert. *Nordafz.* p. 571.) ex Plin.
 H. N. V. 1. sect. 1. („ab Lixo . . . tertia [Augusti colonia] est
 Banasa LXXV M., Valentia cognominata . . . annis Subur
 praeter Banasam coloniam defluens, magnificus et navigabilis.
 Ab eo totidem M. P. oppidum Sala, eiusdem nominis fluvio
 impositum, iam solitudinibus vicinum, elephantorumque gre-
 gibus infestum, multo tamen magis Autololum gente, per quam
 iter est ad montem Africae vel fabulosissimum Atlantem.“),
 Ptol. IV. 1. *Βάνασα*, It. Ant. p. 7. Banasa, a Tamusida M. P. XXXII,
 a Frigidis M. P. XXIII distans, satis nota est; Gräberg di
 Hemsö (*Specchio geogr. dell' impero di Marocco. Genova* 1834.
 8.) eam coloniam in hod. *Basra*, Mannert. X. 2. p. 471. prope
 Suburis ostia, ubi oppidum *Mahmora* (cf. Bruns. VI. p. 82.,
 Ukert. *Nordafz.* l. c.) quaesiverunt et Lap. ad It. Ant. l. c. an-
 notavit „*Petite ou vieille Mahmore*“, nam Tamusidam pro
Mahmore ou Mehedia sumpsit. cf. etiam Morcell. I. p. 96., qui

Banzarensem episcopum pro Banasensi interpretatur. Illi coniecturae meae favent praeter argumenta diplomatica etiam loci situs ac dignitas ceterorumque hoc capite nominatorum oppidorum aut vicinia aut distantia. Ceterum Notitiae eccl. in Mauritania Caesariensi et Tingitana etiam Castra Severiana et Castellum Iabaritanum recensent, quorum vero locorum neutrum huc pertinere puto.

— ὕ. 10.] Hunc versum a me additum excidisse castellorum numerus inscriptionesque demonstrant. ceterum Tribunal Cohortis Salae degisse non nisi ex anterioribus posterioribusque versibus collegi; sed cuiusnam cohortis, usque dum plenior huius libri codex repertus erit, nemo dixerit. *Sala*, colonia ad cognominem fluvium, hodie *Burargag*, *Bur-regreg* s. *Beregreb* appellatum (Ukert. *Nordaf.* p. 610.), adhuc vetus nomen *Sala*, *Slâa*, *Salle*, *Slé*, Romanumque aquae ductum retinet. (Bruns. VI. p. 82. sq., Ukert. l. c., Mannert. X. 2. p. 471. sq.) Cf. Plin. et Ptol. ad ὕ. 9. citt. (*Σάλα ποταμοῦ ἐκβολαί. Σάλα πόλις. Σούου ποτ. ἐκβ. Ἄτλας ἐλάττων.*) Itin. Ant. p. 6. sqq. ita habet „Litora mansionibus his: Ad Mercurios M. P. CLXXIII. Salaconja [i. e. Sala colonia. *Rabat ou Salé* Lap.] M. P. XVI. Thamusida M. P. XVI. Banasa M. P. XXXII. Frigidis [*Oued Glana* Lap.] M. P. XXXII. Lix col. [s. Lixus colonia, *Larache* Lap.] M. P. XVI. Tabernis [*ruines sur un ruisseau* Lap.] M. P. XVI. Zili [*Azelia* Lap.] M. P. XIII. Ad Mercuri [*Almadrones* Lap.] M. P. VI. Tingi colonia [*Tanger*] M. P. XVIII.“ Cf. etiam d'Herbelot. *Bibl. orient.* tom. III. p. 170. sq. (Hag. Com. 1778. 4°.) et Edris. Hartm. p. 163. sqq. ibiq. citt.

— ὕ. 11. *Pacacianensis*, *Pacaciana* a¹⁵. Cf. supra p. 240* ad p. 26*. ὕ. 21. Neque de hac Cohorte, neque de loco, a quo nomen habuisse videtur, certi quicquam afferre possum: nam Suritae opinio aperte erronea est, Numidicum locum It. Ant. p. 18. „Paccianis Matidiae“ huc referentis. Neque ex Panciroli annotatione fructum capies, quae sic habet: „Tribunus coh. Pacatianensis Pacatianae residebat, a quo loco nomen habuit, aut forte a Phrygia Pacatiana est dicta. Procopius

lib. VI. de Aedif. scribit Maurusios Pacatos vocari, quia cum Romanis foedera inviolata semper tenuerunt⁴. Coniectaverim Pacatiana s. Pacatianam, in quo nomine corruptelam subesse non suspicor, ad Lixum fl., hod. *Tensift*, quaerendam esse. ceterum non constat vocabulum a nomine praefecti cuiusdam aliusve viri deducendum non esse. Fortasse huc pertinet *Bacaniensis* oppidi Mauritaniae nomen ex Not. eccl. Africae.

scriptione huius castelli, p. 330. sq. not. l. *Yarmouth* pro *Garianono* accipiunt Rutger. Hermann. p. 267. sq., Cellar. l. p. 339. §. 45., Reichardus ac Sprunerus. Bruz. la Mart. v. *Garianonum* observat, ab aliis hoc oppidum in hod. *Burghcastle* ad *Yare* fl. versus occid. a *Yarmouth* condito quaeri, quem burgum apud Romanos non incelebrem fuisse testantur etiam Büsching. l. c. p. 696. et Hassel. p. 170. D'Anvill. in tab. geogr. *Garyenum* ad eius fluvii ostia posuit. Gilesius (*Six old engl. chronicles* p. 408.) ad Nennium annotavit „*Gurnion-castle, variously supposed to be in Cornwall, or Binchester in Durham, but most probably the Roman station of Garionenum, near Yarmouth, in Norfolk*“. De Romanorum vestigiis nihil vv. *Yarmouth* or *Great-Yarmouth* *Norfolciae* et *Yarmouth* or *South Yarmouth* *Southamptoniae* refert Gortonus, apud quem brevis rerum de hoc oppido memorandarum expositio legitur; (cf. de *Yarmouth* Büsching. p. 697., Hassel. p. 170. sq.) sed idem v. *Burgh-Castle, county Suffolk*, recentiorem Camdeni sententiam confirmat: „*A parish in the hundred of Mutford and Lothingland... The fortress of Burgh Castle is deemed by many respectable antiquaries the Garianonum of the Romans. The remains of this fortress, which are situated on an eminence near the confux of the rivers Yare and Waveney, form 3 sides of a parallelogram, of which the north and south sides measure 127 feet, and the east side 214 feet. A great number of Roman relics have been dug up in the vicinity*“.

[*Yarmouth*] was the old *Gariononum*, where formerly the *Stablesian Horse* lay in garison against the *Barbarians*. Nor yet the neighbouring little village *Castor* (formerly the seat of *Sir John Falstaff*, an eminent knight), famous among the inhabitants upon account of its antiquity; though there is a report that the river *Yare* had another mouth just under it. But as I am throughly convinc'd that the *Garianonum* was at *Burgh-castle* in *Suffolk*, which is scarce two miles distant from the other side of the river, so am I apt to think that *Yarmouth* rose out of its ruin, and that that *Castor* was one of the *Roman Castles*, plac'd also at a mouth of the river *Yare* now shut up“.

— §§. 6. sq.] Ita hoc quoque loco *V* pro *B* posita est in Baetasiolorum nomine. Belasii, Germaniae Secundae s. Inferioris populus, memoratur ap. Plin. H. N. IV. c. 17. sect. 31. „A Scaldi incolunt extera Toxandri... introrsus Castologi... Tungri, Sunuci, Frisiabones, Betasi, Leuci liberi, Treveri liberi antea...“ et Tac. Hist. IV. 56. 66. Betasios (s. Bethasios) iuxta Nervios Tungrosque nominat. Gruter. 520, 9. titulum Moguntiac. e Campii schedis hunc exhibet: ANNAEVS. OSEDA | VONIS. CIVES | BETASII.....| II. FLAVIA.....|.....“; sed Fuchsius (Hist. Mogunt. class. III. n.º. V. Inscr.) PRO CIVES BETAESAE voluit CIVIS BETAESENSIS et Steinerus Cod. inscr. Romm. Rheni n. 491. parum scite accurateque, ut solet, dedit *Amiuso, Sedavonis (filius), civis Betaesensis (eques legionis) secundae flaviae*, omissa explicatione litterarum I. A., cum §. ult. ita dedisset II. FLAV. I. A. Secundum Divaeum hodiernus vicus *Beets* s. *Bets* ad *Gette* s. *Geete* fl. inter *Leau (Sout-Leeuw)* et *Haelen*, qui vicus in Brabantia meridionali in confinibus provinciae Limburgensis conditus est, antiqui nominis vestigia retinet, atque circa hunc locum Betasios olim sedisse recentiores plerique fere omnes consentiunt. cf. Cluver. Germ. ant. III. 17., Menonius Alling Descr. agri Batavi, Amst. 1697. fol. p. 79. 118. 120., D'Anvill. Notice de l'anc. G. v. Betasii, Ukert. II. 2., p. 370. sq., et Zeussius p. 214. Aduatucorum appellationem post Iul. Caesarem in Baetasiolorum nomen transisse putat. Fuchsius eumque secutus Steinerus II. citt. Betasios in hod. *Betuwe*, tetrarchiae Neomagensis Geldriae, cuius metropolis est Neomagus, *Nymegen*, quaerendos esse opinati sunt, et longius a vero aberravit Valesius Not. Gall. p. 77. a *Beda* vico Eifliae eos dictos existimans. — *Cohors Prima Baetasiolorum* in Britannia stationem habens memoratur quattuor locis, i. e. praeter hunc de quo agimus, tribus sequentibus titulis, in duobus diplomatis militaribus, uno Traiani a. 104., altero Hadriani a. 124. publicato, quorum primum in Britannia repertum ex Sam. Lysons Reliquiis Britannico-Romanis (Lond. 1813. vol. I. fol.) repetitum ap. Gaggeram (*Notizia di alcuni nuovi diplomi*

imp. di congedo mil. Turin. 1831. 4^o p. 40. sq.) et Cardinalium (*Diplomi imperiali di privill. accord. ai militari. Velletri 1835. 4^o p. XXX. sq.)* legitur ita: IMP. CAESAR. DIVI. NERVAE. F. NERVA TRIANVS | AVGVSTVS. GERMANICVS. DACICVS. PONTIFEX. MAX|IMVS. TRIBVNIC. POTESTATE. VII. IMP. IIII. COS. V. P. P | EQVITIBVS. ET. PEDITIBVS. QVI. MILITANT. IN. ALIS | QVATVOR. ET. COHORTIBVS. DEC. ET. VNA. QVAE. APPELLANTVR. I. THRACVM. ET. I. PANNONIORVM. TAM|PIANA ET. II. GALLORVM. SEBOSIANA. ET. HISPANORVM. VETTONVM. C. R. ET. I. HISPANORVM. ET. I | VALCIONVM. MILLIARIA. ET. I. ALPINORVM. ET. I | MORINORVM. ET. I. CVGERNORVM. ET. I. BAETASI|ORVM. ET. I. TVNGRORVM. MILLIARIA. ET. II. THRA|CVM. ET. III. BRACAR. AVGVSTANORVM. ET. III | LINGONVM. ET. IIII. DELMATARVM. ET. SVNT | IN BRITANNIA SVB. L. NERATIO. MARCELLO | QVI. QVINA. ET. VICENA. PLVRAVE. STIPENDIA | MERVERVNT. QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA | SVNT *et c.* Alterum, a. 1761. Stan-
ningtoniae prope *Riveling* in comitatu Eburacensi repertum, nunc Sheffieldiae servatum, in Germania fere incognitum, nuper repetendum curavit Henzenius in *Jahrbb. d. Ver. v. A.-F. im Rheinl.* XIII. p. 64. et nos exhibebimus infra ad pag. 114*. *ÿÿ. 1. sq.* Sequentem etiam titulum idem Henzenius l. c. p. 86. a Borghesio sibi communicatum publicavit, ut probet, aliquando *Elenfootii* in Anglia septentrionali (qui mihi incognitus locus est, an *Alnemouthii* aut *Elfordiae* Northumbriae?) stelisse cohortem de qua loquimur: MAÏI MLITAÏ | COH I BAETASI|ORVM C. | PRAES. | VS TVTOR | praefectvs | V. S. L. M. Pancirolus haec de Baetasiis: „forte legendum *Vetarasiorum*, a *Vetarasia* Galliae Belgicae urbe [?], aut *Verusiorum*, qui sunt Plinio III. 20. Italiae Alpini populi“. — *Regulbium* (s. *Regulvium*?) hodieque vetus fere nomen retinet: consentiunt enim omnes esse hodiernum vicum Cantii *Reculver*, ad *Genlad* rivi ostia, inter *Margate* et *Canterbury* situm. Ricard. Corin. I. 6, 5. Camden. p. 171. „Inde [a *Fecersham*] aperto littore, quod cochleis et ostreis foecundum, ostreorumque vivariis frequens, *Reculver* cernitur, Saxonice *Raculf*, sed Romanis olim et Britannis *Regulbium*, sic enim Notitiarum libro vocatur . . . et

hanc sane suam antiquitatem effossis Imp. Rom. nummis adhuc testatur. Ethelbertus Rex Cantii cum Cantuariam monacho Augustino concessisset, in hac sibi palatium extruxit, Bassa Saxo monasterio ornavit... Hinc *Raculfminster* etiam a monasterio dictum fuit... Hodie vero nihil aliud est, quam viculus rusticus, et si quid nominis habet, ex monasterio illo habet, cuius sacrae turres pyramidales [*the two Sisters*] usui sunt navigantibus ad taenias quasdam et brevia in Tamisis ostio evitanda⁶. Ex parvo Dict. geogr. Lond. a. 1804. publicato haec addo: „*In 1530. the village and church were a quarter of a mile from the sea, although the sea has now incroached so much on the town, that there are but few houses left. It is situated at the mouth of the river Genlad, where it joins the sea, or Thames mouth, 12 miles W. of Margate, and 65 E. by S. of London*“ Cf. Camden-Gibson. p. 196., Battely ap. Wessel. ad It. Ant. p. 473., Rutg. Herm. p. 300., Bruz. la Mart. h. v., Cellar. I. p. 332. §. 26., Reichard. orb. terr. ant. h. v. et Gorton. v. *Reculver, co. Kent, a parish in the hundred of Blean-Gate, lathe of S. Augustin; is said to have been the Regulbium of the Romans*“ et c.

— ꝥꝥ. 8. sq.] *Praefectus ABaa, Praepositus CWCdeff, et Pancir.* annotavit: „*Vetustus codex legit Praefectus legionis, et rectius*“ Librarii oculus in sequentis versus initium delapsus erat: *legiones suos Praefectos Praefecturasque habebant.* cf. quae ad p. 78*. i. f. annotavimus. — *scde C, 2. et (II. 167).* — *Aug: A, Aug. Caa.* De hac legione, de qua etiam p. 244*. sq. ad p. 27*. ꝥꝥ. 4. 5. verba feci, otium mihi facit Borghesius (*sulle iscriz. Romane del Reno. Rom. 1839. 8o. p. 17.*) ita ad tres titulos prope Moguntiam repertos, e Fuchsio I. 116. 121. 123. a Steinero n. 315. 376. 377. repetitos *, disse-

*) N. 315.: C. IVLIVS. C. F. VOL | CARC. NIGER. MI | LES. LEG. II. AN-
 NOR. | XXXIV. AER. XVII. | H. S. E. | N. 376.: I. O. M. | . VS. L. F. | . GRIS
 I | . VAII | . LEG. II. | . AN. . | . STIP. | . L. LO. | . O AN | . LIB | N.
 377.: . . IDIVS. | . . ROM. | . . MENS. | . . O. MIL. | . . TI. ADI. | . . XXX.

rens: „Ommesso il n. 376, troppo dubbiosa essendone l'aggiudicazione a motiva della sua frattura, abbiamo il marmo 315 spettante alla legione II, e il frammento 377, che memora la II Adiutrice, nei quali credo indicarsi due legioni diverse. La seconda, così detta assolutamente, essendo la più antica delle altre quattro dello stesso numero, cioè l'Italica [de qua vide ad p. 99*. γ. 28.], l'Adiutrice, la Traiana e la Partica, fù anche denominata Augusta, ed era nell'alto Reno fino dal principio del principato di Tiberio (Tac. Ann. I. 37. e 70). Per la conquista di Claudio fù trasportata in Inghilterra, mentre era suo legato Vespasianò (Tac. Hist. III. 44. *, Sueton. Vespas. 4.), ove tenne dipoi costante dimora. Senz' anche curare le sue lapide Tacito ve la ricorda sotto Nerone (XIV. 37.); il geografo Tolomeo ai suoi tempi **; l'Itinerario di Antonino ci avvisa che aveva la stazione ad Iscam Silurum ***; Dione

STIP. | . . F. T. F. I. | — Lapidem Tarraconensem TIB. CL. CANDIDO. COS. [a. p. Chr. 105. ?] . . . TRIB. MIL. LEG. II. AVG. positum exhibent Gruter. 389, 2., Orell. n. 798. Ex Kellermanno hos duos titulos adscribere iuvat, p. 35. n. 36. CN. POMPEIO. SEX. F | QVIR. BONVILLO | AELIO GRACILI CASSIANO LONGINO | PP. BIS LEG. II. AVG. ET LEG. X. FRETRIS | TRIB. COH. . . VIG. etc., p. 69. n. 254. M. OFFIVS | CENTVR. LEG. VI. P | TRIB. LEG. II. PR | CASTROB |

*) Tac. Hist. III. 22. ad a. 70. „ . cum vexillis Nonae Secundaeque et Vicesimae Britannicarum legionum. .“ 44. „ . et Britanniam inclitus erga Vespasianum favor, quod illic Secundae legioni a Claudio praepositus et bello clarus egerat, non sine motu adiunxit ceterarum. .“

**) Ptolem. II. 2 (3). ad Iscam Dumnoniorum (*Exeter* sec. Camden. aliosque, prope hod. *Bridport* in *Dorsetshire* sec. Mannert. II. 2. p. 166., *Arminster* sec. Reichard.) adscripsit *λεγιων δευτέρα Σεβαστη*, Legio Secunda Augusta. Sed cf. seq. notam.

***) It. Ant. p. 484. „*Iscae leg. II. Augusta*“. Consentiant omnes esse hod. *Caerleon* ad *Usk* fl. in comitatu *Monmouth*. Cum Itin. facit etiam hic titulus prope *Caerleon* repertus, ex *Horsleio* a *Wessel*. transcr. D. M. IVL. IVLIANVS. | MIL. LEG. II. AVG. STIP. | XVIII. ANNOR. XL. | HIC SITVS. EST. | CVRA AGENTE | AMANDA | CONIVGE. Apud Geogr. Rav. V. 31. locus *Isca Augusta* appellatur. Et communis sententia est Ptolemaeum per

a nella Bretagna superiore*; e la Notizia ne mette
 e a Rutupa, chiamandola in alcun luogo Legio se-
 rittannica **. Non ne manca ricordo sui nummi di
 (Tannini p. 228.), e perciò fa meraviglia di non in-
 su quelli di Gallieno, tanto più che da essi si com-
 la legione XX, ch'era alloggiata nella stessa provincia.
 o tengo per fermo, ch'esistesse realmente LEG. II. AVG.
 daglia di quel prencipe unicamente veduta dal Vail-
 n. praest. II. p. 356.), nella quale forse per difetto di
 zione egli lesse LEG. I. AVG. massimamente poi che que-
 ne prima Augusta è del resto affatto sconosciuta.
 veteres scriptores ac lapides omnes legionem II. Aug.
 ili borealique Britanniae partibus, non ei, in qua
 fuerunt, attribuant, in quem locum forte inde a Ca-
 temporibus translata est ***. In columellis NOMINA
 a exhibentibus, quas Romae repertas repetiit Gruter.
 b., initio recensentur II. AVG. VI. VICTR. XX. VICTR. cf.

australiorem Iscam pro septentrionali posuisse. cf. Camden. p.
 interpp. ad Dion. Cass. statim citand., It. Ant. l. c., Cellar. I. p.
 , p. 335. §. 35., Mannert. II. 2. p. 141. 166. Neque vero recte
 ssumus Ptolemaei editor Wilbergius (p. 109.), quod ista verba
 Σεβ. e contextu eliminavit, cum praesertim alia quoque non
 use Ptolemaeus exhibeat.

.V. 23. cf. supra pag. 245*. ad p. 27. §§. 4. 5.

f. supra p. 27*. §. 4. et p. 38*. §. 25.

ix Fae Fastis p. 85. hunc ad viam Ostiensem repertum lapi-
 enius (*Jahrb. d. Ver. v. A.-F. im Rheinl.* XIII. p. 83.) dedit, quem,
 ue libro ii qui meo usuri sunt, fortasse carebunt, repeten-
 censui: M· STLACCIVS· C· F· COL | CORANVS | PRAEF· FABRV·
 LICO· EX· QVINQVE | DECVRIIS· PRAEF· COH· V | BRACAR· AVGVSTA-
 · GERMANIA· TRIB· MIL· LEG· II | AVG· PRAEF· EQVITVM· ALAE |
 M· IN· BRITANNIA | DONIS· MILITARIBVS· DONATVS | CORONA· MV-
 · A· PVRA | SIBI· ET | C· STLACCIO· CAPITONI· PATRI | C· STLACCIO·
 CAPITONI· FRATRI | L· STLACCIO· C· F· COL· FRONTONI· FRATRI |
 SECVNDAE· VXORI

infra ad p. 112*. †. 9: — Nomen *Rutupis* neque *ΑΒΕΩ* neque *αα* agnoscunt; legitur autem in *Ε* (nisi si quid neglexit et mihi hunc codicem cum *δ* contulit) et *deeff*, et recte quidem ut castellorum inscriptiones docent, quamvis paullo supra vidimus legionem II. Aug. antea Iscae Silurum in Britannia Secunda stetisse; Rutupiae autem in Britannia Prima fuerunt totius Britanniae portus et quasi porta *. Peculiarem Aenigmatum Rutupinarum librum Ioannis Battely, Oxonii a. 1718°. et a. 1745. 4°. editum, ad manus non habeo; Panciroli qui cum Beato Rhenano aliisque, recte refragante Manne II. 2. ed. II. p. 66. sq., ap. Tac. Agric. c. 38. *Rutupensem portum* voluit, cum legatur *Trutulensem portum*, Rutupias, cum veterioribus editoribus Ptolemaei puto, *Sandouiss* (*Sandwich*) interpretatus est, itemque Lapieus, alii, cum Galaeo, ut videt et Gibsono p. 222. not. *αα*, pro vicino *Stonar* s. *Stenar* (Nenu ad *Lapidem tituli*) sumpserunt, ut Büsching. p. 671.; plures autem post Camdenum in ipso castello vicove *Richborow* veteres Rutupias agnoscunt. Camdeni p. 175. sqq. haec sunt verba: „Ad australe Wantsumi ostium, quod alveum mutas credunt, e regione insulae [Thanaton, hod. *Thanet*] apposuit fuit urbs, quae Ptolemaeo [II. 2(3.) *Ρουρούπιαι*] *Rhutupia* Antonino [Itin. p. 463. „Ritupis in portu Britanniarum“, p. 47] „Ad portum Ritupis“, Itin. marit. p. 496. „ad portum Ritupium *Rhitupis portus*, Ammiano *Rhutupiae statio* **, Orosio *Rhutupis portus et civitas* ***, [Tab. Peut. I. A. *Ratupis*; Geogr. Rav.

*) Poetae Rutupias non raro ad ipsam Britanniam designandam posuerunt, e. gr. Lucan. Phars. VI. 67. „Rutupina litora“, Iuvenal. Sat. I. 141. „Rutupinove edita fundo Ostrea“, Auson. Parental. VII. 3. „tel. Rutupina“, XVIII. 8. „Rutupinus ager“, Clar. urb. VII. †. ult. „Rutupis latro“, i. e. Maximus tyrannus.

***) Amm. XX. 1. 3. XXVII. 8, 6. „Rutupias sitas ex adverso“ [lit. Bononiae s. Morinorum], „stationem ex adverso tranquillam“ memora

***) Oros. Hist. I. 2. „Britannia ... a meridie Gallias habet, cu proximum litus transmeantibus civitas aperit quae dicitur *Rutupis* [i. verc. *Rhutubi*] portus“.

stupis, Ricard. Corin. I. 6, 5. *Rhutupis*] Anglis, teste *Be-Reptacester*, aliis *Ruptimuth*, Alfredo Beverlacensi *Rich-* hodie *Richborow*. Unde hoc enatum nomen in con- non est. veruntamen cum a sabulo loca huic vicina *nich* et *Sandibay* denominentur, et *Rhyd-Tufith* Britannice sabulosum sonet, inde si auderem, libenter deducerem. ectu collis urbs exporrecta videbatur. Arx editiori loco o imminebat, qui ita iam arenis invectis excluditur, ut iari vix eam salutet. Longe celeberrima fuit Romanis potentibus. Hinc e Britannia in continentem frequens us, ad hanc Romanae classes appulerunt, Lupicinus a ntio in Britanniam ad coercendas Scotorum et Picto- xcursiones missus Herulos, Batavos et Moesicorum nu- hic exposuit. Theodorus etiam Theodosii Aug. pater, atnas testante Symmacho equestres ob Britanniam pa- senatorius ordo decrevit, cum suis Hercullis, Ioviis, *ibus*, Fidentibus (hi Romanorum erant cohortes) huc s est. Postea cum Saxones piratae sublatis commerciis bello intercluderent, et litora nostra crebris latrociniis rent, Legio Secunda Augusta, quae a Claudio imp. e nia traducta plurimos annos Iscae Silurum in Wallia lerat, huc translata, Praepositumque suum hic habuit om. Lit. Sax. Quam praeposituram fortasse gessit Cle- ille Maximus, qui in Britannia a militibus Imperator tus Gratianum interfecit et postea Aquileiae a Theodo- xicisus. Hunc enim Ausonius Rhutupinum latronem in ulis de Aquileia dixit. . . Alium etiam Rhutupiarum prae-

Beda Hist. I. 1. [ex Oros.] „Britannia . . . habet a meridie Galliam am, cuius proximum litus transmeantibus apparet civitas, quae *Rutubi portus*, qui portus a gente Anglorum nunc corrupte *Re- ir* [*Reptacester*] vocata, interposito mari a Gessoriaco Morin. o- entis litore [*Boulogne*] proximo traiectu ML, sive, ut quidam re, stadiorum CDL.“ It. Ant. marit. p. 496. habet: „De Galliis. A Gessoriacensi ad portum Ritupium stadia CCCCL“, quam distan- ffirmat Lapieus veram esse.

sidem Flavium Sanctum oblivione in Parentalibus suis vindicavit. . . Claudium Contentum patrum, qui ingentem pecuniam foenori inter Britannos occupatam et usuris multiplicatam extraneis morte praereptus liquit, hic etiam situm funebri carmine prosequitur Ausonius. Post Saxonum adventum flourerunt etiam Rhutupiae. Ethelberti enim Cantii regis Regiam fuisse memorant scriptores; Bedaque civitatis nomine insignivit. Inde deficere coepit, nec nomen usquam legitur, nisi apud Alfredum Beverlacensem, qui Alcherum cum Cantuaritis Danos spoliis implicatos ad hanc *Richberge* tunc dictam fudisse prodit. Nunc vero vestigia eius omnia tempus erasit, . . semiruta quaedam arcis moenia solum reliquit, quadrata forma sabulo tenacissimo materiata. *Ἀκρόπολιν* esse diiudices, situ adeo sublimi uliginosam in Taneto planitiem despicit, quam Oceanus se paulatim subtrahendo reliquit. Urbis autem area nunc aratro proscissa nummos Romanorum aureos, aereos et argenteos, vetustatis sua indicia saepenumero egerit, prolemque suam paulo inferius ostendit, quam a sabulo *Sondvic* dixere Saxones, nos vero *Sandwich*, e quinque portuum, quos vocant, numero. Cf. Camden-Gibson. p. 201. sqq., Cellar. I. p. 331. §. 23., Wesseling. ad It. Ant. p. 473., Bruz. la Martin. v. *Rutupiae*, Rutger. Herm. p. 303., Mannert. II. 2. p. 160. 194., Reichard. h. v., Georgii II. p. 135. ibiq. cit. Volkmann. *Reisen* I. p. 337. Gorton. h. v. „*Richborough, co. Kent. A hamlet in the parish of Ash and hundred of Wingham, lathe of S. Augustin. This was the Rutupium of the Romans and a place of considerable importance till destroyed by the Danes in the year 1010. Here are the remains of the famous castle of Rutupi, which present a most perfect specimen of Roman architecture; the relics of a Roman amphitheatre are also still very apparent, though the banks have been partly destroyed by the operations of husbandry*“.

— γ. 10.] \overline{pp} \mathfrak{AB} , *Praepositi* aa. — De *Abulcis* vide supra p. 285*. sq. ad p. 37*. γ. 1. — *Anderidae* detff; vocabulum *Anderidos* quod mss. et aa h. l. non agnoscunt, ex inscriptione

castelli octavi recepimus. Gelenius (b) nominum casus riptis codicibus non fideliter expressit, sed, si ipsum, emendavit, id est ad grammaticae artis praecepta mut incertum sit, utrum codex, ad quem expressus est, *idae* an *Anderidos* sive *Anderitos* habuerit aut omnino, mea opinio est, vocabulum omiserit. neque Pancifolus l. de scriptorum codicum condicione verbum fecit, sed modo „Anderido aliud oppidum eiusdem nominis in gallica Ptolemaeum nominare“ annotavit. (cf. supra p. 282*. *Anderida* vocabulum scribitur apud Camdenum, Bruzela Martiniere, Reichardum, *Anderis* apud D'Anvillium, llium et Lopicum; nullus praeter hanc Notitiam vetus hoc nomen habet, de quo Camdenus p. 185. „A Cantii inquit „priusquam *Ozney* insulam spargat, *Newenden* ad ostia rivi *Rother*, 53 miliaria Angl. a Londinio distat, quod fuisse portum illum diu quaesitum, quem a Romanis liber *Anderidam*, Britanni *Caer Andred*, Saxones *Deceaster* nuncuparunt, fere persuadeor: primum quod e vetustissimum fuisse oppidum et portum asseverent: e quod ad *Andredswalde* sylvam, cui nomen creavit, habet: postremo quod *Brittenden*, i. e. Britannorum valles, Saxones dixisse videantur (uti etiam *Segontium*, de quo supra), unde *Selbrittenden* toti Centuriae [Centenae, *Hundred*] nomen. Romani ut hanc oram contra Saxones pugnarent, numerum Abulcorum cum eorum praefecto miserunt. Postea tamen Saxonum furore penitus deleta: Hengistus enim, cum Britannos e Cantio omnino vincere in animo haberet, . . . Aellam e Germania cum maximorum manu evocavit. Qui dum magno impetu Annam hanc oppugnaret, Britanni e sylvae proxima insidiana eum exagitarunt, ut cum tandem post multas ultro citius illatas clades partitis copiis et Britannos in sylvis fugavit, eodemque tempore in oppidum irrupisset; ita ad istam barbari animus exarsit, ut occisis incolis funditus destruxerit. Locus vero desolatus multis post saeculis trans-

euntibus (ut inquit Huntingdonensis) ostendebatur', donec sub Edwardo I. fratres Carmelitae . . . hic monasteriolum posuerint, oppidulumque statim enatum, quod ratione veteris oppidi diruti *Newenden*, i. e. novum in valle oppidum dici coepit^a. cf. Camden-Gibson. p. 211. sq. 166. 179. * et Rutger. Hermannid. p. 307. Gilesius Anderidam portum esse hod. *Pevensey* interpretatus est, de quo loco Gortonus „*The only relic, ait, of the ancient consequence of Pevensey, is the castle on the east side of the town; when it was erected, is unknown, but from the quantity of Roman bricks employed in the work, it is supposed to have been constructed out of some Roman fortress. The external walls are circular, and with the towers are tolerably entire, to the height of 20 or 25 feet, and enclose an area of 7 acres; the principal entrance is from the west, or land side, between two round towers, in which are considerable layers of Roman brick*“ et r. Camdeno assentiendum esse idem Gortonus docet: „*Newenden, co. Kent. A parish, partly in the liberty of Newenden and partly in the hundred of Selbrightenden, lathe of Scray, situated on an eminence of the Rother, which divides the county from Sussex. It is said to have been a very ancient fortified city, and was formerly called Caer Andred by the Britons, Anderida by the Romans, and Andred-Ceastre by the Saxons. This supposition is*

) Gibsonus sagacem Camdeni sententiam his verbis defendit p. 223. „... Newenden, where Mr. Selden and our author have placed the City and Castle of Anderida, erected here by the Romans to repell the Saxon rovers; the sea here, in all ages, having retired by degrees. I know Mr. Somner (Ports and Forts p. 104. sq.) rather inclines to believe, that either Hastings or Pemsay, on the coast of Sussex, must have been the old Anderida; founding his opinion upon what Gildas says concerning these Ports and Forts, viz. that they were placed in litore oceani ad meridiem: but I suppose this ought to be understood in a large sense, every thing being to be taken for sea whither such vessels could come as they had in those days; in which sense, no doubt, Newenden might be accounted a sea-town, and liable to such pyrates as the Saxons were, as well as either Pemsay or Hastings*“.

strengthened by the remains of fortifications and large tumuli still evident, and the coins which have been discovered here. According to some historians it was totally destroyed in 491, by the Saxon chief Ella^a et r.

— ꝥ. 11. sq.] *Praepositi* aa. — De *Exploratoribus* vide supra p. 286*. ad p. 37*. ꝥ. 2. — *Portum Adurni* mss. aa, *portu Adurni* de^{1,6,7}, ff, *portus Adurni* c^{2,3,4}. Pancirolus *Madurnum* habere codicem ms. itaque etiam a se lectum in membranis scripsisse Ortelium annotavit. scilicet *m* nominis *portum* ad *Adurni* vocabulum perperam traxerunt. hodieque idem fluvius *Sussexiae* sive rivus *Adur* sive *Bramber* vel *Brember* nominatur (cf. Büsching. p. 663., Hassel. p. 181.), et Reichardo *Adurni portus* est *Aduri* fluvii ostium. *Aderington* s. *Ederington* est oppidum ad *Adurum*. atque fortasse *Portus Aduri* (non *Adurni*) locus, de quo hic agitur, appellatus fuit, ut vocabulum *adori* primum *adōi*, deinde *adori* scripserint. Camdenus p. 158., postquam de locis *Shoreham* et *Stening* (in *Arundel-Rape*, comitatus *Sussex*, cf. Hassel. p. 183., Gorton. vv. *New* et *Old-Shoreham* et *Steyning*) dixit, ita pergit: „Antiquus etiam ille *Portus Adurni* ab hoc ostio vix tribus milliaribus abest, ubi cum Saxones primo mare nostrum infestum haberent, numerus exploratorum sub Romanis Imp. stationem habuit, sed agglomeratis glareae molibus nunc est obstructus. Hunc enim fuisse *Ederington* modicum viculum quem Aelfredus ille filio suo iuniori concessit, et nomen quasi integrum, et casulae adiunctae nunc *Portslade* dictae, i. e. ad portum viae, quodammodo persuadent, ut taceam quam facile hic excensionem facerent, cum littus sit apertum et planum, eamque ob causam nostri regnante Henrico VIII. hic praecipue Gallorum triremes praestolabantur, dum littori nostro imminerent, et ad *Brighthelmsted* (proxima ea statio est) unum et alterum tuguriolum ex improvise succenderent^a. cf. Camden-Gibson. p. 173.

— ꝥ. 15.] *offitio* B. — *Praesentali* c^{6,7}. — *Magistri*, non addito nomine *Militum*, ut seq. cap. additum est, omnes.

— §§. 17. 18.] *Comētariensem ut supra | Numerarios duos singulos ex | officio supradicto A. II. ut sup̄. ex officio supra C, duo ex officio supra D, duos ut supra ex officio supradicto Eadteff.* Id est ex Officio Magistri Militum a parte Peditum. In B sequitur post §. 17. versus vacuus.

— §. 18.] *offitio B. — ut sup̄ AB, supra (om. ut) CD, supradicto Eadteff.*

— §. 19.] *Cornicularium omiserunt BE.*

— §. 22.] *Regendarium C.*

— §§. 23. 24.] *Exceptores singulares iunctim aa.*

— §. 25.] *offitiales BE.*

CAPVT XXVI.

PAG. 82*. Tres militares rectores e spectabilium numero Britannia habuit, Comites duos, Litoris Saxonici per Britanniam (c. XXV.), et Britanniarum (h. c.), atque Ducem (c. XXXVIII.), cum ceterae dioeceses sub militaribus rectoribus spectabilibus constitutae unum tantum Comitem, aut solum aut praeter eum unum pluresve Duces provinciis tractibusve praepositos haberent (cf. p. 4*. §. 18. sqq. ... p. 5*. §. 9., p. 23*. §§. 3...20., et p. 34*. §§. 15. sq.), nisi, quae res explicatu facilis est, quod et Tingitania et Hispania suum quaeque Comitem habuisse p. 4*. §. 21., p. 37*. §. 14., p. 40*. §§. 23. sq. docent, ubi vide quae annotavimus. Uterque etiam Britannicus Comes sub dispositione v. ill. Magistri Militum Praesentalis fuit (p. 23*. §§. 1. sq. 8. 9.), sed Comes Britanniarum non solum pedites, quibus Magister Peditum Praesentalis summo loco praecerat (cap. VII. §. I. G), sed etiam Vexillationes, Magistro Equitum Praesentali subditas, habuit (cap. VII. §. II. D) *; itaque in

*) Apertus Mannerti II. 2. ed. II. p. 110. error est dicentis nullas militum copias in Notitia Dignitatum Comiti Britanniarum adscribi. cf. seq. not.: scilicet Mannertus non nisi hoc cap. XXVI. respexit, neque ea quae cap. VII. §. I. G, §. II. D leguntur, ut debebat, adhibuit.

Officio Principem, Commentariensem ac Numerarios alternis annis ex utriusque Magistri Militum Officio habuit, cum iidem Officiales Comiti Litoris Saxonici per Britanniam semper ex Officio Magistri Peditum Praesentalis transmitterentur. Ceterum huius Britanniarum Comitis munera a reliquorum Comitum rei militaris diversa fuisse, non est quod sumamus, ut sumpsit Mannertus *: Comiti autem Litoris Saxonici per Britan-

*) „Die Vorsorge des Comitis Britanniarum erstreckt sich über das ganze Land, wahrscheinlich zur Aushebung der nöthigen Rekruten, zur Anschaffung der Kriegsbedürfnisse und zur Unterhaltung der hin und wieder zerstreuten Festungen. Daher bestimmt die Notitia die Anzahl Truppen für die beiden ersten Generale [den Comes Lit. Sax. per Brit. und den Dux Britanniarum], dem letzten [dem Comes Brit.] schreibt sie keine zu“. Rectius iam Camdenus rem exposuerat hoc modo: „As for military matters, they were under the rule and management of the Master of the foot in the East [immo, in the West]; and to him were subject the Count of the Britains, the Count of the Saxon shore throughout Britain, and the Dux Britanniarum; who had each of them the title of Spectabilis. The Count of Britain seems to have presided over the inner parts of the Island; and had the command of seven [immo, three] companies of foot, and nine [immo, six] cornets of horse about him [cf. cap. VII. §. I. G, §. II. D]. The Count of the Saxon shore, who was to defend the coast against the Saxons, ... had seven [immo, five] companies of foot, two troops of horse (Vexillationes), the second legion, and a cohort under him. The Duke of Britain, who was to take care of the marshes, and defend them against Barbarians, had the command of 38 [immo, 37] garisons ...“. Et similiter etiam Lingardus I. 1. (p. 52. ed. Lond. 1819. 4°): „the command of the army was divided among three military officers, who acknowledged for their superior the master of the cavalry or infantry stationed on the banks of the Rhine. They were distinguished by the titles of the duke of Britain, whose command reached from the northern boundary of the Humber; [hunc perperam Lingardus superioris quam Comites dignitatis fuisse opinatus est] the count of the Saxon shore, whose duty it was to guard the coast, from the Humber to the Land's End in Cornwall [nimum versus occidentem Comitis huius potestatem extendit Lingardus, quae ne ad Vectin 'sive Vectam quidem insulam [Wight] pertinebat]; and the count of Britain,

niam tuitio meridionalium, Duci borealium dioeceseos partium incumbabat. Id unum memoratu dignum est, quod, cum in ceterorum Comitum Ducumque expositionibus omnibus accuratius exprimeretur, ubi locorum Militum Numeri qui sub dispositione illorum essent, stationes habuissent, hoc caput, pariter atque sequentia duo, non nisi regiones, i. e. provincias sive tractus, sub dispositione Comitum Britanniarum, Italiae Tractusque Argentoratensis constitutas posuit, ut in symbolis etiam horum trium Comitum unius tantum maioris castelli, Comitum Brit. in insula positi, pictura cum inscripto illius regionis nomine conspicitur, non, ut in ceterorum Comitum Ducumque praeter Sequanici, uni Lataviensium Numero praepositi (cap. XXXV.), symbolis, plura castella cum stativorum nominibus exhibentur. Cuius diversitatis rationem unice in istarum regionum statu bellico, qualis sub finem saeculi quarti quintique initio fuit, cum Saxones et Franci Scoti Pictique Britanniam, Germanorum populi Gallias, Italiam regionesque Danubianas cum Sarmatis Gothi Alamannique premerent, equidem quaerere valde dubito. Pancirolus hunc Comitem pro insignibus praeter librum cum codicillis magistratus inscriptum insulam unius tantum urbis effigiem tenentem, cui supra scriptum est BRITANNIA, ideo habere putavit, quod „praesidia, quae amiserat, omittuntur“. Sed eo tempore, quo Pancirolus hanc Notitiam conscriptam opinatus est, Britannia omnino ad imperium Rom. pertinere diu desierat; neque itaque ille scribere debebat „tota fere insula in Barbarorum potestatem redacta, sine praesidiis et copiis hic Comes cum sola insulae imagine repraesentatur“. Ubi Comes Britanniarum ordinariam sedem habuerit, me legere non memini, veri tamen simillimum esse mihi videtur, Eburaci (*York*), in statione Legionis Sextae cum pariter atque Ducem Britanniarum sedisse, ut hic borealibus, ille me-

to whom were subject all the other garrisons in the island“. Iam Ricardus Corinensis I. 6, 3. hos tres rectores militares ex hac Notitia distinxit.

neis praesidiis imperitaret. De copiis quae veterum
 nis probari possunt, protulimus; Pancirolus de iisdem
 notavit: „Comes Britanniae in Inferiori et Secunda
 ia olim degebat cum Sexta Legione, quam ab Au-
 n Syria locatam, deinde in duas divisam et alteram in
 iam missam fuisse Dion scribit lib. LV. Altera, inquit,
 appellata in inferiore Britannia excubabat. Hi sunt
 otitia Victores Iuniores Britannici inter LXV Auxi-
 tina Magistri peditum in praesenti vocantur, et supra
 catalogum Vexillationum sub hoc Comite militasse di-

Merebant sub eodem Comite aliae duae Legiones,
 Iunior sive Primani Iuniores, qui nullibi in Catalogo

Magistri peditum reperiuntur, nisi sint Prima Flavia
 na Maxima, a Maximo Clemente ibi Augusto creato
 a. Altera legio erat Secunda Britannica sive Secun-
 ina ex legionibus Comitatus XXXII sub Magistro

Aliam Pictis Britannos infestantibus legionem mili-
 Honorio missam hostes repulisse Paulus Diaconus scri-
 be ibi non mansit. Equitum quoque VI Vexillationes
 nes regebat, videlicet Equites Cataphractarios Iunio-
 i non reperiuntur in albo Vexillationum Magistri equi-
 praesenti; Equites Scutarios Aureliacos, qui erant una
 XII Vexillationibus Comitatus eiusdem Magistri,
 sequentes, videlicet Honoriani Seniores Stablesiani et
 ui in catalogo Vexillationum Magistri equitum non le-
 et supra sub hoc Comite meruisse scribuntur. Pote-
 se equites 600, pedites 3000.“ — Gratianum maiorem,
 iani imp. patrem, Comitativam rei militaris per Britan-
 lim gessisse supra (p. 507*) ex Ammiano relatum est,
 a. 368. (XXVII. 3, 4.) de Theodosio quoque cum exer-
 Britanniam misso locutus est, sed non indicato digni-
 tularis gradu. alia eius modi Comitum nomina memo-
 quod scio, non sunt prodita.

†. 2.] *Comes Britaniae* €, *Britanniae* €. — *eiusque in-*
add. cc.

Inscriptionem libri mandatorum dedimus ex **A**; n scriptum est in **B**; impressi libri habent FL. | INTALL | C
FR | .Castelli inscriptio in **C** *Britania*, in *te* est BRITA
— γ . 4. sq.] *spectat* **C**. — *Britanniae eff*, *Br*
rum ceteri.

— γ . 6.] *Provincia* **B****C****D****E***eff*, sed recte *Provinci*
quinque fuerunt provinciae, per quas hic Comes militi
peritabat. cf. quae paullo ante exposita sunt atque cap
I. B, c, et cap. XXII. §. I. — Britanniae omisit A. B
habet B, britania C, Brita D, Britannia E, Britanni
Ceterum in mss. hic versus rubro scriptus in dte un
litteris exhibitus est.

— $\gamma\gamma$. 9. sq.] *praesentialium* (**B**?)*aae*², *Praesentali*,
*vocabulo Militum e*⁶?. — *alternis vicibus A.*

PAG. 83*. γ . 1.] *Commentarensem D.*

— $\gamma\gamma$. 2. sq.] *II. C, duo D.* — *gulos ex utr offic*
ex utrisque officiis supra aa; supra (S) habent etiam

— γ . 4.] *Auditorem e*².

— $\gamma\gamma$. 5...8.] *Sb'adiuuā. Sig²lare*^s | *Exceptores C*
ceptores singulares. iunctim aa. Singulares et reliquo
ciales. omisit A. Pro reliquos habet caeteros B, cel'o.

CAPVT XXVII.

PAG. 84*.] *Huius Comitis rei militaris, de quo v*
sunt quae p. 275. sq. ad p. 33. γ . 4*. annotavimus, alib*
tionem nullam fieri puto. Fortasse Comitem Italiae Ba
illum; postea Mag. Mil. et consulem a. 384., fuisse
quem compluribus locis Ambrosius epp. de legatione s
morat, maxime ep. XXIV. a. 387. ad Valentinianum scr
qua hunc locum iuvat transcribere (p. 890. ed. Bened., ed
III. p. 1038.). „Quos ego“, refert Ambrosius Maximum s
cutum esse, „tuos revocavi exercitus? quas de Italia

aquilas? quos immisit barbaros Bauto Comes? Et quid mirum si hoc Bauto fecisset, Transrhenanus genere, cum tu miniteris imperio Rom. barbarorum auxilia et turmas translimitanas, quibus commeatus provincialium tributa solvebant? vide autem quid intersit inter tuas minitationes et Valentiniani A. pueri mansuetudinem: tu flagitabas quod barbarorum stipatus agminibus Italiae te infunderes; Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantem Galliae per Alamanniae terras reflexit. Quid habet invidiae, si Bauto barbaros cum barbaris fecit decernere? quoniam dum tu militem Rom. occupas, dum is adversum se utrinque praetendit, in medio Romani imperii sinu Iuthungi populabantur Raetias, et ideo adversum Iuthungum Hunnus accitus est. idem tamen quia de finitimo proterebat Alamanniam et iam de vicinia mali urgebat Gallias, coactus est triumphos suos descrere, ne tu timeres. Confer utriusque factum: tu fecisti incursari Raetias, Valentinianus suo tibi auro pacem redemit⁶. et ep. LVII, 3. (p. 1010. ed. Ben.) „in consistorio aderat amplissimus honore magisterii militaris Bauto Comes et Rumoridus . . .“ Cf. de Bautone quos Gothofr. Prosopogr. Th. C. sub eo nomine laudat. Item fortasse huc referendi sunt loci ex Marcellini Comitis Chron. ad a. 388. „Ind. I. Theodosio A. et Cynegio coss. . . Andragathius Comes morte Maximi cognita praecipitem sese e navi in undas dedit ac suffocatus est“; et ad a. 395. „Ind. VIII. Olybrio et Probino coss. . . detecto dolo suo Rufinus ab Italicis militibus olim cum Gaina comite Arcadio missis ante portas urbis merito trucidatus est“. Quae Pancirolus citavit Iustiniani Codicis constitutiones, eae non ad rei militaris, sed ad rei aulicae Comites pertinent. in aliis quoque parum iustum esse hunc Pancirolus commentarium *De Comite limitum Italiae* non ab re fuerit admonere: „Hic Comes in Notitiae Indice [p. 4*. §. 19.] ceteris praemissus in insignibus repraesentandis post Comitem Britanniae et ferme omnes alios collocatur, quia, ut puto, nullae ipsius militum copiae aut praefecturae [cf. cit. not. ad p. 33*. §. 4.] officiumve [cf. infra ad §. 5.] ostenditur,

quod cum vires Imperii universae contra hostes in Gessent conversae, Italia undique mari et Alpibus cincta limites quam ipsas Alpes non habebat, quibus cum milia hic spectabilis (L. ult. C. de silentiar., L. 1. C. de castrens L. 1. C. de priv. scholar.) Comes praeerat. Pro insigni lil erectum in tergo notis inscriptum habebat, ut alii Com his Madrucianus errore scriptoris caret. Sub libro dep sunt Alpes cum tribus oppidis [?] inscriptumque est IT. et infra subscriptum SVB DISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS CO ITALIAE TRACTVS ITALIAE CIRCA ALPES. Eius officium non bitur, quod forte suis limitibus ab incursantibus barbaris lentiniano III. imperante esset expulsus. Quot copias hab non exprimitur; sed legiones XIII, intra Italiam merc Peditum auxilia XXII [ita 2^{1,6,7}; XII. 2^{3,4}.] erant ferme p tum 16200 [1600 2^{3,4}.]. Equitum Vexillationes VII pot constare 700 equitibus. Imperante Galba Mennius Ru cum ala equitum Hadriac praesidebat, ut Tacitus lib. [Hist. III. 12.] recitat. . . . Ex praedictis XIII Legionibus erant ex numero XII Legionum Palatarum [cf. supra p. numm. 1...6., p. 34*. numm. 26. 27. cum p. 23*. C, a numm. p. 24*. §§. 2, 3.]. Nona Legio erat Pontinensium, una ex 2 Pseudocomitatensibus [cf. p. 34*. num. 37. cum p. 27*. d, num reliquae sequentes quinque erant ex XXXII Legionibus mitatensibus [, neque V dumtaxat reliquae sunt, neque Comitatus Legionibus erant eae quinque], videlicet Ma Iuniores [sed vide p. 34*. §. 5.], qui in Catalogo Magistri ditum vocantur Mattiarii Iuniores [p. 26*. c. num. 9.], sed dose [?], quia infra sunt Mattiaci Seniores, Septimiani Iunior Regii Germaniciani [sic ex duabus Legionibus Comitaten unam facit Pancirolus], Prima Iulia, Secunda Iulia . . . I Iulia non legitur in Catalogo Magistri Peditum. Quae sequuntur Auxilia XXII erant ex LXV Auxiliis Palatinis eodem Magistro in Italia militantia [cf. p. 33*. sq. numm. 7 34...36. cum cap. V. §. I. C, b]. Notitia Legiones et At commiscet. Ex VII vero Vexillationibus Italiae sex erant

Palatinis [ex VIII erant VII Palatinae, I comitatensis: cf. cap. VII. §. II. A 1...8. cum cap. VI. §. 1. A. 1...3, 5, 7, 9, 16. et B num. 8.; Pancirolus Comites Alanos Constantes in unam Vexillationem contraxit].., una Comitatis, i. e. Mauri Feroces. Itaque erant ferme omnes simul Peditum 16200 et Equites circiter 700 [neque hi numeri iusti sunt, vel si cum Pancirolus Legioni M, Auxilio Vexillationique centenos milites adscripseris]. Praeter hos in Italia XVI Praesidia aliquot Legionum praeter Classes [cf. p. 118*. B, 1., p. 120*. B, 1. 2., p. 121*. D, 1...13.]. Hae Legiones Sarmatarum per tot loca dispersae continebant forte 12 millia peditum. In Flaminia quoque Ravennam tuebatur Praefectus Militum Iuniorum Italicorum forte 1000. Erant et IV classes in Italia [p. 118*. ꝥꝥ. 6, 10. 13. 16.]⁴. Haec Pancirolus. Ubinam sedem ordinariam hic Comes habuerit, sive in Gallia Transpadana, Mediolani e. gr. Veronaeve, sive ad Alpes Venetas Carnicasque ac Iulias, in provincia Veneta, forte Aquileiae, nemo facile dixerit. Quid? estne ullus qui meridionalibus in Alpium partibus hunc Comitem sedisse exprimat? nam et Raelias quoque Italicas provincias fuisse memorandum est. neque vero in Raetiis, sed in superioris quam nos dicimus Italiae Alpibus regionibus numeros, quibus hic Comes praefuit, stetisse, facit haec ipsa Notitia Dignitatum ut credam: primum enim Raelias suum Ducem habuisse constat (cap. XXXIII. et p. 5*. ꝥꝥ. 3.); deinde ex cap. XL. §. IV. D, ubi de Sarmatarum Praefecturis agitur, quibus procul dubio sub Magistro Militum praesentalium a parte Peditum hic Comes Italiae imperitabat, mihi colligi posse videtur „Tractum Italiae circa Alpes“ qui sub eiusdem dispositione fuit, Alpinas Histriae Venetiaeque, Aemiliae Liguriaequae atque Alpium Cottiarum regiones comprehendisse. Classes etiam quae cap. XL. §. I, A, C memorantur, sub eodem Comite fuisse putem, ut sub Ducum quoque dispositione Classes earundemque Praefecturae in utraque Notitiae parte passim recensentur. Atque haec quidem indicia esse poterunt, quando hic Comes primum introductus sit, eo puto tempore quo bar-

bari populi per Alamannorum sedes a silva Marciana, per Raetias, Norica, Pannonias et Saviam spissius Liguriam, Venetiam Histriamque infestabant, sub Valentinianis I. et II.; nam tum plane contrarius eius rerum status optinebat, quem sub Constantio optinuisse Zosimus III. 8. his verbis declarat: τὰ τε γὰρ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη καλῶς εἶχεν αὐτῷ τῆ τοῦ Καίσαρος [Iuliani] κυβερνώμενα προνοία, καὶ Ἰταλία πᾶσα καὶ Ἰλλυριοὶ κίνδυνον εἶχον οὐδένα, τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰστρον βαρβάρων δεῖν τοῦ μὴ διὰ Γαλατίας τὸν Καίσαρα διαβάντα τὸν Ἰστρον αὐτοῖς ἐπελθεῖν σφρονοῦντων. Cf. quae ad cap. seq. annotata sunt.

— γ. 2.] *Comes Italiae* et paullo post bis *Italiae* C. cum *insignibus* add. ε⁵.

Libri inscriptio ex A exhibita est; B sic habet: FL | INTALĪ | COMORD. | PR.; in D est FL. INTALL | COMORD | PR

— γ. 4.] De *Tractus* notione dixi ad Not. Orient. cap. XXV. not. a, p. 291., quibuscum conferenda sunt quae ad cap. XXXVI. infra proferemus. — *Alpes* h. l. a Iulii usque ad Cottias intellegendae sunt, ut, si paullo ante recte disputavimus, hic *Tractus* plus quam C miliaria Germanica ab oriente occidentem versus extenderetur. — Ceterum hic quoque γ. in ABCD rubro colore scriptus est.

— γγ. 5. sqq.] Aliquid deesse mss. editique omnino non indicant. Quodsi Pañciroli opinio, *Officium* huius *Comitis* descriptum non esse propterea quod ipse Valentiniano III. imperante a barbaris expulsus fuisset, non esset nugatoria, certe neque ipsius *Comitis Italiae* hic liber mentionem inieccisset: ridiculum enim erat solum *Officium* omisisse, si *Comes* ipse expulsus fuisset. Ceterum alibi demonstratum est, hanc *Notitiam* ante Valentiniani III. imperatoris tempora conscriptam esse. Vix ullum mihi dubium superest, quin hic quoque *Comes*, pariterque *Argentoratensis*, simile cum ceteris *Comitibus* rei militaris *Officium* habuerit. quae *Officia* ideo fortasse librarius praeteriit, quod hi *Comites* postremo ante *Duces* loco positi sunt. Possis itaque §um II. etiam sic re-

ponere: *Officium autem habet idem vir spectabilis Comes Italiae ad similitudinem Comitis Britanniarum.*

CAPVT XXVIII.

PAG. 85*.] Hunc Comitem, aperte ad tutelam limitum imperii Romani iam arctius contractorum contra infestas for-
tium Alamannorum inde a Caracalli temporibus minitantes
incurSIONES constitutum alibi memorari non memini. nam qui
in proelio Argentoratensi sec. Ammian. XVI. 12, 27. ad a. 351.
dux aciem direxit laevam, Severus, non Comes Argentoraten-
sis, sed Magister Militum fuit, ut ex eodem XVI. 20, 21. ap-
paret. sed fortasse Argentoratensis Comes fuit ille Victor,
de quo Ambrosius in ep. ad Valentinianum a. 387. scripta de
legatione sua (XXIV. 6., p. 889. ed. Bened.): „Nonne intra Gal-
lias iuxta urbem Moguntiacum Comes Victor occurrit mihi,
quem direxisti [i. e. Maximus] ut pacem rogaret?“ Alamannorum,
ξυγκλιδων και μυγιδων ανθρωπων, ut Asinius Quadratus ap. Agath. I. 6. eos bene appellavit, et sedes et histo-
riam succincte descripsit Zeussius p. 302. sqq., idemque ve-
terum de migrationibus ac debellationibus eiusdem populi
testimonia diligenter collecta ordinavit. Comitis Argentoraten-
sis introductionem post Iuliani imp. tempora ponens Valenti-
niano I. adscripserim, oppidorum et limitum conditori tempe-
stivo (ut Ammiani XXX. 9, 1. 4. verbis utar), militaris disci-
plinae censori eximio, militaris rei ordinum scrutantissimo.
Iulianum fere inter victorias de Alamannis relatas, quas Am-
mianus XVI. 2. et 12. descripsit, Germaniae Primae oppida ca-
stellaque tum occupasse tum reparasse constat *, atque ipse

*) Ammian. XVI, 2. 12. ad a. 356. „Audiens itaque [Iulianus Cae-
sar] Argentoratam [Strassburg], Brocomagum [Brumt s. Brumat], Ta-
bernas [Rhein-Zabern], Salisonem [Seltz], Nemetas [Speier] et Van-
gionas [Worms] et Moguntiacum [Mainz] civitates barbaros possidentes
territoria earum habitare (nam ipsa oppida ut circum data retiis busta
declinant), primam omnium Brocomagum oppugnavit, eique iam adven-

tractus Argentoratensis ab iis inde temporibus quasi scaena Alamannicorum cum Romanis proeliorum fuit; nullam autem proprii Comitis Argentoratensis mentionem indiciumve exhibet in omnibus de rebus gestis Iuliani enarrationibus Ammianus Marcellinus, qui de Valentiniano ad a. 369. haec rettulit (XXVIII. 2, 1.) „At Valentinianus magna animo concipiens et utilia Rhenum omnem a Raeliarum exordio adusque fretalem Oceanum magnis molibus communiebat, castra extollens altius et castella turresque adsiduas per habiles locos et opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo, non nunquam etiam ultra flumen aedificiis positis subradens barbaros fines“. Tum XXX. 7, 6. „Ideo autem etiam Valentinianus merito timebatur, quod auxit et exercitus valido supplemento, et utrobique Rhenum celsioribus castris munivit atque castellis, ne latere unquam hostis ad nostra se proripiens possit“. Et XXIX. 6, 2. ad a. 371. „Valentinianus enim studio muniendorum limitum glorioso quidem, sed nimio, ab ipso principatus initio flagrans trans flumen Histrum in ipsis Quadorum terris quasi Romano iuri iam vindicatis aedificari praesidiaria castra mandavit; quod accolae ferentes indigne suique cautions legatione tenus interim et susurris arcebant“. Cf. etiam Symmachi laudes in Valentinianum Aug. II. Atque L. 9. Th. C. de re militari VII. 1. ineunte anno 367. data Valentinianus et Valens AA. ad Iovinum Magistrum Equitum [et Peditum *add. L. 7. eod. a. 365. emissa*], qui a. 366. quoque per Gallias magisterio equitum functus Alamannos proelio cruento vicerat, teste Ammiano XXVII. 1. sq., ita scripserunt: „Tam

tanti Germanorum manus pugnam intentans occurrit“. Deinde XVI. 11, 11. „Iulianus ad reparandas Tres tabernas [*Berg-Zabern*], munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obstinatione adversum hostili, quo aedificato constabat ad intima Galliarum, ut consueverant, adire Germanos arceri, et opus spe celerius consumnavit et victum defensoribus ibi locandis ex barbaricis messibus, non sine discriminis metu collectum militis manu, condidit in usus anni totius“. Cf. infra annot. ad cap. XXXIX.

Duces quam etiam Comites et quibus Rhēni mandata est custodia Sinceritas Tua protinus admonebit, ut neque regalibus neque legatis sua milites iumenta suppeditent: etenim cum propriis animalibus eo usque veniendum est, ubi obsequium cursuale succedit. Sane sollicitudinem competentem Auctoritas Tua iubebit adhiberi, ut eorum pecoribus, ubi collocaverint mansionem, alimenta non desint. Iam Gothofredus observavit ex Comitibus, de quibus hac constitutione agitur, etiam Argentoratensem fuisse, sunt autem doctissimi commentatoris verba haec: „Duces et Comites rei militaris per Galliam huius legis initio memorantur, qui scilicet per utramque Germaniam Cisrhenanam et Belgicam fuere aut etiam per Sequanicam: de harum enim provinciarum omnium militibus, Ducibus et Comitibus lex nostra intelligenda est: per eas quippe provincias Francis et Alamannis, qui populi tum utriusque Transrhenani erant seu trans Rhenum sedes habebant, oppositus miles erat, et per easdem provincias ad Valentianum in Galliis haerentem, Parisiis primum, mox Remis, Francis et Alamannis ad foedera ineunda iter erat necessario. De limitaneo alioquin ad Rhenum milite aliunde res nota est... At de Comitibus nominatim, quorum hac l. mentio fit, non uno loco Ammianus Marcellinus agit, et quidem in gestis anni 366. lib. XXVII. cap. 1. his verbis *‘Alamanni Gallicanos limites formidati iam persultabant. horum portioni primae Carietto tunc per utramque Germaniam Comes, occursurus cum milite egreditur’*. Cautē ait Marcellinus *‘tunc’*, ideo quoque, quia scilicet post Cariettonem [de quo cf. Zosim. III. 7. et Suid. v. *‘Αρειττων’*. ed. Kuster. I. p. 205.], eo ipso anno 366. bello Alamannico interfectum, non iam unus Comes per Germaniam, verum duo Comites fuerunt, Nannenus videlicet et Quintinus; cuius Nanneni meminit idem Marcellinus lib. XXVIII. c. 5. [ad a. 370. *‘Saxonum eruptionis primae procellam Nannenus sustinuit Comes regionibus iisdem adpositus, duæ diuturno bellorum labore compertus’*] et XXXI. c. 10. [ad a. 377. *‘Nannieno negotium dedit (Gratianus imp.), virtutis sobriæ duci’*], et

de utroque agit Sulpicius Alexander lib. II. et III. historiarum apud Gregorium Turonensem Hist. Franc. lib. II. cap. 9. * . .

*) Quos locos Severi Alexandri ad annos 388. 389. spectantes cum et ad constitutionem transcriptam et ad historiam tum Germaniarum Comitum, tum patriae nostrae egregie faciant, hic subiungere visum est. „De Francorum vero regibus quis fuerit primus a multis ignoratur. Nam cum multa de eis Sulpicii Alexandri narret Historia, non tamen Regem primum eorum ullatenus nominat, sed Duces eos habuisse dicit: quae tamen de eisdem referat, memorare videtur. Nam cum dicit, Maximum intra Aquileiam, amissa omni spe imperii, quasi amentem residere, adiungit: „Eo tempore Genobaude, Marcomere et Sunnone ducibus, Franci in Germaniam prorupere, ac pluribus mortalium limite inrupto caesis, fertiles maxime pagos depopulari, Agrippinensi etiam Coloniae metum incussere. Quod ubi Treveris perlatum est, Nannenus et Quintinus militiae Magistri, quibus infantiam filii et defensionem Galliarum Maximus commiserat, collecto exercitu apud Agrippinam convenere. Sed onusti praeda hostes, provinciarum opima depopulati, Rhenum transiere, pluribus suorum in Romano relictis solo, ad repetendam depopulationem paratis, cum quibus congressus Romanis accommodus fuit, multis Francorum apud Carbonariam ferro peremptis. Cumque consultaretur de successu, an in Franciam transire deberent, Nannenus abnuil, quia non imparatos et in locis suis indubie fortiores futuros sciebat. Quod cum Quintino et reliquis viris militaribus displicuisset, Nanneno Mogontiacum reverso, Quintinus cum exercitu circa Nivisium castellum [*Neus*] Rhenum transgressus, secundis a fluvio castris, casas habitatoribus vacuas atque ingentes vicos destitutos offendit. Franci enim simulato metu se in remotiores saltus receperant, concidibus per extrema silvarum procuratis. Itaque universis domibus exustis, in quas saevire stoliditas ignava victoriae consummationem reponebat, noctem sollicitam milites sub armorum onere duxerant. Ac primo diluculo, Quintino proelii duce ingressi saltus, in medium fere diem implicantes se erroribus viarum, toto pervagati sunt: tandem cum ingentibus saeptis omnia a solido clausa offendissent, in palustres campos, qui silvis iungebantur, prorupere: molientibus hostium rari apparere: qui coniunctis arborum truncis vel concidibus superstantes, velut e fastigiis turrium sagittas tormentorum ritu effudere inlitas herbarum venenis, ut summae cuti neque letalibus inflictis locis vulnera haud dubiae

Sed et Ammianus Marcellinus [ad a. 366.] initio lib. XXVII. c. 1. alterius Comitis quoque meminit, Severiani, inquam, Co-

mortes sequerentur. Dehinc maiori multitudine hostium circumfusus exercitus in aperta camporum, quae libera Franci reliquerant, avide effusus est: ac primi equites voraginibus immersi, permixtis hominum iumentorumque corporibus, ruina invicem suorum oppressi sunt. Perdites etiam, quos nulla onera equorum calcaverant, implicati limo, aegre explicantes gressum, rursus se, qui paullo ante vix emergerant, silvis trepidantes occulebant. Perturbatis ergo ordinibus caesae legiones. Heraclio Iovinianorum tribuno, ac paene omnibus qui militibus praecerant extinctis, paucis effugium tutum nox et latibula silvarum praestitere⁴⁴. Haec in tertio Historiae libro narravit. In quarto vero libro, cum de interfectione Victoris filii Maximi tyranni narraret, ait: „Eo tempore Carietto et Syrus in locum Nanneni subrogati in Germania cum exercitu opposito Francis diversabantur.“ Et post pauca, cum Franci de Germania praedas tulissent, adiecit: „Nihil Arbogastes differre volens commonet Caesarem poenas debitas a Francis exigendas, nisi universa quae superiori anno caesis legionibus diripuerant, confestim restituerent auctoresque belli traderent, in quos violatae pacis perfidia puniretur⁴⁴. Haec acta, cum Duces essent, retulit, et deinceps ait: „Post dies pauculos, Marcomere et Sunnone Francorum Regalibus, transacto cursim colloquio impetratisque ex more obsidibus, ad hiemandum Treveris concessit⁴⁴. Cum autem eos Regales vocet, nescimus utrum Reges fuerint, an vices tenuerint Regum. Idem tamen scriptor cum necessitates Valentiniani Augusti commemorat, haec adiungit: „Dum diversa in Oriente per Thracias geruntur, in Gallia status publicus perturbatur. Clauso apud Viennam palatii aedibus principe Valentiniano, et paene infra privati modum redacto, militaris rei cura Francis satellitibus tradita, civilia quoque officia transgressa in coniurationem Arbogastis: nullusque ex omnibus sacramentis militiae obstrictis reperiebantur, qui familiari Principis sermone aut iussis obsequi auderet⁴⁴. Dehinc refert, quod eodem anno Arbogastes Sunnonem et Marcomerem Sabregulos Francorum gentilibus odiis insectans Agrippinam rigente maxime hieme petiit, ratus tuto omnes Franciae recessus penetrandos urendosque, cum decussis foliis nudaae atque aërentes silvae-insidiantes oculere non possent. Collecto ergo exercitu transgressus Rhenum Bricteros ripae proximos, pagum etiam quem Chamani incolunt, depo-

mitis, qui apud Calidona * Divitensibus praesidebat et Tungricanis. . . Plures igitur Comites Militum Francis et Alamannis oppositi in Gallia fuere: Francis, inquam, in Germania ulteriore seu inferiore; Alamannis vero in superiore. . . Praeter hos Comites fuerunt et Duces in Gallia, Francis pariter et Alamannis oppositi. . . Inclinante certe Romano imperio et parte Galliarum in Francorum iura iamiam transgressa (Theodosii videlicet Iunioris tempore) unicum tantum Comitem, neque tractus adeo magni, tres vero limitem Rheni versus Duces fuisse, docet nos Breviarium Theodosii sive Notitia imperii, scripta a. d. 427. [*inmo, diu ante*], Comitem inquam Argentoratensem, Ducem Moguntiacensem, . . Ducem Belgicae Primae et Ducem Belgicae Secundae. De Duce Belgicae Primae festinantius Gothofredus scripsit; nam ut talem hic liber non agnoscit, ita Gothofredus praeteriit Duces

pulatus est, nullo unquam occursante, nisi quod pauci ex Ampsuariis et Chattis Marcomere Duce in ulterioribus collium iugis apparuere. Iterum hic relictis tam Ducibus quam Regalibus, aperte Francos Regem habere designat, huiusque nomen praetermittens, ait: „Dehinc Eugenius tyrannus suscepto expeditionali procinctu Rheni limitem potit, ut cum Alamannorum et Francorum Regibus vetustis foederibus ex more initis, immensum ea tempestate exercitum gentibus feris ostentaret“. Haec supra scriptus historiographus de Francis disseruit.*

*) Legendum est *Cabilona*, i. e. *Chalons sur Saône*. Fuerit itaque hic Comes aut Sequanici Comes sive Dux Sequanici comitiva honoratus (nam L. 1. Th. C. de postlim. V. 5. eodem anno 367. emissa „ad Severianum Ducem“ inscripta est), aut Lugdunensis Comes, qualem alias non memini me legere; sed post Constantinum in his militaribus rectoribus modo institutis, modo transformandis ac tollendis innumeras vicissitudines expertae sunt cum Galliae tum aliae imperii Rom. partes. Comes nre Memorius, de quo ad cap. XXVIII. dictum est, in titulo Arclatensi, quem ex Maffeo repetiit Murat. Thes. p. 722, 1. celebratus, a Muratorio *Comes Galliae Ripensis* appellatus, vix minori iure Daciae sive Valeriae Ripensis ad comitivam promotus Dux diceretur: idem enim postea Comes Mauritaniae Tingitanac factus est: itaque locus effossi lapidis nihil probat.

Sequanici Tractusque Armorici ac Nervicani. Sed quae Pancirolus in commentario ad h. c. protulit, nisi hunc sequi adhuc soliti essent, equidem non repeterem. sunt autem haec: „Argentoratum civitas est in Germania Prima, . . . nunc Argentina dicta. Marcellinus, Aur. Victor cum Paulo Diacono Argentariam vocant [immo, Argentaria, Rauracorum vicus, est hod. *Artzheim* s. *Artzenheim*, fere medius inter Argentoratum ac Basileam; sed ap. Geogr. Ray. IV. 26. legitur „Argentaria, quae modo Stratisburgo dicitur“]. Habet Germania Prima Maguntium metropolim et Argentoratum, quibus praeter Ducem provinciae [cap. 37^A.] datus est huic Comes, illi Dux [c. XXXIX.], ut plures irruentibus in agrum Rom. hostibus cum suis copiis occurrerent. Huic igitur urbi et eius tractui proprius Comes cum manu militum praecerat, Argentoratensis nuncupatus. Nulli sub eo numeri recensentur: sed legionem VIII., Sebastam, i. e. Augustam Ptolomaeus hic collocat*, [sed secundum hanc Notitiam Octavani „intra Italiam“ erant; cf. p. 34* v. 3.] quae minimum continet 1000 pedites. Eius insignia sunt liber eodem modo dorso inscriptus et codicilli, ut in aliis Comitibus est dictum. Munitionem magnifice extractam habet [sed effigies in *vet* exhibita ei quae in mss. conspicitur, vix similior est quam typus ecclesiae cathedralis Argentoratensis], supra scriptum est ARGENTORATENSIS . . . In quo erant Vangiones et Triveri secundum Rhenum siti**. In

*) Ptolem. II. 8 (9). Οὐαγγιόνων δὲ [sed cf. seq. not.] Βορβητόμαχος, Ἀργεντόρατον λεγῶν ἢ σεβαστή. Item Dio Cass. LV. 23. Οἱ δὲ ὄγδοοι, Ἀδγούστειοι, ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω ὄντες. Cf. Borghesi *Iscris. Rom.* p. 27. sq. e quo haec addo: „Le medaglio ci [nella Germania superiore] attestano la sua esistenza anche ai tempi di Gallieno e di Carausio, sotto il qual ultimo sembra che avesse assunto un nuovo cognome, che per la poca conservazione dei nummi non si è ancora potuto determinare qual fosse, e la Notizia c'insegna che in seguito fu una delle legioni Palatine poste sub dispositione magistri militum praesentalis dell' Occidente.“

***) Ptolemaeus Argentoratum Vangionibus attribuisse quidem vide-

Indice [p. 4*. γ. 22.] hic Comes quartum locum tenet, hic postremum. Officii etiam illius aut militum nulla fit mentio, quod ea loca tum ab hostibus tenerentur [vide contra quae ad c. XXVII. annotavimus]: Gothi enim, antea Gallias ingressi, rursus ab Ataulpho Rege circiter annum salutis 413. eas repetierunt; ac biennio post Burgundiones partem Galliae Rheno coniunctam tenuerunt, quae ab illis nomen accepit; circiter annum vero 430. Aetius Comes Belgicae partem Rheno proximam, quam Franci occupaverant, recepit; sed illi rursus irruentes post multa et varia proelia tandem eam obtinuerunt^a. Agmen claudat Schoepflinus, qui ipse Argentoratensis historiarum professor in *Alsat. ill. I. p. 214.* de Comite Argentoratensis ea scripsit, ad quae necessario correctio adhibenda est. „Prioribus“ inquit „tribus seculis, quum formula Imperii, ab Augusto instituta, subsisteret, Praesidi superioris Germaniae suberat Argentoratus, et seculo II. Praesidium in ea tenuit Legio Octava Augusta, uti supra ex Ptolemaeo didicimus. At institutis sub Constantino M. quatuor Praefectis Praetorio, inter quos iurisdictio per omne dividebatur Imperium, Ducibus Comitibusque per provincias urbesque [immo, pro-

tur, sed transponenda nomina legendumque esse

Οδαγγιόνων μὲν Βορβητόμαγος, Ρουφιάνα,

Νεμητῶν δὲ Νοϊόμαγος, Ἀργεντόρατον λεγίων ἡ σεβαστή

satis comprobavit Zeussius p. 217. sqq., cf. etiam Grimm. *Gesch. d. d. Spr.* p. 496. sq. Una itaque caussa, ex qua Pancirolus Vangiones Tractui Argentoratensi adscripsit, erronea; Trevirorum eidem tractui adscribendorum aliam non video nisi Strabonis IV. 3. verba: *μετὰ δὲ τοὺς Μεδιοματρικοὺς καὶ Τριβόρχους παροικοῦσι τὸν Ῥήνον Τρηούροι* [al. *Τριουάγροι*]: *καθ' οὗς πεποιήται τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων κατὰ τῶν στρατηγούντων τὸν Γερμανικὸν πόλεμον. πέραν δὲ ὄκουν Οὐβιοὶ κατὰ τοῦτον τὸν τόπον, οὗς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἐκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου. Τρηούροις δὲ συνεχεῖς Νερούσιοι κ. τ. λ.* quam non sufficere manifestum est: Treviri primarius Belgicae Primae populus erant, cum haec Notitia scriberetur. Fines Tractus Argentoratensis ex eadem ipsa paullo post accuratius definiam.

vincias tractusque sive limites] creatis, Argentorato et Tractui eius proprius Comes praefuit cum militum manu, Comes Argentoratensis nuncupatus. Quodsi Municipiorum iure tunc usa fuit Argentoratus, ut Ammianus [XV. 11, 8.] id scribit, Comes in urbe Militaria tantum tractavit, non Civilia; quoniam Iurisdictio in Municipiis a propriis Magistratibus pendebat; atque insuper Comitum Ducumque potestas militaris tum potissimum fuerat, quum et ipsi plerumque in limitibus ponerentur. [Comites rei militaris pariter atque Duces omnes non nisi militaria tractabant, nisi cum rei militaris cura provinciae praesidatus in eiusdem rectoris persona coniunctus fuit, ut in Comite rei militaris et Praeside Isauriae, et in Duce ac Praeside Mauretaniae Caesariensis vidimus] „Comiti Argentoratensi praecipue suberat nobilissima Armorum omnium Fabrica, in illa urbe a Romanis stabilita. Fuit enim et haec una ex praecipuis Argentorati decoribus *et c.*“ [Frustra de hac fabrica bonum Schoepflinum, qui non ita bonus constitutionis imperii Rom. interpres fuit, gloriatum esse supra, p. 316*. ad p. 43*. §. 26. docuimus, neque, si exstitisset, sub dispositione rei militaris Comitum, sed sub Magistro Officiorum fuisset, ut ex eo ipso capite VIII., ubi de Argentoratensi fabrica scriptum esse per errorem putaverunt, Schoepflinus didicisse debebat.] De sede huius Comitum non est, quod verba faciamus, cum per se satis constare videatur, in urbe Argentoratensi eam fuisse.

— §. 2.] *eiusque insignia.* add. *et c.*

Inscriptionem liber mandatorum in B non habet; in *dec* eadem atque in ceterorum Comitum Ducumque insignibus expressa datur.

— §. 6.] Hic §. nigro colore in *ms.* exhibitus est, non rubro, ut p. 84*. §. 4. — Tractus Argentoratensis fines ex capitibus XXXV. et XXXIX. definiri possunt: sub Duce Sequanici Olino fuit, quem locum in recentiore *Oelenburg s. Edenburg* prope Novum Brisiacum in Sundgovia quaerendum esse infra demonstrabitur; Salectione autem, i. e. ubi hod. oppidum

Selz s. *Selz* praefecturae Rhenanae inferioris conditum est, praefectura militum Pacensium sub dispositione Moguntiacensis Ducis fuit. itaque septentrionem versus Tractus Argentoratensis non ultra rivum *Sauerbach* s. *Surbach*, qui infra vicum *Beinheim*, paullo supra *Selz* Rheno sese miscet, extendebatur; Rauracorum autem ac Triboccorum Nemetumque fines, non multum a finibus hodiernarum superioris inferiorisque Rhenanarum praefectarum Francogallicarum finibus diversi, meridiem versus illum Tractum terminabant, quem ex una parte Rhenus, ex altera montes e Vogeso excurrentes, ubi Triboccorum gens sedebat (cf. Zeuss. p. 221.), si recte video, clausurunt.

— §§. 7. sqq.] Cf. ad hos versus a me additos quae ante, p. 588*. sq., de Officio Comitis Italiae disputavimus.

DE COMITIBVS REI MILITARIS PER GERMANIAS

paullo ante dictum est. huius Notitiae conscriptae tempore nulli superfuerunt, cum per Superiorem Germaniam Comes Argentoratensis ac Duces Moguntiacensis Germaniaeque Primae Limites tuerentur; Germania Secunda vero, cuius neque Comitem neque Ducem haec Notitia recenset, versus occidentem ac septentrionem Ducibus Belgicae Secundae Tractusque Armorici ac Nervicani defenderetur, ipsa sub Magistris Militum praesentalibus, Treviris ex more residentibus, constituta [cap. VII. §. I. C, §. II. B. et cap. XL. §. IV. A. 11.], neque tamen contra Francorum incursiones satis tuta. nam caussarum a Pancirola (Not. Occ. Commentar. cap. 88.) allatarum neutram veram esse apparet: omissum esse Ducem Germaniae Secundae opinatus est, „vel quod unus Dux utramque Germaniam tueri olim [i. e. huius ipsius Notitiae compositae tempore] consuevisset, vel quod tota ea provincia [Germania II.] a Barbaris detineretur“.

DE VIRO SPECTABILI COMITE ILLYRICI

ad p. 34*. §§. 15. sq. egimus p. 277*. sq. Pancirolus de eodem

put LXXVI. Commentarii sui ad Not. Occ. exhibuit: „De Theodosio M. relictis Arcadio et Honorio adolescentibus barbari a Stilicone nova moliente acciti Illyricum invaserunt. D. Hieronymus (epist. 3.) 'Viginti, inquit, et eo amplius sunt, cum Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Thessaliam, Achaïam, Epirum, Dalmatiam cunctasque provincias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, et Germani instant, rapiunt'. Haec D. Hieronymus. Alaricus circa annum 400. multa in Illyrico occupavit. Demostrianus III. in Occidente, et Martiano in Oriente impetis, circa annum salutis 452. Attila Hunnorum rex Illydevastavit, Daciaque, Macedonia, Achaïa, Mysia ac insulis occupatis utrasque etiam Thracias foede deformavit. Paulus Diaconus et alii scribunt. Itaque tempore huius aetatis [Pancirolo vult medium fere saeculum V.] amissis et Hispaniis eorum Comites esse desiisse arbitror. Atque in Numerorum catalogo eorum pluribus praefuisse videtur [p. 34*. B., p. 37*. D.], in Indice tamen [p. 4*.] aut in Catalogo Comitum repraesentandis nulla illorum fit mentio, et in civilibus Illyrici magistratibus actum fuit [cf. conc. 34*. p. 4*. §. 11. et vide etiam p. 439*. ad cap. 18A.]. Iorsum vero auctor est, Valentinianum Placidiae, ut Eudoxiam Theodosii filiam uxorem haberet, Illyricum socero cessione. nomen quantum licuit, eius Comitem restituere sum comitum. Insignia et officium ut alii Comites habuisse censent. Equitum, quos secum aliquot habuisse veri simile indicium nulla habetur mentio. Peditum vero aliquot millia in Catalogo meruisse inveniuntur. nam ex Auxiliis Palatinis sub nomine Illyrici Auxilia XV sequentia Notitia post Magistrum in Catalogo copias recenset. Et sunt [minus recte enumerata in Catalogo p. 34*. B. cf. synopsis p. 217*. sqq.] *Sagittarii Tungri, ii Iuniores. | Sequani, et Rhetii. | Sagittarii Venatores, ii. | Honoriani Mauri. | Seniores. | Mattiaci. | Honoriani Mauri. | Valentinianenses foelices. | Honoriani victores Iuniores. | Tungri. | Seguntienses. | Valentinianenses Iuniores.*

Caterianenses, hi non reperiuntur sub Magistro | peditum forte legendum. | Gratianenses, aut. | Catarienses, ut in Codice Vrsini. | Ex legionibus Comitatus XXXII | sub eodem Comite sunt legiones V. Tertiani, siue tertia, et Italica. | Tertia Herculea, Pacatianenses. | Mauri Cetrati, et Propugnatores Iuniores. | Ex Pseudo Comitatus XVIII. Legiones III. | Lancearii Lauriacenses. | Lancearii Comaginenses. | Secunda Iulia Alpina. De quibus supra in Magi|stris peditum est dictum. Poterant efficere cir|citer decem millia peditum, de quibus supra dictum fuit“.

Neque maioris ponderis sunt quae

DE COMITE HISPANIARVM

de quo pauca ad p. 37*. §. 14. supra p. 286*. sq. et p. 507*. not.* annotavimus, Pancirolus capite LXXVII. sic habet: „Honorio et Theodosio iuniore imperantibus, circa a. sal. 411., ut dixi, Vandali Hispanias occuparunt, ab Honoriacis militibus acciti, et prodita Pyrenaei custodia intronmissi eas, multis commissis proeliis, tandem obtinuerunt. (Cassiodorus, D. Prosper, Paulus Diaconus et Orosius memorant.) Hanc itaque ob causam [saepe a nobis reprobata], ut puto, Notitia in Catalogo Comitum Hispanias praetermittit, nec aliqua earum Comitatus insignia aut officium ponit, quem tamen certum est extitisse. Constantinus enim circiter a. 318. ad Octavianum (L. 4. C. T. de decurionib.), Seuerum (L. 14. C. de fid. instru. L. 27. C. de donatio.), et Tyberianum (L. 6. C. de seru. fugitiuis,) Comites Hispaniarum scribit; in catalogo quoque copiarum Magistri equitum Praesentalis Notitia Comitatus Hispaniarum et Tingitanae [immo, cf. p. 40*. E], omissis insignibus et officiis [scil. Comitatus Hispaniarum; nam de Comite rei militaris Tingitanae tractat cap. XXIV. Notitiae] Numeros recenset, scilicet XI Auxilia ex LXV palatinorum Magistri peditum Praesentalis, Legionum Praefectos V. item (infra post Duces limitaneos) V cohortium Tribunos, et praesidia VI, quae infra post Duces ponentur. Efficere poterant circiter septem millia pedi-

Numeri equitum non apparent. Auxilia vero erant septuaginta [p. 37*. D. 1...11. enumerata]. Legiones vero V erant (XXII Comitatus) [ibid. numm. 12...16.]... Praeter has allecia erat Praefectus legionis septimae geminae... [cf. 19*. §. III.]⁴.

CAPITA XXIX. ... XL.

leguntur in Γβc, ubi eorum loco legitur *Sub dispositis Ducum sunt | Equites | Legiones | Cohortes, & c.* | Cf. *ibid.* annotationis ad cap. XXIII. et infra ad capp. XLI. sqq.

CAPVT XXIX.

PAG. 86*. γ. 2.] *Ducis et Praesidis* loco nominativi ca-
 ut in ceteris omnibus rubricis positi h. l. omnes mes. et
 libri habent, sed *INSIGNIA* add. et post v. *Mauritaniae*. —
 iunctu cum Praesidatu Mauritaniae Caesariensis coniuncto
 supra p. 138*. ad p. 7*. γ. 1. Procop. de Aedif. VI. 3. „Τριπό-
 λις, αὐτὴ τῆς [ad Syrtes magnas] τῆς καλουμένης τὰ ὄρια
 Μαυροῦσιοι τε βάρβαροι ἐνταῦθα οἰκοῦσι, Φοινικικὸν
 γ. οὗ δὴ καὶ πόλις ἐστὶ Κιδαμὴ ὄνομα. ἐνταῦθά τε
 Μαυροῦσιοι ὄντες Ῥωμαίων ἔσπονδοι ἐκ παλαιοῦ ὄντες
 ἢ πάντες πεισθέντες Ἰουστινιανῶ βασιλεῖ δόγματι τῶν
 Ἰουστινιανῶν ἐθελούσιοι προσεχώρησαν. Πάκατοι δὲ οὗτοι
 οἱ Μαυροῦσιοι ἐπικαλοῦνται, ἐπεὶ πρὸς Ῥωμαίους ἀεί-
 ρησας ἔχονσι. Πάκεν [pacem] γὰρ τὴν εἰρήνην τῆ Λατίνων
 οἰκιστῶν φωνῆ. Πενταπόλεως δὲ Τρίπολις ἡμερῶν διέχει ὁδῶν
 μιν εὐζώνων ἀνδρῶν. sed statim post de recuperata ab
 ratoris exercitu Tripoli, a Mauris barbaris occupata, idem
 rat. Tripolitanae provinciae nomen, quod ante Diocle-
 tianum non auditum fuisse Morcellius dixit (cf. supra p. 451*
), Mannertus X. 2. p. 133. parum probabiliter, ut mihi
 videtur, Septimio Severo, ipsi Leptimagnensi Tripoli-

tano, adscribit, maxime propter Aur. Victoris (Caess. cap. 20., Mannert. citavit cap. 41.) verba a Mannerto perperam intellecta, quae haec sunt: „Quin etiam Tripoli, cuius Lepti oppido oriebatur, bellicosae gentes submotae procul. quae facta ardua facilius eo patrabantur, quo implacabilis delictis strenuum quemque praemiis extollebat“. Tripolitanis imperatorem dona dedisse, non ab iisdem annua, ut gratias agerent, accepisse, ut Mannertus scripsit, etiam Spartianus in Severo c. 18. testatur his verbis: „Tripolim, unde oriundus erat, contus bellicosissimis gentibus securissimam reddidit ac pacem diuturnam, oleum gratuitum et fecundissimum agrum donavit“. Certe si Severus imp. Tripolitanam provinciam primus ordinasset, hi scriptores silentio non praeteriissent. De Tripolitanae provinciae sub Valentiniano, Valente Gratianoque imperatoribus tristi statu cf. Amm. Marc. XXVIII. 6. cum XXX. 2, 9. sqq.

Symbolorum picturam ex A dedimus, cum quo ceterorum quoque librorum vocabula castellis inscripta conveniunt, nisi quod *Columnarensis* (s. *Columnatensis*?) E atque *Audensis* C habent, ubi ceteri *Audiensis*, A *Andensis*.

— §. 6.] Iustinianus L. 2. C. de off. Pf. P. Afr. (p. 157*... 162*.) Duces modo *spectabiles*, modo *clarissimos* appellat, ut alias quoque observavimus clarissimorum appellationem quasi generalem etiam illustrium atque spectabilium, maxime ubi non ad eos ipsos sermo dirigeretur, in usu fuisse. — *Mauritaniae & Caesariensis* Daa.

— §. 8.] *Columnacensis* E. Vide supra ad p. 77*. §. 9.

— §. 9.] Hunc §. omisit C. *indensis* AD, ut etiam *iudensis* legi possit; unde apparet quid sibi velit Pancirolus testimonium, in vetusto codice esse *indensis*. *Iudensis* habent aa. Bidensem hunc litem Pancirolus eundem fuisse putavit atque cap. XXIII. memoratum. sed vide annot. ad p. 77*. §. 15.

— §. 10.] *inferiorum* aa. — Pancirolus annot. „Limitis inferioris Oceanum versus“. Si infra Bidensem, oceanum versus, hic limes extenderetur, regionem Algerianam sub se

prehendisset. sed nihil omnino de hoc limite compertum est, neque id quidem, vocabulum *inferioris* ad antea referendum esse.

AG. 87*. §. 1.] Hunc Praepositum h. l. omissum octavo post Augustensem habet B; *inferioris* pro *Fortensis* ite-ribet c. — Pancirolus: „quem milites *Fortenses* cognov-uebantur“. e contra Marmorum Taurinensium editores ses milites ab hoc limite nomen habuisse putaverunt, quam sententiam cf. ad Not. Or. c. IV. not. 33. p. 190. sq. plii explicationi magis quam quod *Fortenses* supra Co-fricae (p. 38*. §. 20.) atque Comiti Hispaniarum (p. 37*. subditos legimus (nam cf. etiam p. 89*. §. 11.), id re-e puto, quod ceteri limites omnes aut a locis solis aut a vocabulis quibus locorum appellatio adicitur (ut p. 12.), nomina in hac Not. Dignn. habent. neque vero sim Pancirolianam sententiam, quae si stare non po-ortasse *Frontensis* scribendum est pro *Fortensis*: nam e in Notitt. eccl. Mauritaniae Caesariensis (ap. C. a S. . 117., Bingham. III. p. 614. n. 118., *Frontensis* ap. Morcell. .) legitur. atque hic quidem p. 162. „Vicium oppidumve n“ inquit „ad Mauretaniae Caesariensem pertinuisse ex discimus. veteres scriptores non memorant. nomen, a Iano aliquo sive fornice antiquo impositum est, adhuc complures in Africa visuntur“. Ammianus XXIX. Mauritanicam „civitatem nomine Contensem“, abstrusum am munimentum, memorat.

§. 2.] Hunc §. omisit E. — *Muticitani* A Caadreff, ni B, *Mauricitani* D, et Pancirolus etiam testatur „Com-braneus Ortellii et alter vetustus habent *Mauricitani*, rectius“. Immo, *Mutecita* inter Mauretaniae Caesa-oppida est ap. C. a S. Paulo p. 115., Bingham. p. 614. n. *Mutecitana* eccl. ap. Morcell. p. 41., unde idem, ad roque de quo agimus §. respiciens, p. 237. scripsit „ad uniam Caesariensem pertinebat *Mutecia* sive *Muticia*“. oppidi ignoratur. Fortasse „*Tamarioeto praesidio*“ It.

Ant. p. 38. (*Bordj-Sebaou* sec. Pellisserium, *Tenia des Isser* sec. Lapieum) ad h. l. pertinet: certe non ita procul ab hoc loco Mutecitanus limes quaerendus esse videtur. De ΜΥΝ(icipio CISPITANO (*Κισσιή* s. *Κισσαί* Ptol. IV. 2., *Cisi municipium* It. An. p. 16., *Cissi municipio* Tab. Peut. I. D., *Cissae*, *Cissensis* i. Notitt. eccl. Maur. Caes.), quod sec. Mannert. X. 2. p. 414. a sinum *Malamuger* situm fuit, hodie *Mers* (= portus) et *Djina* sec. Lap. appellato, cogitare vetat, quod Notitiae ecclesiasticae praeter hoc municipium etiam *Mutecitanum* nomen habent.

— γ. 3.] Ioseph. Antiqq. Iud. VIII. 13, 2. i. f. ex Menandro οὗτος [Ithobalus Tyrionum rex] πόλιν Βότρων ἔκτισε τὴν ἐν Φοινίκη, καὶ Ἀύζαν τὴν ἐν Λιβύῃ. *Auzea* Tac. Ann. IV. 2: („castellum semirutum, . . . vastis circum salibus claudebatur“) *Ἀύζια* (*Ἀύζυγία*, *Ἀύζινα*, *Auzia*) Ptol. IV. 2.; *Auza* It. An. supra ad p. 77*. γ. 10. transcr.; *Colonia Auziensis* in titulo in eadem ipsa reperto ad p. 77*. γ. 8. repetito: hodie *Hams* s. *Sour-Guzlan* provinciae Titterianae; cf. Bruns. VI. p. 209. Ukert. *Nordaf.* p. 556. Alius lapis ibidem repertus AVZIO DE GENIO ET CONSERVATORI COL. positus est, cf. Shaw. *Reisen.* 1768. 4^o. p. 37. Apud Ammian. XXIX. 5, 37. memoratur *municipium . . . ense*, et paullo post 5, 44. *Audiense castellum*, atque 5, 49. *Duodiense castellum*, ubi codd. mss. habent ΔΥΟΔΙΕΝΣΕ, ut Lindenbrogius ad §. 37. cit. dubitaverit, utrum *Audiense* an *Duodiense* legendum esset. prior autem scriptura reliquis veterum scriptorum locis probatur. tamen Reichardus in tab. geogr. Mauretaniae, Africae propriae et Cyrenaicae *Duodiense castellum* inter Auziam [et Medianum monum[entum], circiter XXV M. P. ab Auzia, euronotum versus, collocavit; apud Lapieum contra *Audiensis castellum* ab Auzia circiter XL M. P. versus austroafricum collocatum legitur: neuter Ammiani enarratione accurate interpretatus est. Cf. etiam Cellar. II. p. 925. §. 38. Morcell. I. p. 89. sq. voc. *Auzagerensis* et *Auzuagerensis*, Mannert. X. 2. p. 435. sq., Georgii I. p. 548.

— γ. 4.] *Caput callensis* D. De hoc loco, *Medeah* sive *Mehediah* hodie appellato, supra ad p. 77*. γ. 11. diximus.

5.] *āgustensis* β. Pancirolus: „forte hic limes a regione Augusta denominatus est, quam Dion [LV. 23.] divisam fuisse memorat, Gallicam quae in Phoenicia, et Augustalem quae in Numidia inde in Mauritianiam est translata. Est et Augustum in Africa, sed ab hoc limite distans“. Sed *Tertio* sub Comite Africae, non sub Duce Mauritaniae secundum hanc ipsam Notitiam p. 38*. γ. 19., et compancirolianum est ista Tertianorum in Mauritianiam *Augurensis* quidem ecclesia, sed ea in Numidia e illo nomine h. l. cogitandum non sit. Quid si potestud *agustensis* et *augustensis* ex vocabulo *aquensis* esse? *Aquas* habet praeter Notitt. eccl. etiam Itin. Ant. γ. 10. transcr. et in Ptol. IV. 2. est Ὑδατα δεξιμά κονήν ita procul a locis quae superioribus versibus referuntur. Shaw. *Reisen* p. 29. et Bruns. VI. p. 195. sq. *Hammiga*, i. e. balnea Merigae, alii *Hammam Mridja*, *Lammam Rhira* hodiernum illarum Aquarum nomen Cf. Morcell. I. p. 78. n. 40., p. 80. n. 44., Mannert. X. 2. imprimis Georgii I. p. 548. sq. et adde quae de ruinis Milianensibus referunt Bruns. l. c. et Ukert. *Nord-*3.

7.] *hoc modo* omisit α.

8. sq.] *offitio* et paullo post *offitiis* et tum *offitia-praesentialium* aa.

10. sq.] II. C, duo DC. — Pro *supra scriptis* mss. praeter aa habent *supra singulis*. In aa est: *Numeros. Singulos ex officiis*.

12.] Iterum pro *supra scriptis* habent *supra singulis* praeter aa, qui illa duo verba omiserunt.

18. 19.] *Exceptores singulares*. iunctim aa.

De iure Ducum eorundemque Officiorum utendi cursu supra pag. 18. et 19. supra pag. 20. et 21. supra pag. 22. et 23. supra pag. 24. et 25. supra pag. 26. et 27. supra pag. 28. et 29. supra pag. 30. et 31. supra pag. 32. et 33. supra pag. 34. et 35. supra pag. 36. et 37. supra pag. 38. et 39. supra pag. 40. et 41. supra pag. 42. et 43. supra pag. 44. et 45. supra pag. 46. et 47. supra pag. 48. et 49. supra pag. 50. et 51. supra pag. 52. et 53. supra pag. 54. et 55. supra pag. 56. et 57. supra pag. 58. et 59. supra pag. 60. et 61. supra pag. 62. et 63. supra pag. 64. et 65. supra pag. 66. et 67. supra pag. 68. et 69. supra pag. 70. et 71. supra pag. 72. et 73. supra pag. 74. et 75. supra pag. 76. et 77. supra pag. 78. et 79. supra pag. 80. et 81. supra pag. 82. et 83. supra pag. 84. et 85. supra pag. 86. et 87. supra pag. 88. et 89. supra pag. 90. et 91. supra pag. 92. et 93. supra pag. 94. et 95. supra pag. 96. et 97. supra pag. 98. et 99. supra pag. 100. anno 407. sanxerunt Arc. Hon. et Theod. AAA. Ducum ingressus semel provinciam suam postmodum

itineribus faciendis cursu atque angariis ipse sive suum utitur Officium, sed expeditionem militarem iumentis propriis exsequantur. §. 1. De cohortalinis etiam Officiis eadem lege sancimus, ne quis ex his per provinciam suam discurrere veredo uti conetur in posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscant. §. 2. Quodsi quis Ducum vel Apparitorum vel Cohortalium temerario animo ea quae decernimus, contemnenda putaverit, per singula animalia quibus usus fuerit singularum librarum auri illatione mulctabitur⁴.

Cf. Appendicem post annotationem ad sequens caput.

CAPVT XXX.

PAG. 88*.] Ducibus Tripolitanae datae sunt duae constitutiones imperatorum, a. 393. data L. 133. Th. C. de decurionibus, inscripta *Silvano Duci et Correctori Limitis Tripolitani*, et a. 406. *Nestorio Comiti et Duci* emissa L. 33. Th. quorum appellationes, de quibus legibus supra p. 135*. ad 27., p. 139*. ad §. 3. et p. 456*. ad §. 10. verba fecimus; sed novissimo loco per errorem dictum est, Tripolitanae 'nuncquam' correctoriam fuisse, cum scribere deberem 'correctoriam anno 406. non fuisse Tripolitanae supra annotavimus cum ab initio praesidialis fuisse videretur, consularis et Tripolitana a. 372., correctoria a. 393., deinde a. 399. iterum praesidialem factam ostendit L. 59. Th. C. de appellationibus post quod tempus cuius modi rectorem habuerit, expressum non legere non memini. Cf. etiam post cap. XXXIII. de Duce Praeside Sardiniae annotata.

-- §. 2.] *Dux provinciae tripolitanae. C. eiusque insignia addunt ee.*

Pictura ex A repetita est cum castellorum inscriptionibus, ut in eo codice habentur, a quibus C in his discrepant: c) *Tenthittani* d) *Bizerentane* f) *Madensis* p) *Sarcitani*; C in his: b) *Taletensis* c) *Theulettani* d) *Bizerentane* e) *Tillibare*

ladensis g) Maccamudensis l) Babensis p) Sarcitani;
: c) Teuchitani d) Bizarentani e) Tilibarensis f) Ma-
1) Leptitani p) Sarcitani.

γ. 8.] *oiri* omisit a¹¹.

γ. 10.] *Talatensis* aa. *Talalati* [*Thalalati*, *Talilati*,
h] in itinere „quod limitem Tripolitanum per Turrem
ni a Tacapis Lepti Magna ducit“ habet It. Ant. p. 76.
d p. 76*. γ. ult. repetitum. Locus in monte Ghuriano
ano situs fuit. (cf. Bruns. VI. p. 356. et Ritteri *Erdk.* I.
sq. 925. sq.), eumque hodie desertum esse annotavit
cf. quae Brunsius p. 357. de *Massufin* enarrat. Nescio
s, a reliquis veteribus scriptoribus non memoratus,
dierno vico *Sidi Abdellata* provinciae Tripolitanae,
uem multas veterum aedificiorum ruinas superesse re-
rt. *Nordaf.* p. 471. sq., nihil commune habeat. Cf. etiam
t. X. 2. p. 149. sq. Pancirolus annotatio nullius pretii est,
cundum eam „Talalatensis nomen a Tala fluvio, quem
naria proxima regione Ptolomaeus ponit [*Thala* mons,
vius, Libyae interioris est ap. Ptolem. IV. 6.], potest
.. Hic limes latius se extendens alium sub Comite
Praepositum habet“. Videtur Pancirolus etiam nomina
msis et *Tablatensis* confudisse.

G. 89*. γ. 1.] *Tenthettani* ASD, *Tenthertani* C, *Theu-*
E, *Techetti* a¹¹, *Tenchettani* a¹¹, *Teuchitani* deeff.
lus: „Limitis Teuchitani vel Teuchirani a Teuchura
quod etiam Arsinoe dicebatur, vulgo Trochera.
omaeo in Cyrenaica ponitur“ et ab hoc limite lon-
afuit, quem in eo itinere, de quo paullo ante di-
st, fuisse vix dubitari poterit. et Simlerus iam vidit
ii (p. 76.) *Thenteos*, qui locus hodie desertus est, huc
e. contra Wesselingius, falsa scriptura quae in *dee*
ceptus, Pancirolianum errorem amplexus limitem appel-
sse putavit ab oppido Libyae inferioris s. Cyrenaicae
a s. Arsinoe (cf. Mela I. 8. III. 8., Plin. H. N. V. 5. sect. 5.,
. 4., Interpp. ad It. Ant. p. 77., Procop. de Aed. VI. 2., et

Cellar. II. p. 848. §. 22., Mannert. X. 2. p. 85. sqq., Georgii I. p. 479. sq.), quod hodieque *Tochara* s. *Tochira* dicitur, in provincia *Bengasi* regni Tripolitani, cf. Ukert. *Nordaf.* p. 480. Alium errorem commisisse Morcellium puto, cum I. p. 312. n. 582. scriberet, limitem Teuchitanum forte ab oppido *Tetcila* provinciae Byzacenaenae nomen habuisse. Si quis tandem Byzacenum locum huc trahere velit, potius *Theucitanus* aut *Tenitanus* sive *Thenitanus*, qui in Notitiis Africae occurrunt, adducerentur. Notitiae ecclesiasticae hunc de quo agimus locum non memorant.

— γ. 2.] *Byzerentani* Α, *Byzerentanae* Β, *Bizerentane* CD, *Bizerentanie* E, *Bizerentanae* aa. In eodem itinere, de quo ad superiores versus locuti sumus, Itinerarium Ant. p. 74. habet *Bezereos* (*Berezeos*, *Gerezeos*, *Adzereos*) CXX M. P. a Tacapis remotam mansionem, hodie desertam sec. Lapium; a quo loco limitem illum appellatum fuisse iam Simlerus viderat, quod neglexit Mannert. X. 2. p. 149.; neque Pancirolus sibi cavit ab hac annotatione: „Limitis Bizerentani, forte Bizacenani, a Bizacena provincia, Bizacia Procopio et Valentiniano dicta, vel a Bezereo Africae loco, ut apud Itinerarium“.

— γ. 3.] *Tillibarensis* h. l. omnes. cf. supra annot. ad p. 77*. v. 13., ubi de hoc loco, item hodie deserto sec. Lap., in eodem itinere olim sito, quod ad p. 76*. γ. ult. rettulimus, actum est. In actis conc. Carthag. de bapt. III. (Harduin. concil. I. 170.) de *Thibari* Byzacenaenae, ἀπὸ Θιβάρης, Vincentius episc. legitur. Cf. Mannert. X. 2. p. 149. Pancirolus hunc limitem eundem fuisse opinatus est atque Comiti Africae subditum, de quo supra diximus: „latius enim hic limes se extendebat“. Cogitaverit aliquis de *Cillaba* ap. Plin. ad sq. γ. enotandum.

— γ. 4.] Pancirol. „Praepositus limitis Madensis vel Madiensis, a Madia, huius regionis oppido. Madiam Libyae insulam fuisse Stephanus scribit. Milites Munifices extra oppidum in Madensibus castris infra fuisse dicuntur“. Quot sententias, tot errores in hac annotatione habes: neque Madia Tripolitanum oppidum ab ullo scriptore memoratur, neque

Stephanus Madiam Libyae insulam fuisse scripsit, neque extra oppidum Milites munifices stativa habuisse ¶. 12. infra indicatur. Recte iam Morcellius I. p. 210. n. 332. habet: „Numidiae oppidum *Mada* fuit, ut Notitia [eccl.] indicat, ignotum tamen indictumque Geographis. neque huc pertinet *Limes Madensis*, quem Notitia Imp. occid. recenset. nam Praepositus eius erat sub dispositione . . Ducis provinciae Tripolitanae“. Non possum non suspicari mendum subesse in Itinerarii Ant. p. 75. nomine *Adaugmagdum*, pro quo regium exemplar *Ad amadum*, ut recentissimi Itinerarii editores dederunt, Parisiense *Ad aumandum*, Lugd. *Ad aumandum*, alia *adaumaudum*, *ad aumagum*, *ad augmandum* exhibent. ad eundem enim locum, in eodem itinere, quo supra nominatae mansiones fuerunt, situm etiam hoc nomen *Madensis* rettulerim, ut forte *Amadensis* scribendum sit. *Ad Augmagdum* mansionem illius itineris maxime versus meridiem sitam fuisse dicit Mannert. X. 2. p. 149. Lapius dedit „*Adaugmagdum (sive Cydamum)*, Gadames“. Plin. H. N. V. 5. sect. 5. „Intervenit ad solitudines Africae supra minorem Syrtin dictas versa Phazania [hod. *Fezzan*], ubi gentem Phazaniorum urbesque Alelen et Cillabam [hod. *Zuila*] subegimus. item Cidamum e regione Sabratae. ab his mons longo spatio in occasum ab ortu tendit, Ater nostris dictus . . [hod. *Harusch*, cf. Ritter. *Erdk.* I. p. 885.]“. Procop. de Aed. VI. 3. supra ad p. 86*. ¶. 2. cit. cf. Mannert. X. 2. p. 576. sq. 580., Georgii I. p. 556. De Fezzanensi *Gadames* cf. Bruns. VI. p. 330. sq., Ritteri *Erdk.* I. p. 991. et 999. sq., Ukert. *Nordafz.* p. 659.

— ¶. 5.] Complures *Maccomadas* Africa habuit; nomen enim *Salinas* significare fertur. Simlerus ad It. Ant. p. 27. (ed. Basil. 1575. 16^c. p. 230. sq.) annotavit: „*Macomades* plures fuerunt in Africa: prima, quae hic commemoratur, in Numidia, LIII M. P. a Cirta [cf. Morcell. p. 206., Mannert. X. 2. p. 329.; hodie *El Eksara Tour* sec. Lap.]. Altera in Byzacena provincia, XVII M. P. a Tenis [ita It. Ant. p. 48. sed p. 59. XXVI M. P.; *Maharess* sec. Lap.]; huius meminit Plinius [V. 4. sect. 3.]; Ptol. [IV. 3.] *Macodamam* vocat [, Wilberg. dedit *Maxo-*

μάδα; *Macomades Minores* Tab. Peut. VI. D; cf. Morcell. p. 207., Mannert. p. 151.]: tertia in Tripolitana ultra Leptim Magnam, quam Noster [i. e. It. Ant. p. 64.] *Macomadibus Sirtis* nominat: atque haec forte est Machomaca villa Ptolemaeo [IV. 3.]: huius meminit liber Notit. in Tripolitana provincia. Et hanc tertiam Ptol. l. c. habet: „Σύρτεως μεγάλης Μακομάδα κώμη“. Pancirolus confuse „a *Maccomada*“ habet, „Africae oppido, nunc *Macres* nominato: ad Syrtim maiorem Itinerarium [p. 64.] ponit, Maccodamam ad Syrtim minorem Ptolomaeus in propria Africa, cuius D. Augustinus meminit, sed in castris Madensibus hic praepositus degebat“. Cassius a *Macomadibus* ap. Augustin. de bapt. c. Donat. VI. 29, 55. et Donatus *Macomadiensis* apud eundem c. Cresconio II. 8, 12. episcopi Numidici, non Byzaceni ex *Macomadia Rusticiana* fuerunt; quid vero Pancirolus vocabulo *Macres* sibi voluerit, operae pretium non est investigare. Secundum Wessel. ad It. Ant. l. c. Simleri explanationem comprobantem accurate de tribus *Macomadibus* H. Norisius disputavit Animadvv. in Garnerium, ut Ruinartus etiam ostendit. item Morcellius I. p. 206. sq. n. 325. sq. conferendus est. It. Ant. p. 64. ostendit, *Macomades Syrtis*, i. e. *Maioris*, a quibus hic limes nomen habuit, CCXXXIII M. P. a Lepti Magna (hod. *Lebidah*), ultra CD M. P. a Berenice Cyrenaicae (hod. *Bengasi*) fuisse, ubi hodieque sec. Lap. sunt „*Ruines antiques*“; sed Tab. Peut. VII. E *Macomad. selor*, paullo plus quam CCC M. P. a Lepti Magna removet, eademque VII. D versus orientem a Lepti Magna ita habet „*Saline immense quae cum luna crescunt & decrescunt*“. Cf. Mannert. X. 2. p. 121. 130. sq., Ritter. *Afr.* ed. II. p. 929. sqq., Ukert. *Nordaf.* p. 473. sqq.

— γ. 6.] *Timptiberitani* α, *Timptiberitani* α', α'', α''', „quod nomen inventum fuisse noviter“ existimat Pancirolus. mihi vix dubium esse videtur, quin huc pertineat Itinerarii Ant. p. 65. nomen *Timodiri* (vel *Timodiri* s. *Tinioridi* s. *Timoridi*), qui locus ab *Anabucis* (*Anabucis. presidium* Tab. Peut. VII. F) XXV M. P. a fuit, totidemque M. P. ab *Avis Philaenorum*, quae „*finis affricae et cyrenensium*“ crant. distabat *Timodiri* sec. It. Ant.

M. P. a Macomadibus Syrtis (cf. ad γ. 5.), CXXXVIII M. P. nice Cyrenaica (*Bengasi*); itaque hic Limes Tintiberitave, si recte coniectavi, Tiniodiritanus in extremis Tri-ae provinciae finibus Cyrenaicam versus, atque in ea parte, quam ipsam fortasse antea Cyrenaicae adscri-oliti fuerant, quaerendus erit. cf. Ptol. IV. 3. 4. et vide rt. X. 2. p. 114. sq., Ukert. *Nordaf.* p. 478. Lapius ad v. iri adscripsit „*Hautes montagnes de sable*“.

- γ. 7.] *Budensis* aar¹. Pancirol. „Forte legendum *But-*a *Butta* oppido, quod in hac regione Ptolomaeus col-
aut dicti sunt [dictus est limes] a *Bubeiis* Africae in-
s populis, a Corn. Balbo superatis“. Apud Ptolemaeum
ex oppidis inter utramque Syrtim sitis una est *Βούττα*
ούττα. paullo ante posita est ²*Ισκινα*, *Iscina* It. Ant. p.
cina loc^o. ivdeor+ auḡta Tab. Peut. VII. E (hod. *Iudia*,
ert. *Nordaf.* p. 476.), qui locus, hodie *Chaiouacha* sec.
a Macomadibus Syrteos XXX M. P. sec. Itin., XXXIX
ib. Peut. distitit; sequitur paullo post *Θαγουλίς*, *Tagulis*
ulus s. *Tuculus* [*Tuguris* = *Tuguriis*?] It. Ant. l. c., *Tha-*
tab. Peut. VII. F (*P. Ali* sec. Lap., quod nescio utrum *Port*
rum près Ali significet), qui locus ab Aris Philaenorum
I. P. occid. versus a fuit sec. Tab. Peut. l. c. atque LXXV
Tiniodiri sec. It. Ant. cf. ad γ. 6. Primam itaque Panci-
oniecturam, usque dum melior explicatio afferri poterit,
ocum a quo *Bubensis* vocabulum deducendum esset, non
rim, haud reiciendam esse opinor. sed nihili est altera:
N. V. 5. sect. 5. de Balbi triumpho, in quo urbium gene-
ie Afrarum nomina ac simulacra ducta sunt, atque in-
as etiam „*Bubeium* natio vel oppidum“ rettulit; sed id
ad interiorem Africam, non ad Tripolitanam provin-
pertinet.

- γ. 8.] Mamucensis nomen se non invenisse fatetur
olus, ideoque laudem qua alias se indignum exhibuit,
ur, quod a falsis inanibusve coniecturis sese abstinuit.
ae simile nomen praeter Cassiotidis Syriae oppidum

(*Μαμουῦγα* Ptol. V. 14[15].) atque Maiucam, Mauretaniae Caesariensis locum (Morcell. I. p. 211.), neque ego invenio. videat itaque harum rerum peritus iudex, utrum Ptolemaei IV. 3. *Σουμουκίς*, inter duas Syrtis, ut Butta (cf. γ. 7.), situm oppidum huc pertineat nec ne. Haec *Sumucis* (sive *Mamucis* vel *Mamuca*) non ita procul a *Πισιδᾶ* (*Pisida municipio* Tab. Peut. VI. E, *Fisida vicus* It. Ant. p. 61.) asuit. cf. Mannert. X. 2. p. 142. Lapius Pisindam hodie *Brega* vocari annotavit, de quo loco salinis suis celebri vid. Ukert. *Nordaf.* p. 452. 470. Ruinarti annot. ad nomen Maurit. Caesar. *Mammillensis* in appendice post hoc cap. adiecto repetendam curavi propter similitudinem Byzaceni nominis ibi memorati.

— γ. 9.] Pancirolus: „Balim Libyae civitatem prope Cyrenem esse Stephanus scribit, a Baleo [*ἀπὸ τοῦ Βάλεως*, *Bal s. Beli* Phoenicum] nominatam, cuius etiam ibi erat templum, de quo saepe in sacris litteris“. Sed oppidum prope Cyrenem, *πρὸς τῇ Κυρήνη*, Tripolitano limiti nomen dedisse nec Pancirolus opinari debebat. (*Bal s.*) *Bel* Phoenice solem significare docet Bochart. Geogr. sacr. I. c. 42. et a Phoenicibus colonias in Africam deductas nemo ignorat, sed de hoc loco geographi silent, Morcellii fere verba sunt (I. p. 98. s. v. *Belalutensis*), quae ad h. l. mea facere possum. Cf. etiam seq. annot.

— γ. 10.] Pancirolus item de *Bari* Stephani Byz., ut ad superiorem p. 79*. γ. 9., loquitur, sed frustra. An *Vasensis* s. *Basensis*? *Base* sec. It. Ant. p. 64. a Lepti magna LXIX M. P., a Macomadibus Syrtis, de quibus ad γ. 5. locuti sumus, CLXIII (sec. Wess., CLIII sec. Parth. et Pind.) M. P. remota fuit, eaque sec. Lap. in hodierna *Mesurata* ad cognomine promontorium sita quaerenda eademque mansio est atque Tab. Peut. VII. D „*Tubactis. Muñ.*“, quod municipium ibi a Lepti magna LXXXII, a Macomadibus Selorum CCXIII M. P. removetur. Cf. Edris. ed. Hartm. p. 296., Bruns. VI. p. 352., Ukert. *Nordaf.* p. 473., Mannert. X. 2. p. 130. Possis autem etiam *Vacensis*, ut nomen ad eum locum referres, qui sec. id. Itin. p. 64. *Vax villa repentina* appellatus CLXXX M. P. occidentem versus ab illa

re medius inter colonias Sabratam (*veterem Tripo-*
mque (Tripolim s. Tarables) conditus fuit, ubi Tab.
F omisso quidem nomine insignioris loci signum po-
net.

. 11.] *Forensis* etc. cf. annot. ad p. 87*. ꝥ. 1. — Etiam
s diversitatem horum Leptitanorum, i. e. Leptima-
Castrorum ab iis quae p. 77*. ꝥ. 1. leguntur, se vi-
det his verbis: „aliis castris Leptitanis in montibus
Comite Africae praepositus praecerat“. In Leptima-
vitate (hod. *Lebida s. Lebda*); hodieque Romanorum
reliquiis divite, Iustinianus Ducem Tripolitanae pro-
cedem „interim“ habere iussit, ut supra p. 158*. §. 1.
est. De hoc a Sidoniensibus condita civitate, colo-
ci Iulia Lepti, a divi Severo et Antonino iuris Ita-
(Paul. L. 8. D. de censib. L. 15.), innumeris veterum
n locis, itinerariis nummisque celebrata cf. Cellar. II.
7., Mannert. X. 2. p. 124. sqq., Georgii I. p. 513. sq. et
. Hartm. p. 296., Bruns. VI. p. 352., Ritteri *Erdk.* I. p.
ert. *Nordaf.* p. 471. sq.

re hos versus 11. et 12. huius paginae 89*. (numeros
) in C duae lineae sine scriptura relictæ sunt; ne-
quicquam deesse non tam ex eo colligo, quod in
odicibus post ꝥ. 11. continuo ꝥ. 12. scriptus est, quam
lorum inscriptionibus, quas pictura exhibet. At pu-
nitio post ꝥ. 10. (num. 11.) statim secutum esse ꝥ. 13.
) , ut ꝥꝥ. 11. 12. (numm. 12. 13.) ad finem §i I. collo-
sent.

. 12.] *Munifices*, a muniis s. muneribus faciendis ita
egit. R. M. II. 7. et 19. i. f. cum Stewech. comm. Ap. Paul.
Beneficarii ex Festo legimus „*munifices* vocabantur
vacabant, sed munus rei publicae faciebant“, oppo-
ficiariis, qui milites munere vacabant, beneficio, de
. Kellermann. Latercc. Caelim. p. 16. Paulus libro VIII.
um, L. 18. Dig. de V. S. (L. 16.) „*Munus* tribus modis
... tertio officium, unde munera militaria et quosdam

militēs munificēs [munificos *habet cod. Florent.*] vocari. .“ Laur. Lyd. de magg. I. 46. „*μουνιστάριοι, λειτουργοί*“. Panrolus, minus accurate Vegetii verba referens: „Munificēs autē vocabantur, qui nullo fultū privilegio omnia necessaria mune exsequēbantur, nec tantum vigiliās agebant, sed ligna, aqua et alia huiusmodi in castra portabant. Vegetius II. 19. *Fascularia tamen, inquit, i. e. ligna, foenum, aquam, stramen legitimi milites in castra portabant. munificēs enim ab eo appellantur, quod haec omnia munera faciant.* Haec ille. A vero ab his immunes principales milites candidati vocabantur Idē Veget. II. 7. *Candidati, ait, hi sunt milites principales qui privilegiis muniuntur; reliqui Munificēs appellantur, quod propter munera militiam facere coguntur.* Hactenus ille. [Necque haec verba Vegetii sunt, neque sensus verborum eiusdem. Hi milites forte quod nunquam immunes essent, Munifici sunt vocati. — De Castris Madensibus vide supra ad §. 4.

— §. 13.] De hoc Sarcitano limite explicando Pancirulus desperasse videtur: nihil enim annotavit praeter haec verba „ultimus est Praepositus limitis Sarcitani“, quae secundum superiorem annotationem nostram ad §. 11. fortasse ipse vera quidem sunt. Nulla omnino Sarcitae apud geographum mentio fit, nisi allegare velis quod apud Bruz. de la Martinière h. v. legitur „*Sarcitamus [sic] limes, ein alter Ort Africa*“. sed *Sarcitani* vocabulum mendose scriptum esse, pro *Sabratani*, vero mihi non absimile videtur. olim *Gergita* magis placuerat, ut de oppido contra Meningem insulam (c. pag. 362*. annot. ad p. 49*. §§. 27. sq.) limes nomen habuisse sed iam ad litteras *sarcitani* et limitum dispositionem proprii *sabratani* accedere opinor. De ipsa Sabrata s. Sabratha s. Sabaratha coloniā, una ex tribus urbibus quae regioni nomē Tripolitanae dederunt, *veteri Tripoli* ipsa hodie dicta, cf. supra ad §. 10. et p. 456*. ad p. 67*. §. 10., item Cellar. II. p. 15 §. 13., Mannert. X. 2. p. 138. sq., Morcell. I. p. 268. v. *Sabrathensis*, Georgii I. p. 515., Ukert. Nordufr. p. 470.

— §. 16.] *offitiis B.* — *magistorum C.*

‡. 17.] *praesentialem* aa. *praes.* post *praesentialem* §, itemque litteras *Præs* repetit ¶.

‡. 18.] i. e. duos, unum a parte peditum, alterum a quitum, alternis annis.

‡. 19.] *utrūque* ¶, *utrunque* aadet. i. e. unum, alteris a parte peditum equitumque.

‡. 26.] *offitiales* §.

APPENDIX

NOTATIONIS AD CAPITA XIX. XXIII. XXIII. XXIX. XXX.

Notitiam provinciarum et civitatum Africae quam dicere Victorius subiungere, interdum etiam adscribere solent, saepe sub-
 ois ut a topographiae ecclesiasticae scriptoribus in auxilium
 , primum a Sirmondo (Opp. tom. I.) e codice Laudunensi publi-
 deinde a Franc. Chiffetio (a. 1665.) et emendatus a Theod. Rui-
 . 1694. Venet., 1732.) cum doctis observationibus editam, cuius
 am Parisiis nuper repetierunt (Patrologiae tom. LVIII. accur. I. P.
 a. 1847. 4^o), secundum huius commentarii mei rationem non omit-
 beo. Dioeceses plures in Africa fuerunt, quam castella, quae
 mina Eugipp. in vita S. Severini c. 7. sect. 33. iuxta ponit („uni-
 dioeceses sive castella“ Norici); sed vix castellum fuerit Africa-
 ius suum episcopum non habuisset. Corollarii loco nomina op-
 Africanorum, unde episcopi ad Concilium Carthaginense de
 o III. a. p. Chr. 258. Cypriano praesidente venerant, adiecimus;
 scoporum nomina, cum ad rem nostram non facerent, pariter atque
 tia adiectiones *per* sive *p̄r* aut *p̄rt* (= periit) et *in exsilium*,
 a, *Corsica* (= in Corsicam relegatus), *hic* (= adfuit) et similes
 appositas, non recepimus. Variis litterarum formis distinguenda
 ius ea locorum vocabula, ad quae Ruinarti annotationem, ut
 , totam fere typis mandatam ante quam Ruinarti librum acci-
 aut confirmantem ac suppletam aut, si cui videbitur, corrigen-
 biunximus; nostra *λημμάτια* uncinis solito more inclusimus. Ex
 eximio commentario „Geographia sacra Africae“ partes quae
 c Notitiam Dignn. explicandam maxime faciunt, cum sedium epi-
 am per provincias distributarum enumeratione novissimum huius
 icis locum obtinebunt.

INCIPIUNT NOMINA EPISCOPORVM CATHOLICORVM DIVERSARVM
PROVINCIAARVM QVI CARTHAGINE EX PRAECEPTO REGALI VENERVNT
PRO REDDENDA RATIONE FIDEI DIE KALEND. FEBRVARIAS ANN
VI [VIII]. REGIS HVNERIGI [p. Chr. 484.]

[I.] — — PROVINCIAE PROCONSVLARIS.

Carthaginiensis.	Assuritanus.	Megalopolitanus [Me- gal.]
Abaritanus.	20 Urcitanus.	40 Timidensis.
Sinnarensis.	Tennonensis.	Ziggensis.
Piensis	Uticensis.	Seminensis.
5 Hippzaritanus [Hip- poz.]	Migirpensis.	Tagaratensis.
Gunelensis.	Gisipensis.	Altuburitanus.
Uzialensis [Uzal. Sirmond.]	25 Uzitensis.	45 Cellensis.
Membrositanus.	Verensis.	Uzipparitanus.
[VI.] — — PROVINCIAE TRIPOLITANAE.

1 <i>Leptimagnensis.</i>		<i>Kirbitanus.</i>		5 <i>Tacapitanus.</i>
<i>Sabratensis.</i>		<i>Oensis.</i>		

1) [Ad pag. 89*. §. 11. in *Castris Leptitanis*] *LEPTIMAGNENSIS*. *Leptis-magna* urbs est apud veteres notissima, quae *Tripolitanae* provinciae civilis metropolis erat. Magna dicebatur, quod altera *Leptis* civitas, minor scilicet dicta, in Africa haberetur, de qua egimus inter *Byzacenas* num. 36. *Leptis-magna*, inquit editor *Oxonicensis* operum sancti Cypriani in *Notis* ad concilium *Rebaptizantium*, erat *urbs Tripolitanae ex tribus urbibus Taphri, Abrotano, et Lepti-magna constata*. quae mutuatus est ex Iulii Solini *Polyhistore*, ubi capite 30. haec habentur: *Tripolim Achaei lingua sua signant de trium urbium numero Taphrae, Abrotani, Leptis-magnae*. At quod de provincia seu regione dixit Solinus, id ita *Oxonicensis* editor interpretatus est, quasi de ipsa urbe dictum fuisset. Porro *Harduinus* in *Notis* ad *Plinii* librum 5. c. 4. aliter refert Solini verba. *Tripolim*, inquit, *Achaei lingua sua signant de*

trium urbium numero, *Oeae, Sabratae, Leptis-magnae*. Plinius tamen loco laudato littus inter duas Syrtis describens, ait: *Ibi civitas Oeensis, Cynips fluvius ac regio. Oppida Neapolis, Gaphara, Abrotonum, Leptis altera, quae cognominatur Magna*. Sed Harduinus fatetur in Notis ferioribus num. 14. omnes libros pro *Gaphara* habere *Taphra*; se tamen *Gaphara* posuisse ex Ptolemaeo, quod nullum, inquit, sit in tota Africa oppidum quod *Taphra* vocetur. Verum nec ille Ptolemaeum secutus est: iste enim habet *Garapha portus* libro 4. cap. 4. Paulo etiam aliter habet Scylax, ipso attestante Harduino, nempe *Τράγαρα πόλις*. Ubi vides Harduinum *Taphram* urbem, quam Soliquus et Plinius discrete habebant, sustulisse, ut *Gapharam* induceret, etiam reclamantibus quos in sui patrocinium adduxit, Scylace et Ptolemaeo. Ceterum Ptolemaeus loco laudato praeter portum *Garapha* supra memoratum, *Neapolim, Tripolim*, et ex Palatino codice *Leptim-magnam*, unius urbis tria nomina commemorat. Tripolitana civitas etiam nunc celebris est cum regno sibi cognomine in Africa, vulgo dicta *Tripoli di Barbaria*. *Leptim-Magnam* non semel habet Antoninus in Itinerario, cuius episcopus *Dioga* in conc. Carth. sub sancto Cypriano memoratur. et *Victorinus episcopus Leptimagnensis* Donatista subscripsit concilio Cabarsuss. anno CCCXCIII. *Salcianus* eiusdem urbis item ex Donatistarum secta episcopus, Collat. Carth. adfuit cap. 208., ubi *Leptitanus* simpliciter episcopus dicitur; *Lepti* autem magnae ipsum praefuisse ex eo colligimus, quod *Victorinus* Donatista *Leptiminensis* episcopus in eadem Collatione habeatur, ut diximus num. 36. ad Byzacenos. Ammianus Marcellinus libro 29. cap. 6. eandem etiam urbem *Leptim* sine addito appellat. *Leptim-magnam, Tripolim et Pentapolim* memorat Procopius libro 2. de Bello Vandalico. *Leptim* fuisse patriam Severi Augusti testatur Aurelius Victor, quod de *Lepti-magna* intelligendum esse discimus ex lib. 6. Procopii de 2) aedificiis. 2) [Ad pag. 89*. §. 13. *Sarcitani*] *SABRATENSIS*. *Sabratam* laudant Ptolemaeus libro 4. cap. 3. Antoninus in Itinerario, Tabulae Peutingerianae, Plinius libro 5. cap. 4. et alii. *Sabatram* appellat Procopius lib. 6. de Aedificiis. *Nados episcopus Sabratensis* catholicus interfuit Collat. Carth. cap. 133. ubi dixit: *E diverso habui, sed modo non habeo*. Adversarium scilicet habuerat *Donatum*, qui cum aliis Donatistis Cabarsussitano concilio subscripserat anno CCCXCIII. et anno sequenti in Bagaiensi synodo fuerat exauctoratus. De hoc passim Augustinus in libris contra Cresconium. *Pomposius* episcopus *Sabratensis* erat tempore sancti Cypriani, ut dicemus infra num. 4. Denique *Vices Sabratenus* habetur apud Victorem libro 1. num. 7. de quo 3) plura diximus in Nota 23. ad eundem auctorem. 3) [Ad pag. 49*. §. 27. *Bafis Girbitani*] *GIRBITANVS*. In conc. Carth. sub sancto Cypriano *Monulus a Girba* rebaptizandos esse haereticos probare conatus est num. 10., cuius obiectiones confutat Augustinus libro 6. de Baptismo contra Donatistas cap. 17. *Proculus Girbitanus episcopus* Donatista subscripsit concilio Cabarsussitano, et ex eadem secta in Collat. Carth. cap. 199. recensitus est *Evasius episcopus Girbitanus*, quem hunc ipsum *Evasium* esse censet Baluzius, qui cap. 126. adversarius dicitur *Quodvultdei episcopi Givirtensis*, seu, ut ipse legit, *Girbitani*. Saepius sequenti, anno scilicet DXXV. conc. Cath. sub Bonifacio adfuit *Vincencius episcopus plebis Gervitanae, seu Girbitanae, provinciae Tripolitanae legatus*. Idem in concilio Iuncensi anno praecedenti accusatus fuerat *plebes Tamallumensis ecclesiae* invasisse, ut patet ex eiusdem synodi titulo apud Labbeum tomo 4. concil. col. 1627. et ex Bonifacii Cartha-

et Aegyptus: sed et interiora terrarum Antiquis vix nota, Aethiopiae appellatione designata continentur. Haud tam late patet altera *Africae* acceptio, iuxta quam non modo Aethiopia ab Africa discernitur, sed et haec peculiarem dioecesim, ut aiunt, constituit, ab Aegypto distinctam, et ab Oceano, scilicet Atlantico ad intimum maioris Syrtis sinum protrahitur: quae provincias Mauritaniam, Numidiam, Tripolitanam et Zeugitanam continet. Haec autem ultima provincia proconsularis *Africae* nomine proprie donatur, quae tertia est, eaque strictissima huius vocis acceptio. Africa secundum mediam illam acceptionem ab Occidente et Septentrione littorum obliquo spatio mari alluitur, patetque in longitudinem latus eius Occidentale ab Atlante ad Cotes Promontorium iuxta fretum DM passuum. Inde a parte Septentrionali ab Herculei freti ostiis ad Mercurii Promontorium secundum Plinium sunt millia passuum MCX, secundum Antonini Itinerarium MCCCCXXI: sin autem soli, hoc est, sinuum et amfractuum littoris ratio non habeatur; sed tantum coeli, hoc est, si linea recta ducatur, a Cotibus ad Mercurii Promontorium millia passuum MXXX. A Mercurii Promontorio ad Syrtis minoris internum latus expositum Orienti, Polybio, Plinio et Antonino sunt CCC millia passuum, a quo non multum distant nostrae rationes. Regio quae inter duas Syrtis interiacet versa in Septentrionem, Plinio CCL millia passuum, Antonino CCCLXXX mille passuum, secundum nos CCCL mille passuum. Syrtis maior, si Plinio fides, circuitus est DCXXV millia passuum, aditus autem CCCXV, circuitus CCCCL. Secundum nos aditus non plus quam CCL millia passuum. A Promontorio ad sinum intima CCX millia passuum. Ibi sunt Arae Philenorum qui extremus est *Africae* limes. Ab Austro Africa montibus et interiori adiacet Libyae, ac plus vel minus late patet, quo magis vel minus in mare terrae prominent. Haec omnia in Tabula Geographica videre est.

Africae divisio. — Dividitur autem Africa a Plinio in Mauritanias duas (Tingitanam, et Caesariensem), Numidiam et Zeugitanam quae Africa proprie dicitur ac in duas distribuitur, quarum una dicitur Byzacena, altera Tripolitana. In veteri Notitia *Africae* Constantii imperatoris, ut ferunt, temporibus facta, sic describitur et dividitur Africa: *vergentem ad Austri terram invenies terram Mauritaniam, cuius homines barbari quantum ad vitam et mores, Romanis tamen subditi. . . . Exinde post Mauritaniam Numidia provincia. . . . Proxima huic provinciae Africae regio in omnibus dives occurrit.* Apud Ptolemaeum ac Pomponium Melam Africa quoque dividitur in tres tantum partes, Mauritaniam, Numidiam et Africam stricte sumptam, sub qua comprehenduntur Byzacena et Tripolitana.

Haec quoque fuit antiquissima Ecclesiae Africanae divisio, ut testis est omni exceptione maior D. Cyprianus in epistola edit. Oxon. 48., ad Cornelium, ubi limites et partes Africanae Ecclesiae sic describit: *sed quoniam latius fusa est nostra provincia: habet enim Numidiam et Mauritanias duas cohaerentes.* In conc. Carth. de iteratione baptismi sub eodem Cypriano habito, cum in unum Carthagini convenissent Episcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania: quibus constat iam tum Ecclesias istarum provinciarum unum corpus Ecclesiarum constituisse et in quatuor provincias Ecclesiasticas fuisse tum divisas.

Nihil aut parum videtur Constantini imperatoris temporibus in ea divisione *Africae* immutatum; nam is in epistola ad Caecilianum Carthaginensem, quae refertur ab Eusebio l. X. Hist. Eccl. c. 6., quatuor

item provincias Africae enumerat his verbis: *quandoquidem placuit nobis ut per omnes provincias Africae, Numidiae, et utriusque Mauritanias.* Nihilominus idem in epistola ad Ablavium de Arelatensi concilio Tripolitanae addit provinciam, et Numidias plurali numero enuntiat, Ablavio iniungens ut *Caecilianum cum aliquibus ex his quos ipsa delegerit, sed et de Bysacena, Tripolitana, Numidiarum et Mauritaniarum provinciis singulos quosque cum aliquibus ex suis quos putaverint eligendos Arelatem mittat.* Ibi Tripolitana statui videtur tamquam Africae provincia a quatuor aliis iam tum distincta. Licet autem Numidiarum hic et alibi in plurali fiat mentio, non propterea tamen existimandum est duas fuisse provincias Numidiae, seu civiles, seu ecclesiasticas. Nam e duabus Numidiis una semper coaluit provincia, quae unam tantummodo Metropolim urbem et unum Primatem habebat, ut constat ex concilio Milevitano anni 402., in quo statuitur ut *Archicus Numidiae et apud primam sedem sit et in Metropoli, id est, Constantina.* Ecce unam Metropolim et unum Primatem totius Numidiae, Et ne quis dicat de una tantum Numidia hic agi: in conc. Carth. anni 397. *Crescentianus dicitur primas sedis Numidiarum Episcopus: in Graeco πρώτης καθέδρας τῶν δύο Νομιδιῶν.* S. Augustinus ep. LIX. ad Victorinum agens de contentione quae erat inter duos episcopos circa Primatum Numidiae, omnes episcopos Numidiae uni paruisse Primati supponit. Sunt qui Sitifensem Mauritaniam, quae deinceps a Numidia avulsa provinciam peculiarem constituit, alteram fuisse e duabus Numidiis censeant. Sed in conc. Carth. anni 416. diserte distinguuntur Numidiae duae a Mauritanis Sitifensi et Caesariensi.

Circa tempora Theodosii imperatoris Africa in sex est divisa provincias, quae a Sexto Rufo, et in Notitia imperii enumerantur, suntque Africa stricte sumpta, sive proconsularis provincia, Numidia, Byzacium, Tripolis, Mauritania Sitifensis, et Mauritania Caesariensis. Tingitana vero ab Africa avulsa Hispaniae attributa est. Eandem divisionem provinciarum et formam induit Ecclesiastica *πολιτεία*, ut ex conciliis ex universis Africae provinciis congregatis notum est, in quibus sex illae provinciae enumerantur. Sunt qui Sitifensem provinciam existiment non ante annum 419. inter Ecclesiasticas Africae provincias locum peculiarem obtinuisse et Primatem habuisse, idque ex canone 17. conc. Carth. huius anni. Sed hi oppido falluntur. Nam in conc. Carth. anni 397. legati Mauritaniae Sitifensis, provinciae suae nomine leguntur Carthaginem venisse ad concilium et omnia postulata detulisse: quod solum provinciis quae primas sedes habebant licebat, ut constat ex canone 18. Cod. Afric. In epistola Augustini ad Victorinum, quae nunc 59., anno 401. scripta, diserte habetur non tantum duas esse Mauritanias, sed utramque suum habere Primatem: *Legi, inquit, in eadem tractatoria etiam ad Mauritanias esse scriptum, quas provincias scimus habere Primates.* Anno 402. Nicetius Sitifensis, qui concil. Milevitano interfuit, vocatur Episcopus primae sedis Mauritaniae Sitifensis. Anno 403. Lucianus et Macrianus, Sitifensis provinciae Episcopi, legatione funguntur in conc. Carth. Anno 407. separatim enumerantur Sitifenses episcopi ut provinciae a caeteris diversae. Anno 411. in collat. Carth. seorsim enumerantur sex provinciae, et inter eas Sitifensis: *praesto sunt universi de omnibus scilicet provinciis Africanis, id est, de provincia Proconsulari, de provincia Byzacensi, de Numidia, de Mauritanis Sitifensi et Caesariensi et de Tripolitana provincia.* Et cap. 72. collat. Carthag. diei I.: *Si de numero dubitatur, eant provinciales ad Mauros,*

eant ad Numidas, eant ad Byzacenos, eant quoque ad Tripolitanos, eant ad Provinciae Proconsularis. Anno 418. legati eliguntur ex hac provincia qui Carthagini demorentur. Denum initio concilii anni 419. legati Sitifensium nomine praesentes adsunt concilio antequam canon 17. fuisset exaratus. Nihil ergo absurdius quam fingere tum primum in hoc conc. Mauritaniam Sitifensem, diversam a Caesariensi provinciam Ecclesiasticam constituisse. Quod spectat ad canonem 17. conc. Carthaginensis anni 419., in codice canonum Ecclesiae Africanæ sic habetur: *placuit ut Mauritania Sitifensis, ut postulavit, Primatem provinciae Numidiae, ex cuius coetu separatur, ut suum habeat Primatem: quem consentientibus omnibus primatibus provinciarum Africanarum, et omnibus episcopis, propter longinquitatem habere permissa est.* Ita lectus iste canon, Sitifensem provinciam Primate suo spoliaret, eamque Primati Numidiae subiiceret, quod a Sitifensis provinciae legatis postulatum, aut a synodo decretum esse nemo dixerit. Aliter porro legitur iste canon in duobus manuscriptis in hanc sententiam: *de primatu Mauritaniae Sitifensis. Primatem vero proprium cum Mauritaniae Sitifensis episcopi postularent, omne concilium episcoporum Numidiae, consentientibus omnibus primatibus vel universis episcopis provinciarum Africanarum, propter longi itineris novitatem, primatem habere permissa est. Cum consilio Carth. Ecclesiae factum est.* Eodem modo Ferrandus hunc canonem legit, ita huius decretum exponens in breviatione Canonum c. 82.: *ut Primatem proprium Mauritania Sitifensis habeat.* Sed ita intelligendus est iste canon, non quasi tum primum Primatem habuerit provincia Sitifensis, cum contrarium ex dictis aperte constet; sed hoc sensu quod tum fuerit confirmatum ipsi istud iuris concilii decreto, idque consentientibus episcopis Numidiae qui huc usque reclamaverunt. Hinc forte in epistola concilii Cabarsussitani, quod anno 393. a Donatistis celebratum est, unius tantum Mauritaniæ sit mentio, ita: *Sanctissimis fratribus atque collegis per universam Africam, hoc est provinciam Proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam et Tripolim constitutis.* Sed, uti iam observatum a nobis est, concilio Catholicorum anni 397. ac caeteris deinceps adfuerunt Sitifensis Mauritaniae Legati tamquam provinciae Africanæ ab aliis diversae, suumque Primatem habentis. Quamquam autem Tingitana Hispaniae foret attributa, atque inter provincias Africae non amplius numeretur, in istis conciliis attamen huius provinciae episcopi accensebantur episcopis Mauritaniae Caesariensis, ut constat ex Notitia Episcoporum Africae sub Hunerico digesta, in qua Tingitanae provinciae episcopi sub Caesariensi Mauritania recensentur. Hinc verisimile est Tingitanas ecclesias semper ad Africanam pertinuisse: unde in epistola Siricii ad Himerium Tarracouensem, Hispaniarum provinciae quinque tantum enumerantur: Tarracouensis, Carthaginensis, Baetica, Lusitania, et Gallecia, nec ulla Tingitanae fit mentio. Denum Iustinianus imperator recuperata Africa anno aerae vulgaris 534. constitutione sua, quae exstat in codice Iustin., lib. 1. tit. 27., hanc regionem in pristinum statum restituit et in sex dioeceses partitus est, Tingitanam, Carthaginem, Byzacium, Tripolim, Numidiam, Mauritaniam, quibus Sardiniam adiecit.

PROVINCIA PROCONSULARIS, quae inter alias prima censebatur. Haec inter provincias Africanas media clauditur ab Ortu et Septentrione pelago Africo. Ab Occidente dividitur a Numidia linea ducta ab ostiis Rubricati fluminis ad Mustim, ubi fluvium Bagradam attingit, et inde retro versus Occidentem ducta ad Narragaram, atque hinc ad Ammede-

ram, ubi rursus Bagradam fluvium attingit et secat usque ad Capsam oppidum Numidiae versus Meridiem. Ab Oriente et Meridie a Byzacena separatur linea ducta ab Uzita usque ad fluvium Bagradam. Tria habet Promontoria, Candidum, Apollinis adversum Sardiniae, et Mercurii adversum Siciliae, quae in altum procurrentia duos efficiunt sinus.

NUMIDIA, Numidarum olim regnum, Masinissae clara nomine, Metagonitis terra a Gracis appellata, Numidiae vero seu Nomades a permutandis pabulis Mapalia sua, hoc est, domos plaustris circumferentes. Ab Oriente adiacet provinciae proconsulari, a qua superius descripta linea distinguitur. A Septentrione mari alluitur. Ab Occidente terminatur linea ducta ab Ampsagae fluvii ostiis versus Meridiem usque ad Maximianum oppidum. Ab Austro habet Libyam interiorem. Huius provinciae Metropolis civilis Cirta colonia, quae Constantina dicta est et etiamnum dicitur.

BYZACENA provincia appellatur regio fertilitatis eximiae. Ab Ortu habet fluvium Tritonem: ab Occidente Numidiam iuxta lineam superius expositam: ab Austro Libyam interiorem. Huius urbs praecipua Adrumetum.

TRIPOLITANA provincia a flumine Tritone et minore Syrti usque ad aram Philei extenditur: mari alluitur a Septentrione: ab Occasu Tritone flumine finitur: a Meridie desertis Libycis.

MAVRITANIA SITIFENSIS habet ab Ortu lineam ductam ab Ampsagae fluminis ostiis versus Meridiem usque ad Maximianum oppidum.

Adiacet ad Occidentem Sitifensi CAESARIENSIS, quae a Tingitana flumine Malva distinguitur: a Sitifensi linea ducta a promontorio Occidentali Numidici sinus, ubi sita est urbs Vabar usque ad oppidum Tubanas oblique in Orientem ad flumen Uzar prope Zaratha. Sitifensis caput est urbs Sitifis, Caesariensis Iulia Caesarea.

MAVRITANIAE TINGITANAE limites, ab Ortu Malva fluvius: ab Occasu mare Atlanticum: a Septentrione fretum Herculeum et mare Mediterraneum: a Meridie montes Atlantici. Tingis huius provinciae urbs praecipua.

PROVINCIA PROCONSULARIS.*

In ea, praeter CARTHAGINENSEM hi sunt episcopi:

ABERITANORVM MAIORVM, seu *Abderitanus*, α 2, β d. 1, c. 133, not. 172.

ABERITANORVM MINORVM, β d. 1, c. 215, not. 172. et 454.

ABIDDENSIS, β d. 1, c. 126, not. 100. Forte tamen est Byzacena ubi *Abidus* apud Ptolemaeum.

* ABITINENSIS, β d. 1, c. 211, not. 390.

ABORENSIS, β d. 1, c. 133, n. 178.

ABSASALLENSIS. Synodicae Pa-

trum provinciae proconsularis in concil. Lateran. sub Martino subscribit: *Dominicus episcopus sanctae Ecclesiae Absasallensis.*

* ABZERITENSIS, seu *Abseritanus*, vel *Abderitanus*, β d. 1, c. 128, not. 133., apud Ptolemaeum hic collocatur *Abdera*.

ADVOCATENSIS, β d. 1, c. 206, not. 407.

AGENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateran. sub Martino ultimus sub-

*) Ne inutilibus litteris sequentem indicem Dupinii implicemus, Notitiam episcoporum qui a. 484. Carthagine convenerunt, littera α , Collocationem autem Carthaginiensem littera β designavimus. Asterisco praeposito Dupinius eas sedes distinxit, quas ut certae positionis in tabulam geographicam recepit.

scribit *Fortis episcopus S. Ecclesiae Agensis*: in concilio Carthaginiensi sub Cypriano num. 65., *Quintus ab Aggia*.

* *ALTIVRITANVS*, seu *Altuburitanus*, α 44, β d. 1, c. 128, not. 131.

* *APTUGNITANVS*, *Aptungitanus*, aut *Autumnitanus*, β d. 1, c. 128, not. 116.

ARADITANVS, α 13, concil. Carth. sub Bonifacio anni 525. adfuit *Aemilianus episcopus plebis Araditanae*.

* *ASSVRITANVS*, α 19, β d. 1, c. 120, not. 21.

AVSANENSIS, α 47.

BRCCENNENSIS, forte *Beneventensis*, seu *Benentensis* α 9, β d. 1, c. 128, not. 114. Inter subscriptiones episcoporum Africae concilii Arelat. I. reperitur *Anastasius de civitate Beneventina*.

BONVSTENSIS, α 31, β d. 1, c. 133, not. 164.

BOSETENSIS, vel *Busitanus*, β d. 1, c. 126, not. 88.

* *BVLLENSIS*, α 34.

* *BVLLENSIVM REGIORVM*, α 50, β d. 1, c. 135, not. 233. Duorum etiam *Bullarum* meminit Ptolemaeus, quarum altera ab eo dicitur *Bullamensa*, altera *Bulla regia*.

BVLNENSIS, synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Victor episcopus sanctae Ecclesiae Bulnensis*.

BVRITANVS, β d. 1, c. 133, not. 167.

CAECIRITANVS, synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Quobulus episcopus Ecclesiae Caeciritanae*.

* *CANIOPITANORVM*, forte *Canapii*, β d. 1, c. 133, not. 203. Ptolemaeus *Canopisium* locat inter Tabracam et Uticam.

* *CARPITANVS*, α 29, β d. 1, c. 126, not. 75.

CRFALENSIS, β d. 1, c. 133, not. 181.

CRLENSIS, α 45, β d. 1, c. 126, not. 73.

CESSITANVS, seu *Cicsitanus*, vel

Cissitanus, α 27, β d. 1, c. 206, not. 418.

CILIBIENSIS, vel *Elibiensis*, β d. 1, c. 206, not. 410.

* *CLYPIENSIS*, α 38, β d. 1, c. 133, not. 166. *Hodie Quippia* seu *Cupia*, quam Arabes vocant *Aclibiam*.

CVBENSIS, β d. 1, c. 133, not. 189.

CVLVSITANVS, α 33, β d. 1, c. 138, not. 263. Idem videtur qui *Culcitanensis*. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Petrus episcopus sanctae Ecclesiae Culcitanensis*.

* *CVRVBITANVS*, α 36, β d. 1, c. 198, not. 366.

* *DRYSILIANENSIS*, β d. 1, c. 121, not. 49.

EGVGENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateran. sub Martino subscribit *Florentius episcopus sanctae Ecclesiae Egugensis*.

* *ELEFANTARIENSIS*. In tabulis Pentingerianensis occurrit in provincia proconsulari *Elefantaria* non procul ab Utica, diversa ab *Elefantaria* Mauritaniae Caesariensis. Duas etiam *Elefantarias* recenset Anonymus Ravennas.

FVRNITANVS, β d. 1, c. 198, not. 367.

GISIPENSIS MAIORIS, α 24, β d. 1, c. 133, not. 231.

GIVTRAMBACARIENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateran. sub Martino subscribit *Benenatus episcopus sanctae Ecclesiae Giutrambacariensis*.

GVNELSIS, seu *Gunelmensis*, α 6.

* *HILTENSIS*, β d. 1, c. 133, α 230.

HIPPONIENSIS DYARHYTORVM, α 5, β d. 1, c. 132, not. 161.

HORTENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Donatus episcopus sanctae Ecclesiae Hortensis*.

LADBENSIS, α 18, β d. 1, c. 198, not. 358.

LACV DVLCB, β d. 1, c. 187, not. 305.

* **LARENENSIS**, β d. 1, c. 131, not. 158.
LIBERTINENSIS, β d. 1, c. 116, not. 17.

MATTIANENSIS. In synodica Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Marcellus episcopus Mattianensis*.

* **MAXVLITANVS**, α 30, β d. 1, c. 188, not. 324.

MEGLAPOLITANVS, α 39, β d. 1, c. 133, not. 216.

* **MELZITANVS**, seu *Melditanus*, β d. 1, c. 121, not. 35.

* **MEMBLOSITANVS**, seu *Membrositanus*, α 8, β d. 1, c. 133, not. 205. et 225.

* **MEMBRESBITANVS**, β d. 1, c. 133, not. 205.

MIGIRPENSIS, α 23, β d. 1, c. 126, not. 108.

* **MISSVENSIS**, α 17. *Missuam* memorant Antoninus in Itinerario et Anonymus Ravennas, quam *Misuam* appellant Plinius et Tabulae Peutingerianae. Ptolemaeus vero *Nissam*. Procopius lib. II. de bello Vandalico *Missuam Carthaginensium navale* appellat. *Servus Dei episcopus Missuensis* concil. Carth. sub Bonifacio anno 525. interfuit.

MVLLITANVS, α 15, β d. 1, c. 133, not. 168.

MVSTITANVS, β d. 1, c. 121, not. 53.

MVZVENSIS, α 49, β d. 1, c. 128, not. 112.

* **NARAGGARITANVS**, α 48, β d. 1, c. 208, not. 430.

* **NEAPOLITANVS**, α 35, β d. 1, c. 126, not. 76. Hodie Arabes *Nabel* vocant.

NVENVLITANVS, β d. 1, c. 126, not. 98.

OFITANVS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in conc. Lateran. sub Martino subscribit *Fortunianus episcopus sanctae Ecclesiae Ofitanae*.

PARIENSIS. Synodicae Patrum proconsularis in concilio Lateran. sub Martino subscribit *Felix episcopus sanctae Ecclesiae Pariensis*.

PARTVSENSIS. In concil. Bagaiensi

damnatus est *Martialis episcopus Pertusensis*. *Pertusa* in Tabulis Peutingerianis inter oppida provinciae proconsularis recensetur.

PIENSIS, α 4. Legendum fortasse *Picensis*, nam in Tab. Peuting. *Picus* memoratur. Apud Polyb. fit mentio loci qui *Prion* dicitur. Synodicae Patrum Prov. proc. subscribit *Felix episcopus Pariensis*: an ad istos *Piensis* quidquam pertineat incertum.

PISITENSIS, β d. 1, c. 133, not. 183.

PVPPIANENSIS, α 12, conc. Carth. sub Aurelio anno 397. interfuit *Victor senex Puppianensis*, et concil. Carthaginensi sub Bonifacio ann. 525. *Gaudiosus episcopus Ruppianensis*. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateranensi sub Martino subscripsit *Bonifacius episcopus sanctae Ecclesiae Puppianensis*.

* **PVPPITANVS**, α 11, β d. 1, c. 126, not. 77.

RVCVMENSIS. In provincia proconsulari. In concil. Carthag. sub Cypriano interfuit *Lucianus a Rucuma*, et synodicae Patrum provinciae proconsularis in conc. Lateran. sub Martino subscribit *Maximus episcopus sanctae Ecclesiae Rucumensis*.

SAIENSIS, seu *Suensis*, β d. 1, c. 128, not. 111.

SICILITANVS, β d. 1, c. 143, not. 272.

* **SEMINENSIS**, aut *Siminensis*, vel *Simminensis*, α 49. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concil. Lateran. sub Martino subscripsit *episcopus Seminensis*, et conc. Carth. sub Bonifacio ann. 525. *Iunianus episcopus Siminensis*. In Anonymo Ravennensi *Sumintina* legitur.

A SENENSALIS, β d. 1, c. 201, not. 393.

A SICCENNI, forte *Sinitensis*, seu *Sinicensis*, β d. 1, c. 133, not. 186.

* **SICCENSIS**, β d. 1, c. 139, not. 265.

* **SICILIBENSIS**, β d. 1, c. 198, not. 348.

SILRSILENSIS, β d. 1, c. 201, not. 396.

SINIDICENSIS, β d. 1, c. 135, n. 256.

* **SIMITTENSIS**, α 37, β d. 1, c. 126, not. 65.

SINNVARITENSIS, seu *Sinnuaren-sis*, aut *Sinnarensis*, β d. 1, c. 133, not. 185.

SVCCVBENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concil. Lateran. sub Martino subscribit *Lucianus episcopus sanctae Ecclesiae Succubensis*. Forte etiam *Vindicius Sacubasensis*, qui interfuit concilio Carth. ann. 348. sub Grato, huius sedis erat episcopus.

* **TABORENSIS**, β d. 1, c. 126, n. 70.

TABRACENSIS, β d. 1, c. 126, not. 63. Hodie *Tabarca* Genuensium oppidum.

* **TAVCENSIS**. Epistolae synodicae Patrum provinciae proconsularis in concil. Lateran. sub Martino subscribit *Paulus episcopus sanctae Ecclesiae Tabucensis*.

TACAPITANVS, α 5, β d. 1, c. 133, not. 227.

TACIANAE-MONTENSIS, conc. Carth. anni 525. subscribit *Ruffinus episcopus Taciae Montanae*, conc. Carthausitano *Cresconius Tatiensis*, et ep. synod. Patrum prov. procons. *Probus Tatiamentensis*.

TADVENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Cyprianus episcopus sanctae Ecclesiae Tadvensis*.

TAGARATENSIS α 43, β d. 1, c. 128, not. 151.

TAGORENSIS β d. 1, c. 133, et 143, not. 201, et 275.

TAVRACINENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concil. Lateranensi sub Martino subscribit *Clarissimus episcopus sanctae Ecclesiae Tauracinae*.

TELENSIS, pro *Zellensis*, α 14, β d. 1, c. 135, not. 260.

TENNONENSIS, α 21, *Optatus episcopus Tonnonensis* subscripsit concil. Carth. sub Bonifacio ann. 525. Celebris est *Victor Tunnonensis* auctor Chronici.

THEODALENSIS, seu *Theudalensis* et corrupte *Eudalensis*, α 53, β d. 1, c. 126, not. 107.

TIBVRICENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concil. Lateranensi sub Martino subscribit *Valerius episcopus sanctae Ecclesiae Tiburicensis*.

TIBVRNICENSIS Ep. synodicae Patrum provinciae proconsularis subscribit *Crescens episcopus Ecclesiae Tiburnicensis*.

TIGIMENSIS, β d. 1, c. 133, not. 184.

TIIVCENSIS, forte *Tysicensis*, β d. 1, c. 126, not. 105.

* **TIMIDENSIS**, α 40. *Timidensium Martyrum* festivitas celebratur in vetusto kalendario Carthaginensi ad XI. kal. Iunii. Haec urbs *Timida regia* dicebatur, cuius episcopum *Faustum Confessorem* laudat *Augustinus*, lib. VII. de Baptismo contra *Donatistas*, cap. 22. qui quidem adfuit concil. Carthag. sub *Cypriano*. Restitutus episcopus *Timidensium* regionum subscribit concil. Carth. sub *Bonifacio*. Inter episcopos provinciae proconsularis in concil. Lateran. sub Martino subscripsit *Felix episcopus Ecclesiae Timidensis*.

TINNISENSIS, α 32.

TISILITANVS, β d. 1, c. 121, not. 50. *Peutingerus Tichillam* locat in provincia proconsulari.

TITVLITANVS, α 51, β d. 1, c. 126, not. 95.

TIZZICENSIS. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concil. Lateranensi sub Martino subscribit *Vitalis episcopus sanctae Ecclesiae Tizzicensis*.

TRISIPENSIS, seu *Trisipellensis*, β d. 1, c. 128, not. 113.

* **TVBVRBITANORVM MAIORVM**, β d. 1, c. 133. et 135, not. 170. et 259. Inter episcopos Africae in concilio *Arelat. I.*, subscribit *Faustus episcopus de civitate Tuborbilana*. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concil. Lateran. sub Martino subscribit *Germanus episcopus sanctae Ecclesiae Ciuntuturbo*, quem

huius urbis episcopum esse nullus dubito. Scriptum erat *Civ. m. Tuburbo*, hoc est, *Civitatis maioris Tuburbitanas*, unde vitio exscriptoris factum est *Ciumturburbo*.

* *TVBVRBITANORVM MINORVM*, α 52, β d. 1, c. 133, not. 170.

* *TVBVRVICVBAENSIS*, β d. 1, c. 121, not. 43.

* *TVCABORENSIS*, β d. 1, c. 208, not. 426.

TVGGENSIS, seu *Municipii Togiae*, β d. 1, c. 187, not. 318.

TVLANENSIS, α 54.

TVNEIENSIS, β d. 1, c. 128, not. 110.

* *TVRENSIS*, β d. 1, c. 121, not. 54.

TVRVDSIS, forte *Turusensis*, β d. 1, c. 126, not. 99.

* *TVRVSITANVS*, β d. 1, c. 133, not. 187.

* *VALLITANVS*, β d. 1, c. 135, not. 249.

VCRENSIS, seu *Verensis*, α 26, β d. 1, c. 208, not. 428. In concilio Arelat. I. subscribit *Vitalis episcopus de civitate Verensium*.

VCVLANSIS, β d. 1, c. 128, not. 130.

VILLAE-MAGNENSIS, β d. 1, c. 133, not. 173.

VILTENSIS, seu *Biltensis*, β d. 1, c. 208, not. 431. Inter episcopos Afros in subscriptionibus concil. Arelat. I. reperitur *Surgentius episcopus de civitate Poco-feltis*, forte legendum *Vico-Beltis*.

* *VINENSIS*, β d. 1, c. 128, not. 132.

Vinae civitatis mentio fit in Itinerario Antonini; Peutingero *Vina vicus*; Anonymo Ravenn. *Benda*.

VISICENSIS, β d. 1, c. 126, not. 69.

* *VOLITANVS*, α 28, β d. 1, c. 128, not. 146.

VRCITANVS, seu *Uci-maioris*, α 20, β d. 1, c. 134, not. 220.

VRVGITANVS, forte *Uracitanus*, seu *Urcitanus*, α 20, β d. 1, c. 187, α 315.

* *VTICENSIS*, α 22, β d. 1, c. 128, not. 128. Inter episcopos qui concilio Arelatensi I. subscripserunt, invenitur *Victor episcopus de civitate Utica*.

* *VTINENSIS*, β d. 1, c. 128, et 133, not. 135. et 169. Inter subscriptiones concilii Arelatensis I. occurrit nomen *Lampadii episcopi de civitate Utina*.

* *VTINISENSIS*, seu *Tinnisensis*, α 32, β d. 1, c. 126, not. 106.

VTIENSIS, seu *Utimmirensis*, α 10, β d. 1, c. 126, not. 66. et 104.

VVAZENSIS, vel *Ucasiensis*, β d. 1, c. 126, not. 94.

* *VZALENSIS*, α 7, β c. 204, not. 204. Conc. Carth. sub Bonif. Augustin. l. 22. de civit. Dei c. 8.

* *VTZIPPARITANORVM*, α 46, β d. 1, c. 131, not. 157. In Tabulis Peutingerianis est *Usippira*.

* *VZITENSIS*, seu *Uci-minoris*, α 25, β d. 1, c. 134, not. 220. *Usita* sex millibus distat a *Lepti* ex *Hirtio*.

* *ZARNENSIS*, seu *Zamensis*. Synodicae Patrum provinciae proconsularis in concil. Lateranensi sub Martino subscribit *Vitalis episcopus sanctae Ecclesiae Zarnensis*. In Tabulis Peutingerianis inter urbes provinciae proconsularis legitur *Zama Regia*.

ZEMTENSIS, β d. 1, c. 133, not. 188.

* *ZICKENSIS*, forte *Ziggensis*, α 41, β d. 1, c. 198, not. 356.

* *ZVRENSIS*, β d. 1, c. 133, not. 179.

PROVINCIA NUMIDIÆ.

* *AMBYRENSIS*, seu *Amphorensis*, α 11, β d. 1, c. 121, not. 30.

* *ANNEDERENSIS*, β d. 1, c. 126, not. 97.

AQVAENOVENSIS, α 73, β d. 1, c. 198, not. 361.

AQVENSIS, β d. 1, c. 198, not. 365.

ARENSIS, β d. 1, c. 201, not. 378.

ARSICARITANVS, α 57.

AVGVVITANVS, α 35, β d. 1, c. 126, not. 84.

AVRVSVLIANENSIS, β d. 1, c. 206, not. 413.

AVSVVRENSIS, α 15.

AVZAGENSIS, seu *Austragensis*, β d. 1, c. 176, not. 280.

* **AZVRENSIS**, vel *Ainzensis*, β d. 1, c. 188, not. 321.

* **BADRENSIS**, α 74.

BAGAITANVS, forte idem cum uno e *Vagensibus*. Vide notam in lib. III. Optati.

* **BAMACCORENSIS**, α 14, β d. 1, c. 128, not. 137.

* **BAZARITANVS**, seu *Vasaritanus*, α 32, β d. 1, c. 129, not. 154.

BAZIENVVS, seu *Bazitensis*, β d. 1, c. 182, not. 300.

BELALITENSIS, seu *Belesasensis*, α 106, β d. 1, c. 12, not. 68.

* **BOFETANVS**, vel *Bosetanus*, α 63, β d. 1, c. 120, not. 28.

BYCCONIENSIS, seu *Bocconiensis*, α 13, β d. 1, c. 198, not. 354.

* **BVRVGIATENSIS**, seu *Burcensis*, α 5, β d. 1, c. 201, not. 389.

CAELIANENSIS, α 49.

CAESARIENSIS, α 47, β d. 1, c. 132, not. 159.

CALANENSIS, α 3, β d. 1, c. 139, not. 266.

CAPSENSIS, β d. 1, c. 208, not. 437. ubi *Capsae* oppidi Numidiae, inter solitudines fit mentio diversi ab eo qui in Byzacena.

CASARVM MEDIANENSIVM, α 29, β d. 1, c. 135, not. 255.

CASENSIS CALANENSIS, α 43, β d. 1, c. 133, not. 224.

CASENSIVM NIGIRENSIVM, α 58, β d. 1, c. 149, not. 278.

CASTELLANVS, α 4, *Castelli* in Numidia meminere Sallustius et Hirtius.

CASTELLO-TITVLITANVS, α 51.

CATAQVENSIS, α 39, β d. 1, c. 143, not. 271.

* **CENTENARIENSIS**, α 39, β d. 1, c. 133, not. 212.

CENTVRIENSIS, α 95, β d. 1, c. 126, not. 81.

* **CENTVRIONENSIS**, α 6, β d. 1, c. 202, not. 401.

* **CERAMVNENSIS**, seu *Ceramussensis*, β d. 1, c. 133, not. 232.

* **CONSTANTINIENSIS**, seu *Cirtensis*, vel *Circensis*, α 83, β d. 1, c. 138, not. 264.

* **CVICVLITANVS**, α 10, β d. 1, c.

121, not. 33.

* **CVLLITANVS**. Est in Numidia *Cullu* municipium, cuius mentio fit in Itinerario Antonini et in Tabulis Peutingerianis, hodie *Collo*, cuius loci potius dicendi sunt episcopi *Victor* et *Fidentius*, de quibus in β cap. 126. et 201. quam *Cubulitanae* urbis in Byzacena, atque hinc emendanda nota 87.

* **DIANENSIS**, β d. 1, c. 198, not. 352. *Diana* in Itinerario Antonini reperitur.

FATENSIS, α 107.

FESSEITANVS, α 12.

FORMENSIS, α 104, β d. 1, c. 209, not. 442.

FORMENSIS, α 108.

* **FOSSALENSIS**, seu potius *Fussalensis*, α 21. *Fussala* castellum quadraginta tantum millibus ab Hippone-regio dissitum, et ab eius dioecesi avulsam tempore sancti Augustini, ut docet epistola CCIX. Miracula ibidem sancti Stephani meritis edita narrat idem, lib. XXII. de Civit. Dei cap. 8.

GARBENSIS, α 102, β d. 1, c. 209, not. 441.

GAVDIABENSIS, seu *Gazabianensis*, α 13, β d. 1, c. 201, not. 387.

GAVRIANENSIS, α 99.

* **GAZAVFALENSIS**, α 2. In cour. Carthaginensi sub Cypriano subscripsit *Martyr Salvianus a Gazafala: Gazaphna* Ptolemaco: Procopio *Gazophila*. In Tabulis Peutingerianis habetur *Gazaupala*.

* **GEMELLENSIS**, β d. 1, c. 206, not. 414.

GERMANIENSIS, α 97, β d. 1, c. 120, not. 26.

GIBBENSIS, seu *Gilbensis*, α 40, β d. 1, c. 231, not. 391.

GILBENSIS, seu *Castro-Galbensis*, α 90, β d. 1, not. 321.

DE GIRV-TARAZI, α 121.

GVIRENSIS, seu *Girensis*, α 9, β d. 1, c. 121, not. 34.

* **HIPPONENSIVM - REGIORVM**, β d. 1, c. 138, not. 262.

HOSPITENSIS, α 110, β d. 1, c. 133, not. 295.

* IDASSENSIS, α 27, β d. 1, c. 182, not. 298.

* IDICRENSIS, α 16, β d. 1, c. 128, not. 145.

IVCVNDIANENSIS, β d. 1, c. 180, not. 296.

IZIRIANENSIS, seu *Hisirzadensis*, α 55, β d. 1, c. 133, not. 213.

* LAKASVENSIS, α 112, β d. 1, c. 128, not. 143.

* LAMBESITANVS. *Lamesa*, seu *Lambesa*, Ptolemaeo et Antonino. Numidiae urbs, cuius episcopus *Ianuaris* subscribit concilio Carth. sub Cypriano. *Privati* haeretici in *Lambesitana* colonia damnati meminit Cyprianus, epist. LV. Duplex *Lambesitanus* episcopus occurrit in concilio Carth. sub Cypriano, unus num. 6, alter num. 75.

LAMBIENSIS, seu *Lambesitanus*. β d. 1, c. 201, not. 375.

* LAMBIRITENSIS, seu *Lambiritanus*, α 19, β d. 1, c. 206, not. 412. *Lambiridis* apud Peutingerum occurrit.

LARIIGIGIENSIS. α 101, β d. 1, c. 133, 187. et 198, not. 163.

LARIIGIGIENSIS. α 122, β d. 1, *ibid.*

LAMPVENSIS, seu *Lampuensis*, α 87, β d. 1, c. 133, not. 222. *Lambaudis* apud Peutingerum.

LANSORTENSIS, α 23, β d. 1, c. 149, not. 282.

* LEGENSIS, α 78, β d. 1, c. 121, not. 39.

LEGENSIS, α 85, β d. 1, c. 187, not. 39. In concilio Arelat. I. subscribit *Victor episcopus de civitate Legis volumini provinciae Numidiae*. Forte is est *Legensis*.

* LIBERALIENSIS, β d. 1, c. 133, not. 223.

LEVRENSIS, α 82.

* MADAVRENSIS, α 60, β d. 1, c. 126, not. 62. *Madurus* occurrit apud Ptolemaeum.

MADENSIS, α 37. *Limitis Madensis* mentio fit in notitia imperii, sect. 55.

* MAGAREKLITANVS, α 103, β d. 1, c. 126, not. 60.

MARCELLIANENSIS, seu *de Giru-*

Marcelli, α 52, β d. 1, c. 133, not. 174.

* MAGOMAZIENSIS, seu *Macomadiensis*, α 84, β d. 1, c. 116, not. 16.

* MASCVLITANVS, α 94, β d. 1, c. 128, not. 122.

MATHARENSIS, α 38, β d. 1, c. 120, not. 27.

* MAXIMIANENSIS, α 119.

MAZACENSIS, α 81, β d. 1, c. 215, not. 445.

METENSIS, α 46, β d. 1, c. 126, not. 79.

* MESARFELTENSIS, β d. 1, c. 198, not. 360.

MIDLENSIS, seu *Midilensis*, α 41, β d. 1, c. 193, not. 329.

* MILEVITANVS, α 114. Vide notam 1. ad lib. I. Optati, pag. 1.

* MONTENV, seu *Montensis*, α 25, β d. 1, c. 121, not. 52.

* MOXORITANVS, α 76.

MVLIENSIS, α 109.

MVNICIPENSIS, α 56. Forte idem qui dicitur *Municipii Tulliensis* in concilio Carth. anni 525. cui subscribit *Marianus episcopus municipii Tulliensis*, Numidiae legatus.

* MVSTITANVS, α 71, β d. 1, c. 206, not. 53.

* MVTVGENNENSIS, β d. 1, c. 133, not. 191.

NARATCATENSIS, α 100, concilio Carth. anni 525. sub Bonifacio subscribit *Columbus episcopus plebis Naraccatensis*.

NICIBENSIS, forte *Nibensis*, α 8, β d. 1, c. 201, not. 381.

NOBABARBARENSIS, seu *Novabarbarensis*, α 26.

NOBACAESARENSIS, α 31. Idem forte locus qui *Vicus Caesaris* dicitur in concilio Carth. sub Cypriano, et *Vicus Augusti* in concilio Cabarsussitano.

NOBAGERMANIENSIS, seu *Novagermaniensis*, α 28. Diversa a *Germania* quae num. 97. *Seniores Nocae Germaniae* semel et iterum memorantur in codice canonum Ecclesiae Africanae can. 100.

* NOBAPARSENSIS, α 45. *Nocae-*

sparsae meminit Antoninus in Itinerario haud procul a Sitifi.

* NOVAPETRENSIS. Antoninus in Itinerario habet *Novapetra*. β d. 1, c. 187, not. 311.

NOVASINENSIS, seu *Nobasinensis*, β d. 1, c. 121, not. 32.

OCTAVENSIS, α 36. Urbs Numidiae. Concilio Carth. sub Cypriano interfuit *Victor ab Octavo*. *Octavensis* loci meminit Optatus lib. III.

PVTIENSIS, α 17, β d. 1, not. 281.

PVDENTIANENSIS, α 44, β d. 1, c. 201, not. 385. Vide de eadem Ecclesia ep. XXXIII, l. II. Gregorii Magni ad finem Monumentorum nostrorum.

REGIANENSIS, α 91. Gregorius Magnus lib. X. ep. XXXII. scribit ad Columbum Numidiae episcopum occasione *Paulini* cuiusdam *Regensis* episcopi, quem *Regianensem* esse suspicatur Theodericus Ruinart.

RESPECTENSIS, α 79.

* RESSIANENSIS, seu *Ressanensis*, α 34, β d. 1, c. 126, not. 64.

* ROTARIENSIS, β d. 1, c. 187, not. 319.

* RVSICCADIENSIS, β d. 1, c. 198, not. 350. *Russicade* portus erat *Constantinae*, nunc *Succaicade*.

* RYSTICIANENSIS, α 61, β d. 1, c. 198, not. 374.

* SELEVCIANENSIS, α 116, β d. 1, c. 121, not. 42.

SIGVITENSIS, seu *Suggitanus*, α 18, β d. 1, c. 197, not. 340.

SILENSIS, α 92.

SILLITANVS, α 54, β d. 1, c. 128, not. 115.

* SINITENSIS, β 67, d. 1, c. 202, not. 398.

SISTRONIANENSIS, α 64.

SVAVENSIS, vel *Suabensis*, α 96, β d. 1, c. 133, not. 194.

SYSICAZIENSIS, α 30.

* TABVDENSIS, α 42, β d. 1, c. 133, not. 208.

* TACARATENSIS, α 113, β d. 1, c. 121, not. 41.

* TAGASTENSIS, α 118, β d. 1, c. 136, not. 261.

* TACORENSIS, α 20, β d. 1, c. 133,

not. 201.

* TAMOGADENSIS, seu *Tamugadensis*, α 77, β d. 1, c. 128, not. 142. *Tamugadae* meminit Procopius quam dicit sitam esse ad calcem montis Aurazii, qui hodie quoque vocatur *Auras*.

* TEGVLATENSIS, seu *Teglatensis*, α 69, β d. 1, c. 198, not. 355.

* TEVESTINVS, seu *Tebestinus*, vel *Tibestinus*, α 75, β d. 1, c. 121, et 180, not. 40. et 292.

THARASENSIS, α 53, concilio Carthaginensi sub Cypriano interfuit *Zosimus a Tharasa*.

* TIBILITANVS, α 66, β d. 1, c. 197, not. 50. et 344, et not. 50. in l. I. Optati.

TIGILLAVENSIS, seu *Tigillabensis*, α 33, β d. 1, c. 133, not. 210.

* TIGISITANVS, α 89, β d. 1, c. 135, not. 257.

* TIGNICENSIS, β d. 1, c. 133, not. 176.

TINISTENSIS, seu *Tinisis*, β d. 1, c. 180, not. 295.

* TIPASENSIS, α 65. Diversa haec *Tipasa* a Mauritaniae Caesariensis urbe, de qua Optatus lib. 2. §. 18. p. 42. *Firmus episcopus Ecclesiae Tipasensis*, Numidiae provinciae legatus subscripsit concilio Carthaginensi sub Bonifacio, anno 525, et adfuit concilio V. generali.

* TISEDITENSIS, vel *Tiseditanus*, seu *Tididitanus*, α 24, β d. 1, c. 135, not. 258.

* TVBINIENSIS, seu *Tubuniensis*, α 72, β d. 1, c. 121, not. 31. Ptolemaeo *Tubuna* prope Mustim.

* TVBVRNICENSIS. Apud Ptolemaeum reperitur inter oppida Numidiae *Tuburnica*, cuius crediderim episcopum Aeneam *a Tuburnicae*, de quo β d. 1, c. 215, not. 453.

* TVBVRICENSIS, α 22, β d. 1, c. 143, not. 270.

* TVCCENSIS, β d. 1, c. 65. et 130, not. 13. et 156.

A TVRRE ROTVNDI, forte *a Robunda*, β d. 1, c. 208, not. 420.

DE TVRRES-AMENIARVM, α 105. TVRRIS-CONCORDIENSIS, α 86.

VADENSIS, α 117.
 VADESITANVS, α 98, β d. 1, c. 126, not. 103. *Vasidice* occurrit in Tabulis Peutingerianis.
 * VAGEATENSIS, seu *Vagadensis*, vel *Vagradensis*, α 111, β d. 1; c. 180, not. 297. Erat urbs sita ad flumen Bagradam, quae dicitur a Polybio *Macar*, et hodie fluvius Bagradas *Magerada* appellatur.
 * VAGENSIS, vel *Vadensis*, α 7, β d. 1, c. 215, not. 450.
 VAGROTENSIS, α 88.
 VALIANENSIS, seu *Baianensis*, β d. 1, c. 99, not. 9. et 14.
 * VELESITANVS, α 80, β d. 1, c. 135, not. 192. et 234. In Tabulis Peutingerianis *Velesi* habetur.

* VESELITANVS, seu *Vegeſolitanus*, α 59, β d. 1, c. 135, not. 192. et 234.
 VESCRITANVS, pro *Bercheritanus*, α 1, β d. 1, c. 120, not. 18.
 VICENSIS, seu *Vicopacensis*, α 123, β d. 1, c. 143, not. 277.
 * VILLAREGENSIS, α 62, β d. 1, c. 128, not. 139.
 VLLITANVS, α 115. .
 ZABENSIS, α 70, β d. 1, c. 198, not. 362.
 * ZAMENSIS, β d. 1, c. 121, not. 44.
 * ZARAITENSIS, seu *Zarattensis*, α 120, β d. 1, c. 128, not. 138.
 ZATTARENSIS, α 50, β d. 1, c. 128, not. 121.
 ZERTENSIS, β d. 1, c. 187, not. 314.
 ZVMENSIS, β d. 1, c. 113, not. 15.

PROVINCIA BYZACENA.

* ABARADRENSIS, α 23.
 ABIDENSIS. In provincia Byzacena ex Ptolemaeo.
 * ACOLITANVS, seu *Acolitanus*, α 59. *Quinctus* huius Ecclesiae episcopus subscribit epistolae Patrum Byzacenorum in concilio Lateranensi sub Martino.
 * ADRVETINVS, β d. 1, c. 126, not. 67.
 AFRVFNENSIS, α 2.
 * AGGARITANVS, α 108, β d. 1, c. 126, not. 91.
 AGGERITANVS, seu *Aggaritanus*, α 29, β d. 1, c. 126, not. 91.
 * ANVDARENSIS, α 1, d. 1, c. 126, not. 93.
 ANCVSENSIS, α 5, β d. 1, c. 126, not. 101.
 AQUAE-ALBENSIS, α 52, β d. 1, c. 197, not. 335.
 * AQUENSIVM REGIORVM, α 86, β d. 1, c. 126, not. 74.
 AQUIABENSIS, α 26.
 * ARSVRITANVS, α 67. Eiusdem forte loci episcopus erat qui epistolae Patrum Byzacenorum in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Bonifacius episcopus sanctae Ecclesiae Sasuritanae*.
 * AVTENTENSIS, α 104. Epistolae episcoporum provinciae Byzacena

in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Optatus episcopus sanctae Ecclesiae Autentensis*.
 * AVZAGERENSIS, α 96, β d. 1, c. 208, not. 424.
 BAHANNENSIS, seu *Boanensis*, vel *Banensis*, α 73, β d. 1, c. 126, not. 80.
 BENNEFENSIS, seu *Benefensis*, α 4, β d. 1, c. 133, not. 193.
 BIZACIENSIS. *Bizacii* oppidi in ea provincia quae Byzacena dicitur meminere Ptolemaeus et Procopius.
 BYLELIANENSIS, α 16. Forte huius sedis episcopus erat *Quodvultdeus episcopus plebis Bullamensis*, qui subscripsit concilio Carthaginensi sub Bonifacio, anno 525. *Bululae* meminit Plinius, lib. V. c. 5.
 CABARVSRRNSIS, β d. 1, c. 208, not. 438.
 * CAPSENSIS, α 60, β d. 1, c. 126. et 208, not. 82. et 437.
 CARCABIANENSIS, α 84, β d. 1, c. 201, not. 380.
 CARIANENSIS, seu *Casularum Carianensium*, α 58, β c. 126, not. 90.
 CEBARADEFENSIS. Epistolae Patrum provinciae Byzacena in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Mustulus episcopus sanctae Ecclesiae Cebaradefensis*.
 * CELLENSIS. Epistolae episcopo-

rum provinciae Byzacena in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Fortunius episcopus Cellensis*.

CENCYLIANENSIS, seu *Cunculianensis*, α 114, β d. 1, c. 128, not. 118.

* CILLITANVS, seu *Cilitanus*, α 64, β d. 1, c. 128, not. 124.

CINCARITENSIS, seu *Cincaritanus*, forte *Circinitanus*, α 47, β d. 1, c. 133, not. 217.

CREPERULENSIS, seu *Crepedulensis*, α 40, β d. 1, c. 133, not. 202.

CVFRYTENSIS, α 62, β d. 1, c. 128, not. 152.

CVLVITANVS, α 56, β d. 1, c. 126, not. 87.

CVSTRENSIS, forte *Castrens*, α 15.

DICENSIS. Epistolae episcoporum provinciae Byzacena in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Candidus episcopus Ecclesiae Patriaedicensis*.

DECORIANENSIS, vel *Detorianensis*, α 12. Epistolae episcoporum provinciae Byzacena in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Paschasius episcopus sanctae Ecclesiae Detorianensis*. Forte idem est ac *Turensis* infra.

DIONYSIANENSIS, α 111, β d. 1, c. 198, not. 359.

DVRENSIS, α 61.

EGNATIENSIS, α 30.

* ELIENSIS, vel *Heliensis*, α 101, β d. 1, c. 126, not. 72.

REBIANENSIS, seu *Rebianensis*, α 69. Epistolae episcoporum provinciae Byzacena in concilio Lateranensi sub Martino subscribit, *Salustius episcopus sanctae Ecclesiae Rebianensis*.

FERADITANAE MAIORIS, vel *Feradimaiensis*, α 39, β d. 1, c. 126, not. 61.

FERADITANAE MINORIS, seu *Feradamiensis*, α 31, β d. 1, c. 133, not. 215.

FILACENSIS, α 79.

FORATIANENSIS, α 66.

FORONTIANENSIS, α 68.

FRONTONIANENSIS, α 71.

GAGVARITANVS, seu *Gauvaritanus*, α 100, β d. 1, c. 128, not. 148.

GATIANENSIS, α 22, β d. 1, c. 198, not. 368.

GERNISITANVS. Epistolae Patrum Byzacenorum in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Felix episcopus Ecclesiae municipii a Gernis*. Forte idem est cum *Segemitano*.

GVNHSITANVS, α 89, β d. 1, c. 215, not. 449.

GVRGAITENSIS, α 78, concilio Carthaginensi sub Cypriano interfuit *Felix a Gurgitibus*.

* HERMIANENSIS, α 32, β d. 1, c. 133, not. 200. Procopius *Hermionem* in his locis nominat.

HIRPINIANENSIS, seu *Irpinianensis*, α 53, β d. 1, c. 133, not. 199.

* HIRENSIS, seu *Irens*, α 94, β d. 1, c. 215, not. 448.

* HORREAE CARLIENSIS, α 113, β d. 1, c. 201, not. 384.

IVBALTIANENSIS, α 106, β d. 1, c. 128, not. 117.

IVCENSIS, α 105, β d. 1, c. 187, not. 313.

LIMNICENSIS. Epistolae episcoporum provinciae Byzacena in concilio Lateranensi subscribit *Donatus episcopus sanctae Ecclesiae Limnicensis*.

* LEPTIMINENSIS, α 36, β d. 1, c. 121, not. 48.

* MACOMADIENSIS, vel *Macomaziensis*, β d. 1, c. 197, not. 333.

MACRIANENSIS MAIORIS, α 80, β d. 1, c. 126, not. 56.

* MANDAMYSITANVS, seu *Madussumitanus*, α 110, β d. 1, c. 187, not. 307.

MARAGVIENSIS, α 74. Forte is est qui in epistola synodica Patrum Byzacenorum relata in concilio Lateranensi sub Martino dicitur *Taraqvensis*

* MARAZANENSIS, α 49, β d. 1, c. 133, not. 198.

* MASCLIANENSIS, α 9, β d. 1, c. 208, not. 429.

* MASSIANENSIS, seu *Maximianensis*, α 33. Epistolae Patrum Byzacenorum in concilio Lateranensi sub Martino subscripsit *Bonifacius*

episcopus sanctae Ecclesiae Iustini ac Maximiensis.

MACTARITANVS, α 25, β d. 1, c. 202, not. 219.

MATARITANVS, seu *Mattaritanus*, α 50, β d. 1, c. 133, not. 219.

MATERIANENSIS, α 90.

* MEDEFESSITANVS, seu *Menefesitanus*, α 57, β d. 1, c. 1, c. 135, not. 254.

* A MEDIANIS ZABVNIORVM, seu *Medianensis*, α 27, β d. 1, c. 203, not. 403.

MIBIARCENSIS. Epistolae episcoporum provinciae Byzacena in concilio Lateranensi subscribit *Iovannes episcopus Ecclesiae Mibiarcentis*.

* MIDICENSIS, β d. 1, c. 187, not. 309.

MIDITENSIS, α 6, β d. 1, c. 142, not. 267.

MIRICIANENSIS, forte *Mimianensis*, α 72. Epistolae Patrum Byzacenorum in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Saturninus episcopus sanctae Ecclesiae Miricianensis*.

MOZOTCORITANVS, α 91.

MVZVCENSIS, α 42, β d. 1, c. 133, not. 190.

* NARENSIS, α 11, β d. 1, c. 206, not. 411.

NATIONENSIS, α 75, β d. 1, c. 208, not. 439.

* NEBBITANVS, forte *Neptitanus*, α 14, β d. 1, c. 197, not. 342, cui adde *Neptem* in Anonymo reperiri et in Tabulis Peutingerianis.

OCTABENSIS, α 38.

OCTABIENSIS, α 24.

OFFENNENSIS, α 82.

PEDERODIANENSIS, α 46.

A PISSANIS, seu *Pesanis*, β d. 1, c. 184, not. 301.

* PRAECAVENSIS, α 51. Forte *Praecisus* prope *Leptim minorem*.

* PRAESIDIENSIS, α 76, β d. 1, c. 208, not. 434.

PVTIENSIS, seu *Putiensis*, α 18, β d. 2, c. 149, not. 281.

QVAESTORIANENSIS, α 87. Epistolae Patrum provinciae Byzacena

in concilio Lateranensi sub Martino subscribit *Stephanus Spesimdeo episcopus sanctae Ecclesiae Quaestorianensis*.

RVFINIANENSIS, α 85, β d. 1, c. 128, not. 123.

* RVSPENSIS, seu *Ruspensis*, α 102, β d. 1, c. 121, not. 29.

* RVSPITENSIS, β d. 1, c. 121, not. 29.

SCBATHIANENSIS, vel *Sebastianensis*, α 45.

SEBERIANENSIS, α 10.

SEGERMITENSIS, seu *Segermitanus*, α 99, β d. 1, c. 126, not. 59.

* SEPTIMVICIENSIS, α 3. Memoratur *Septimunicia* ab Antonino in Itinerario.

* SVBLECTINVS, vel *Sullectinus*, α 93. In Anonymo Ravennensi habetur *Sublecte*, in Tabulis Peutingerianis *Sublecti*. Procopius lib. I. de Bello Vandal. *Syllectum* maritimum optimum vocat, quod primum appulit Belisarius, et inde per Leptim et Adrumetum *Crassam* pervenit, postea *Decimum*, qui locus 70 prope stadia Carthagine aberat. In concilio Bagaiensi ann. 394. *Martianus Sullectinus* Donatista episcopus ab aliis Donatistis fuit damnatus.

* SVFETANVS, α 21, β d. 1, c. 142, not. 268.

* SVFETVLENSIS, α 20, β d. 1, c. 126, not. 85. Forte ea quae *Abulfedae Sobaitete*.

* SVLIANIS, α 112. Forte *Silvanae*, seu *a Casis Silvanae*. *Silvanum* in Byzacena collocatur in Tabulis Peutingerianis, episcopi huius urbis fit mentio in β d. 1, c. 198, not. 357, ubi cuius provinciae esset nescire nos diximus; sed in Tabulis Peutingerianis id postea didicimus.

TAGAVTENSIS, α 19, β d. 1, c. 126, not. 96.

TAGARIENSIS, seu *Tagariatanus*, vel *Tagazensis*, α 37, β d. 1, c. 201, not. 382.

* TAGARBALENSIS, α 83. In Itinerario Antonini inter *Tacapem* et

Turrem Tamalleni in limite Tripolitano occurrit *Agarlabas*.

TALAPTULENSIS, α 103.

TAMAZENSIS, β d. 1, not. 285.

* TAMAIENSIS, vel *Tambeitanus*, α 13, β d. 1, c. 128, not. 125.

* TAPRVRENSIS, β d. 1, c. 135, not. 250.

* TAPSENSIS, α 109. *Tapsum* memorant Ptolemaeus, Livius, Florus, Hirtius, Plinius, Tabulae Peutingerianae et Anonymus Ravennas. Huius episcopus *Vigilius Tapsensis* celebris scriptor.

TARASENSIS, α 34.

* TASFALTENSIS, seu *Tasbaltensis*. α 63, β d. 1, c. 128, not. 119.

* TELEPTENSIS, α 81, β d. 1, c. 121, 198. et 208, not. 36. et 425.

p. 227* ad §. 14. annotata. Pancirolus ad h. quoque l. de Ascaniis Ponticis et Ascania palude verba fecit. — *Taurino* §. vide annot. ad §. 22. — *sive* cf. annot. ad §. 24. — *Marsona* §. *Μαρσονία* Ptol., *Marsonie* Tab. Peut., *Marsonia* Geogr. Rav. II. cit., Mannert. p. 703. sq. locum Tab. Peut. supra ad §. 2. exhibitum sic corrigi voluit: „Siscia (*Siszek*) XXX. Marsonium (*Jessenovis* [al. *Jassenovacs*] ad Unnam Savumque confluentes); VIII M. P. versus occid. a Marsonio *Ad Praetorium*. A Marsonio vers. or. XXXIII. Servitium XXIII. Urbate (*Brod*) XXV. Certis (rectius, ut It. Ant. p. 260. 268. habet, Cirtisa, i. e. hod. opp. *Diakovar*)“. Et It. Ant. p. 268. habet: „Cirtisa. Urbate M. P. XXV., Serviti M. P. XXIII“. Reichardus *Modran* Marsoniae adscripsit, nec in tab. geogr. Ital. superior. (Orb. terrar. n. X.) iustum nomini locum assignavit: Marsoniam enim in sinistra Savi ripa conditam fuisse docet Tab. Peut. l. c. et recte puto *Katancsichium* p. 71. interpretari: „*Brod*, oppidum, quae vox *traiectum* significat, laeva Savi ripa consistit, prope eum agrum, quo Bacuntius e Savo prodit, ad vicum, cui *Rushcsicza dolnya*, seu inferior, nomen“. Lapidem Rom. ibi repertum sub Imp. Marco Aurelio Antonino positum exhibet Marsil. tom. II. tab. 40. fig. 6.

PAG. 92*. §§. 1...3.] *Praefectus*] In Not. Or. capp. XXXII. sqq. ubique *Praefectura* scriptum est. — *Ioviae* novum versiculum incipit in a¹¹. Utrum una et quaedam e quattuor legionibus V. (Urbana, Macedonica, Augusta, Alauda) a Diocletiano nomen Ioviae acceperit, nemo quem scio exposuit: Macedonicam sub eodem nomine haec Notitia in Dacia Ripensi collocatam habet (Not. Or. p. 108. sq.). cf. Borghesi *iscr. del Reno* p. 20...23. Ripariensis haec legio fuisse videtur, ut VI. etiam Herculia. cf. ad Not. Or. p. 450. not. 32. disputata. Legionem I. Ioviam Scythia habebat (Not. Or. cap. XXXVI.), Legionem I. Maximianam Thebais (cap. XXVIII. *ibid.*) item I. et II. Valentinianas, III. Diocletianam. — *cohortis quinae ABCD*. Observandum est non nisi hoc capite duobusque sequentibus, ut Not. Or. capp. XXXVI. XXXVII., cohortium numeros nume-

ris legionum additos esse. — *Partis Superioris*] Ita in Not. Or. capp. XXXVI. XXXVII. legitur *Pedaturae Superioris et Inferioris*. cf. pag. 452. not. 38. et observandum est, non nisi castellorum Europaeorum pedaturas ac partes superiores inferioresque memorari. — De *Bononia* vide supra ad §. 17. — Pancirolus ad h. l. annotatio haec est: „(Iouia) a Diocletiano, qui se Iouem nominabat, est vocata; vel a Iouia civitate Valeriae [cf. p. 97*. §. 1.], quae et ipsa ab illo nomen habuit. Hic Praefectus legionis vocabatur, etsi non amplius quam uni cohorti, i. e. quintae, imperaret. Praeerat vero superiori parti Bononiae, ubi etiam equites Dalmatae [sic] stativa habuisse diximus“. Cf. de Praefectis quae ad p. 78*. §. 6. protulimus.

— §§. 4..6.] *Legionis* omiserunt **ABCCaa**. — *sexias* **SD**. Sextam legionem Dacorum genti feliciter oppositam ad a. 69. Tac. Hist. III. 46. refert, postquam illi „expugnatis cohortium alarumque hibernis utraque Danuvii ripa“ potiti fuerant. — *Herculeae*] ut legio II. Herculia, item ripariensis, in Scythia (Not. Or. c. XXXVI.) a Maximiano cognominata. cf. proxime superiorem annotationem. Pancirolus nulla vocabulorum habita ratione: „Divisa haec legio *Novioduni* [voluit *Aureo monte*: cf. Not. Or. cap. XXXVI. §. I. C. 4.] et *Teutoburgi* [cf. sqq. §§. 9. sq.] castrametabatur“. — *superiorum* aa. — *Aureomontae* aa. Hunc Aureum Montem, quem Pancirolus inepte cum Moesiae Primae oppido (cf. ad Not. Or. c. XXXVIII. not. 7. p. 478.) confudit, „ubi utriusque imperii Duces ad fines prope castra habuisse videntur“, prope *Novas* [cf. supra ad §. 12.] fuisse It. Ant. ad p. 91*. §. 2. transcriptum docet. Lazius (Comm. rei p. R. XII. 2, 6.) „ubi hodie est *Mecsek* mons vino generoso nobilitatus, quod Simigiense sive Quinqueecclesiense, vulgo *Schwinaterwein* vocamus“. D'Anvillius in tab. geogr. *pour la diss. sur Taurunum* (in „*Mémoires de l'acad. des inscr.* tom. XXVIII.“) nomen ibi fere collocavit, ubi hod. opp. *Mohacz* est, eique accessit Muchar. p. 265. „*Berg zwischen Barasch und Vöresmarton*“, quem eundem locum idem scriptor p. 263. *Do-*

natianis assignandum esse opinatus est. De Mannerti sententia cf. ad cit. §. 12. annotata. Mihi quoque Aureus mons, quem Hormayr. 'apud Esseck' fuisse dicit, is esse videtur quem Marsil. tom. I. tab. XI. sect. IX. inter *Daras* (superior.) et *Veresmarton*, quamvis sine Romanae antiquitatis vestigiis indicat.

— §§. 7. sq.] *quintacio viae* AECaa. — *Burgenis* deeff. Inter *Semlin* et *Slankamen*. cf. annot. ad pag. 91*. §. 6. sq.

— §§. 9. sq.] *sexiae* BD. *Herculiae* B. *Tentiborgio* C, *Teutiburgio* aa, *Teutoburgio* e'. Cf. annot. ad p. 91*. §. 5.

— §§. 11. sq.] *Sextae* omis. a'. Verba *Sextae Herculeae* post *Quintae Ioviae* iam Pancirolum offenderunt, ut annotaret: „Hic duae legiones congeruntur, Iovia et Herculea, quos diversos praefectos habuisse vidimus, unde corruptum codicem esse puto, et pro *Herculeae* substituendum *Cohortis*. Aut duos legionum praefectos cum earum partibus eidem loco praefuisse oportet, quod raro legitur“. Possit quidem librarius qui Spirenses codicem olim scripsit (nam eadem scriptura in omnibus nostris et scriptis et editis libris habetur), oculos suos, ne ad priores versus exspatiarentur, haud satis coercuisse videri, ut iam quid verbis *Quintae Ioviae Sextae Herculeae* substituendum sit, in medio relinqui debeat; sed mihi simpliciter dicendum esse videtur solum vocabulum et post *Ioviae* excidisse, ut utriusque legionis Praefectus *Castello Onagrino (Futak)*, de quo ad p. 91*. §. 26. locuti sumus, adscriptus esset, ut similem enumerationem habemus p. 99*. §§. 10...17.

— §. 13.] „*Calcaria* Itinerario est locus inter *Massimilianam* [sic] et *Fossam Marconam* [Marianam]. est etiam oppidum Britanniae“. Pancirol. Itin. p. 299. „*Massilia*. M. P. XIII. *Calcaria*. M. P. XXXIII. *Fossis Marianis*“. Tab. Pent. II. D. „*Fossis*. *Marianis*. XXXIII. *Calcaria*. XXX. *Masilia*. *Grecorum*“. *Papo* (*Hist. de Provence* I. p. 44.) hod. *Calessane*, *Bouche* ap. *Wesseling*. cit. hod. *Carry*, *Ukert*. II. 2. p. 419. ap. hod. *Calas*, *Lapieus* ap. hod. *Vitrolles* esse putant. *Calcaria* Britanniae sec.

ctores Latini vel Itineraria. Fortasse de *Tarsio* (Ptol. II. 14. (16). *Τάρσιον*) cogitandum est, de quo Katancsich. p. 72. „est munimentum *Racsa*, quibusdam *Ratschkà*, laeva Savi, in flexu australi, in peninsula, ex adverso exeuntis Drini“. Cf. supra ad γ. 20.

— γ. 17.] *Historicae* aa. Cf. annot. ad Not. Or. p. 490. sq. not. 44. et ad p. 109. not. 71. item infra p. 96*. γ. 26. — *Mursa* est hod. *Oszék* s. *Ossik* s. *Eszek* vel *Essek* (Marsil. tom. I. tab. XII. sect. X., Hassel. p. 566.), ut omnes uno fatentur ore. Ptol. I. c. *Μουρσία κολωνία*, Colonia Aelia Mursa cf. Orell. 3066. sq. 3281., It. Ant. *Mursa*, Tab. Peut. et Geogr. Rav. *Mursa maior*; *Μύρση* est ap. Iulian. imp. or. I. ad Constant. ed. Spanh. p. 36. 48., Steph. Byz. *Μούρσα πόλις Παιονίας, κτίσμα Ἀδριανῶν κ. τ. λ.* *Civitas Mursa* Itin. Hieros. p. 562., quod vocabulis *Inferioris Superiorisque Pannoniarum* inverso ac ceteri scriptores omnes modo constat usum esse. Gruter. 1007, 3. DOMO MURSA EX PANNONIA INFERIORE. De Mursensi proelio quo Constantius Magnentium devicit, Iulian. I. c., Ammian. XV. 5, 33., Zosim. II. 43. (ἐν τῇ Μούρσῃ Παιονίας οὖση πόλει), Aurel. Vict. epit. c. 42. (apud Mursiam, cf. de Caesarib. c. 33. „Mursiae, Mursina labes“), Eutrop. X. 12. („apud Mursam“, cf. IX. 8.) alii. Errasse Socrat. H. E. II. 32. et Sozom. H. E. IV. 7., cum Galliae castellum Mursam adscriberent, ab aliis multis observatum est. cf. Scalig. ad Zosim. I. c., Spanhem. ad Iulian. p. 230, Cellar. I. p. 450. §. 27. Sub Constantino Mursa suum episcopum habuit; cf. Liechtenbergii *Geogr. des oest. Kaiserst.* tom. III. p. 1468. Etiam in nummis Mursiae mentio fit: Raschius tom. III. part. I. p. 966. „*Mursia* inferioris Pannoniae urbs. Vaillant. Sel. Num. Camp. p. 127.“ Mursae data est L. 46. Th. C. de decurionib. XII. 1. itaque civitas in Topographia Theodosiani Codicis non omitti debebat. Katancs. p. 50. „Amantium seu Amantinorum Amantia, postea Mursa, *Oszék*, vulgo *Eszék*, et Cibalis, *Vincovci*“. Videsis etiam Mannert. III. 667. sq., Georgii II. p. 251.

— γγ. 18. sq.] Mendose hos versus et qui sequuntur quinque (G 1 et E 4 et 5) collocatos et ex parte etiam men-

dose scriptos esse valde suspicor. quem iustum esse puto ordinem, eum litteris numerisque margini appositis indicavi: *Tribunus Cohortis Tertiae Alpinorum Sisciae* fuit sec. §§. 25. sq.; sed utrum hi §§. 18. 19., ubi in fine oppidi castellive nomen nullum legitur, neque lacunae indicium codices praebent, cum versibus 25. 26. ab initio iidem fuerint, ut nutantibus librarius oculis hoc comma '*Tribunus Cohortis Tertiae Alpinorum Dardanorum Sisciae*' discerptum et ex parte bis posuerit necne, iam nemo definire ausit, quod ceterum facillime fieri potuit, tum propter similia versuum 23. et 25. cum 17. et 18. initia, ut nunc ea dedi, tum propter *ὁμοίως τελευτῶντας* §§. 24. et 26., atque confirmant illam suspicionem aa, in quibus ex §§. 25. 26. nostris verba *Alpinorum Sisciae* desunt. — Cohortes Alpinorum Prima et Secunda Nerone imperante a. 60. IN ILLYRICO SVB L. SALVIDIENO SALVIANO RVFO erant (Arneth. *Mittärtdipl.* p. 27.), Prima sub Tito a. 80. IN PANNONIA SVB L. ATILIO RVFO (ibid. p. 33.), sub Domitiano a. 85. Prima (et Secunda? *) IN PANNONIA SVB L. FVNISVIANO [?] VETTONIANO (ibid. p. 39. 41. et tabb. XI. XIII.), sub Traiano a. 104. Prima IN BRITANNIA SVB L. NERATIO MARCELLO (Cardinali *Diplomi* p. XXXI.). In dipl. imp. Aur. Antonini Luciique Veri a. 145. dato est COH I ALPEN PED (cohors prima Alpenorum peditata) inter eas quae sunt IN PANNON INFER SVB CLAVDIO POMPEIANO (Cardinal. p. XXXIII. qui p. 240. siglas illas parum recte I. ALPINORVM PEDEMONTANORVM interpretatus est. cf. Henzen. in *annalib. antiqq. studiosor. Rhenanor.* Bonn. 1848. 8°. fasc. XIII. p. 56.). Fuit etiam Cohors Prima Alpinorum Equitata, ut docet titulus apud Murator. 773, 7. CHOR. I. ALP. EQ. Item legitur COH. I. ALPIN. in inscr. Tudertina ap. Gruter. 1032, 1. sive 1099, 5. Sub Antonino Pio a. 154. Secunda IN PANNONIA SVB CL. MAXIMO (Arneth. p. 64. sq., Cardinali p. XXXIX. sq.) stetit. Tertia Alpinorum Cohors in Domitiani diplomate a. 93. dato inter eas recense-

*) ET. I. ET I. ALPINORVM in ipso diplomate legitur.

hoc comma non recte priori assuerunt, ut paullo ante monui. — *Egetensium* € , *Aegetantium* € , *classis agentium* aa. De *Aegeta* Daciae Ripensis (Not. Or. c. XXXIX. §. I. A. 8., C. 4. et 12.) ad Not. Or. p. 497. sq. not. 12. disputavimus. possis putare Classem Secundae Pannoniae ab antiquiore statione ordinaria, quam Aegetae habuisset, *Aegetensium* dictam fuisse. fortasse vero res sic potius explicanda esse videatur: Praefecturam huius Classis Histricae modo (sive alternis annis sive aliis temporibus) Aegetae fuisse sub dispositione Ducis Daciae Ripensis, modo Sisciae sub dispositione Ducis Pannoniae Secundae; indeque factum esse, ut utroque loco sub utroque Duce (et Not. Or. p. 109. num. 12. et hac p. 92*) eiusdem Classis recenseretur praefectura s. praefectus; ut primo loco *Histrica*, h. l. *Aegetensium* appellaretur, eademque quotiens, ut nunc, Sisciae haberetur, *Pannoniae Secundae* dicenda esset. Itaque hoc quoque loco sive eandem significationem habet, quam ad proxime superiorem §. 24. exposuimus. — *Sistiae* (pro *Sisciae*) € , et *Minescythiae* (pro nunc *Sisciae*) aa habent. De Siscia Saviae oppido, hod. *Sziszék*, (cf. p. 47*. §. 23., p. 48*. §. 12.) p. 346*. sq. ad cit. §. 23. disputatis adde *Katancsich*. p. 44. sq.

— §§. 25. sq.] *terciae* D. *Sistiae* € . *Alpinorum Sisciae* om. aa. cf. quae ad §§. 18. sq. proposita sunt.

— §. 27.] Hanc cohortem alias non legi. nam huc non pertinet p. 97*. §. 1. De Legionibus Ioviis ad §. 1. supra dixi; *Ala I. Iovia* Felix, de minore laterculo emissa, sub Duce Armeniae: Not. Or. p. 96. num. 11. — *Leonatae* €D. *Panciro-* *lus* quidem „*Leonatae* [*Leoniae*“ r³,⁴] inquit „*quae Saviae urbs est Itinerario*“, sed neque Itin. Ant. neque Tab. Peut. istud nomen agnoscunt, nam *civitas Leonatae* Itin. Hieros. p. 609. non magis huc pertinet, quam *Laederata* Moesiae Primae (Not. Or. p. 105. §. 6.). Est autem in eodem Itin. p. 563. *Mutatio Leutuovana*, a civitatibus *Mursa* (*Oszék*) et *Cibalis* (hod. Slavonico oppidulo *Vinkovci* ad *Bossut* rivum, militiae *Brodensis*. cf. *Hassel*. p. 639. et *Katancsich*. p. 70.) XII M. P. remota, ut lo-

cus ad fl. *Vuka* infra cognominem vicum quaerendus idemque ipse sit atque quem Tab. Peut. V. C *Ad Labores* appellat, quod vult etiam Mannert. III. p. 680. Hanc *Leonatam* et It. Hier. *Leutuanam* eundem locum fuisse Wesselingius se non asseverare annotavit; neque equidem asseveraverim, putaverim tamen. Reichardus: „*Leonata*, Not. Imp. Geogr. Rav. [sed hic locum non habet] circa *Ioviam* (*Toplikam*) fuisse videtur; fortasse *Ludbregh*“ certe hic Croatiae vicus (cf. Hassel. p. 572.) nimis versus occasum situs est, quam ut de eo cogitandum esset (cf. etiam Katancsich. p. 57.); neque magni facere coniecturas Reichardianas experientia me docuit.

— §§. 28. sq.] *Thrachum* a^u. De Cohortibus Thracum, non legionariis, sed auxiliariis, de quibus antiquissimum testimonium apud Caesar. B. C. III. 95. habemus („*Castra a Cohortibus* quae ibi [in Pharsalicis campis] in praesidio erant relictæ industrie defendebantur; multo etiam acrius a Thracibus barbarisque auxiliis.“), haec in universum ad h. l. annotare visum est: I) Cohors Prima Thracum triplex hac Notitia memoratur, i. e. sub Duce Arabiae Cohors Prima Miliaria Thracum, Cohors Prima Thracum (Not. Or. p. 82. B. 7. 8.) et haec Civium Romanorum. fuit autem quadruplex sec. Henzen. (in *Jahrb. des Vereins v. Alterth.-Freunden im Rheinl.* XIII. p. 45. sqq.) praeter eam, de qua Tac. Hist. I. 68. non adiecto numero. A) *Coh. I. Thracum*, quam *Asabaia* Arabiae habet Not. Or. p. 82. B. 8., fuit sub Vespasiano a. 74. IN GERMANIA SVB CN. PINARIO CORNELIO CLEMENTE (Arneth. p. 29., Cardinali p. XXIII.), sub Domitiano a. 86. cum *Coh. II. Thracum* IN IVDAEA SVB CN. POMPEIO LONGINO (Henzen. p. 26. 27.). ead em nominatur in diplom. Hadriani a. 138. ap. Cardinal. p. XXXVII. parte externa, sic: COH I THRACVM CVI PRAEST L N VMISIVS PRISCVS BOVIAN, sed ibi pars interna habet: ITIHRCK (= I. Thracum civium Romanorum). cf. C.; sub Antonino Pio (a.?) IN PANNONIA sub . . . PELLIANO (Arneth. p. 69.), ubi etiam I. Thracum equitata legitur; sub M. Aurelio et L. Vero a. 167. *Prima Augusta Thracum* IN PANNON INFER SVB CLAVD IO POM-

PEIANO (Vernazza p. 68. sqq., Cardinali p. XXXXIII.), ubi praeter I. AVGVSTAM THRACVM etiam I. THRACVM GERMANICA Civium Romanorum et II. AVGVSTA THRACVM legitur (ut immerito Cardinalium vituperaverit ipse vituperandus Henzenius p. 46.). Inscriptiones huc pertinent hae ap. Gruter. 14, 8. s. Steiner. n. 286. Wormatiensis: I. O. M | L. OCTAVIVS CELER PRAEF. COH. VII. BREVC. ET COH. I. THRAC.; Grut. 73, 5. (ex Camden-Gibson. p. 762.) in vico Richmond. *Bowes* reperta: VIRIVS LVPVS LEG. AVG. PR. PR. BALINEVM (Gruter. BALINGIVM) VI IGNIS EXVSTVM COH. I. THRACVM RESTITVIT CVRANTE VAL. FRONTONE PRAEFECTO ALAE VETTONVM. apud Camden. I. C.: ----- | ----- | NO. L. CAE | FRONTIVS. | COH. I. THRAC. | -----; apud Marin. *Atti dei frat. Arvali* p. 34.: M | CLAVDIO. TI. F | PAL. PAVLO | PRAE. COH. I. THRAC | IN. BRITANN & C. B) *Cohors Prima Militaria Thracum* quam *Aditha* Arabiae habet Not. Or. p. 82. B. 7., memoratur hac inscr. *Kelismanensi* Ioniae ap. Böckh, Corp. inscr. Graec. II. p. 689. n. 3132.: Πόπλιόν Κλαύδιον Τιβερίο[v] νιόν, Παλ[α]τινεῖνα [sic], Πολλίωνα, ἔπαρχον σπειρης πρώτης μειλια[ρ]ῆς Θρακῶν, Τιβέριος Κλαύδιος Χάρμος Κλαζομένιος ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ ἡθῶν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέσθηκεν. (Böckhiius ad locum Notitiae non respexit). C) *Prima Thracum Civium Romanorum*, sub Traiano a. 110. IN DACIA SVB D. TERENTIO SCAVRIANO (Arneth. p. 49. sq.); sub Hadriano a. 138. in Pannonia sec. cit. dipl. apud Cardinal. p. XXXVII.; sub Antonino Pio a. 154. IN PANNONIA SVPERIORE SVB CLAVDIO MAXIMO (Arneth. p. 64. sqq., Cardinali p. XXXIX. sq.); sub M. Aurelio et L. Vero a. 167., iam GERMANICA cognominata, sec. dipl. cit. in Inferiore Pannonia, ubi eandem hic Notitiae locus, de quo agitur, habet. Apud Muchar. *Steierm.* I. p. 429. in fragmento lapidis ap. castrum *Leibnitz* reperto legitur I. AVG. THR. . . (*Primae Augustae Thracum?*) D) Item *Cohors Prima Thracum Equitatio*: sec. dipl. Antonini Pii supra cit. in Pannonia stetit, memoraturque in lapide Brixiano ap. Cardinal. p. 187. num. 334. HOC: C. PLACIDVS. C. F | QVIRINA... ||||| PRAEF. COH. I. | THRAC. EQVIT | TRIB. MIL. LEG. X | G. P. F. ET C. II) *Cohors Secunda Thra-*

cum bis hac Notitia memoratur, et sub dispositione Comitis limitis Aegypti, *Muson* (Not. Or. p. 69. num. 8.), et sub disp. Ducis Britanniarum *Gabrosenti* (Not. Occ. p. 114*. γ. 24.); itaque duas certe Secundas fuisse statuendum esse videtur contra quod Henzenio p. 46. visum est, atque putem Aegyptiacam illam eandem esse cum ea, de qua lapis Praenestinus ap. Gruter. 565, 2. habet: C. VALERIO. L. F | QVIR. FLORINO | PRAEF. COH. II. THRAC | SYRIACAE | TRIB. MIL. LEG. VII | CLAVD. PIAE. FID | FRATRI. OPT | B. M | PROCVLVS. Coh. II. Thracum sub Domitiano a. 86. in Iudaea stetit secundum cit. dipl. ab Henzenio repetitum, quod in Dacia repertum est; sub Traiano a. 104. IN BRITANNIA SVB L. NERATIO MARCELLO; sub M. Aurelio et L. Vero a. 167., in quorum dipl. supra cit. cognominatur AVGVSTA, in Pannonia Inferiore sub Claudio Pompeiano fuit. III) *Cohors Tertia Thracum* sub Tito a. 80. IN PANNONIA SVB T. ATILIO RVFO fuit (Arneth. p. 33. sq., ubi per errorem p. 33. est IIII THRACVM pro III THRACVM) et memoratur *Equitata* eiusdem numeri in titulis, Patavino uno, ap. Gruter. 480, 6. L. VALERIO PRISCO | VIENNENSI. PRAEF | II. CHO. DVAR. TERTIAE | THRAAC. AOVITEN [? THRACVM EQVITAT.] | ET. SECVNDAE. AOVITAN | TRIB. LEG. X. FRETENSIS | PRAEF. ALAE. FLAVIANAE | PRAEF. FADR | et c., in via Appia reperto altero, ubi insuper AVGVSTA appellatur, ibid. 534, 2.: L. BRVTIO. L. F | PAL. CELERI | EQVO. PVBLIC | PRAEF. COH. III. AVG | THRAC. EQVIT | L. BRVTIVS et c., praeter quos lapides Henzenius p. 47. etiam ad Furlanetti *lapide Patavine* n. CCI. et Zaccariae *stor. litt. X.* p. 274. rettulit. In lateribus tam sepulcralibus quam aedificiorum multis apud castellum *Altenburg* prope *Liebach* Nassoviae viculo repertis legi COH. III. TR. e Krausio in *Hanau. Magazin.* 1784. p. 15. refert Steiner. n. 256. et perperam explicat *Cohors tertia Thracorum* (sic). Vix Thraces litteris TR, nisi TR legatur, significari putem. multoque verius est de Trevirorum cohorte illas litteras intellegendas esse, ut in lapide ibidem reperto ap. Lehium II. p. 322. (nisi idem hic lapis est, ac de quo Steinerus loquitur) PED·N·TREVOR|VM... et in memorabili titulo apud *Neuhof* non ita

procul ab oppido Mattiacorum, *Wiesbaden*, detecto, ap. Lehnium I. p. 387. COH TREVERORVM · ALEXANDRINA, de quibus ad aggerem murumque *Pfahgraben* dictum spectantibus inscr. cf. Lehn. II. citt. IV) *Cohors Quarta Thracum Syriaca* est in titulo Hispanico Malacæ reperto, ad quem ad p. 47*. }
 11. sq. rettuli (sed quem, cum Orell. ibi cit. multo aliter exhibuerit atque Muratorius 1056, 4., cuius editionem Orellius citare debebat, hic repetisse iuvabit: L. VALERIO. L. F. QVIR. PROCVLO | PRAEF. COHORT. IIII. THRACVM | SYRIACAE TRISSI
 A LEGION | VII. CLAVDIAE PRAEF. CLASSIS ALEXANDRIN | ET. POTAMO. PYLACIAI. PROC | AVG. ALPIVM. MARITVMAR | DELECTATOR AVG. PROV... | PROVINC. VLTERIS. HISPAN | BAETIC. PROC. PROVIN. CAR|TAG. GAL. PROC. PROVINCIAE | ASIAE. PROC. PROVINCIARVM. TRIVM | ----- | MALACIAE R. P. PATRONO | D. D. Orellius autem n. 5040. dedit: L. VALERIO. L. F. QVIR. PROCVLO | PRAEF. ET. CVRATORI... TRACHON | SYRIACAE ET. TRIB... LEGION | VI. CLAVDIAE. P. F. | ET. POTAMO... ET. PRO... | AVG. ALPIVM. MARITVMAR... | DICTAT. ET. CVRATORI... PROC. AVG | PROVINCIAE. VLTERIORIS. HISPANIAE. BAETICAE. PROC. PROVINCIAE. CAP|PADOCIAE. PROC. PROVINCIARVM. TRIVM|... R. AVG|... F. CN. R. P | MALACIT... PATRONO | D. D. *Cohors IIII. Thracum Equitata* in lap. Tarraconensi ap. Gruter. 404, 4.: C. EGNATVLEIO | C. F. GAL | SENECAE. TARR | AED. Q. II. VIR. FLAM | DIVI. TITI. EQVO. PVB | DONATO. PRAEF. COH. IIII. THRAC. EQ | FLAMINI. P. H. C | et c., et ad eandem IIII. cohortem sec. Henzenium I. c. exesus referendus est lapis Tiburtinus saepe repetitus, ap. Orell. 1549. sic exhibitus: C. VIBIVS. C. F. VEL | PVBLILIANVS SCR[iba]. Q[uaestorius] | PRAEF. COH. VIII. [legendum est IIII] | THRACVM. EQVITVM ALAE [legendum EQVITATAE] | TRIBVNVS MILITVM et c. Denique huc pertinet titulus Moguntinus apud Lehnium II. p. 317. C. TVTIVS. MANI. F. | DANS. EQ. EX. CO. | IIII. TRAC. A. XXXV. | ST. X. H. S. E. POSV. | BITVS. STAC. F. EX | TESTAMENTO Hunc lapidem nunc Mannhemii servatum paullo aliter ap. Gräff, *das Lapidarium zu Mannheim*. 1827. 8°. legi annotavit Lehnianorum scriptorum editor. V) *Cohors Sexta Thracum* sub Domitiano a.

85. IN PANNONIA SVB L. FVNISVIANO VETTONIANO (Arneth. p. 39. sqq.), sub Antonino Pio a. 145. in EN SVB MACRINIO (Arneth. p. 62. sq. et tab. XXII. n. IX., qui voluerat in *Dacia ripens[is]*), pro quibus Cardinalius p. XXXVIII. dedit „in *Aegypto et Cyren* SVB MACRINO | *Vindice*“, de quibus coniecturis merito dubitat Henzen. l. c., atque equidem malim in *Pann. infer.* Legitur etiam in marmore Neapol. (sec. Corciae *Storia delle due Sicil.* I. p. 158. Aternensi) ap. Gruter. 486, 6., Reines. p. 523, n. 33. et Murator. 866, 3. hoc: M. VETTIO [Rein: M. METTIO, Mur. VECTIO | M. F. PAL. PIO [Mur. PAPIO] | EQVO. PVBLICO | PRAEFECTO | COH. VI | THRACVM [Rein. PRAEF. COHOR. V. THRACVM. Mur. PRAEFECTO COH | VI. THRACVM]; item in his Moguntinis uno ap. Fuchs. I. 77., Reines. p. 526. n. XLI., Steiner. n. 416. D. M | TITO. STATILIO. TAVRO | PRAEF. FABRORVM | PRAEF. COH. I. AVG. ITVRE[OR. ET. VI. THRACVM. TRIB. | MIL. LEG. XXII. PR. P. F [F. OMISS. Reines.] VIXIT | ANN. XXXIV. STATILIVS. FOR|TVNATVS. LIB. F. C., altero ap. Lehn. II. p. 320. PETRONVS-DISACENVS | DENVBRISE-F-EQ-TVRMA | LONGI-EX-CRO-VI-THRA | ANN. XX-STIP-V-R-S-E | HERES. POSIT [sic]. unde ad eandem cohortem etiam hunc Moguntinum lapidem, quem Lehnus II. p. 319. sq. quartae adscripsit, ap. Gruter. 572, 1. S. Steiner. n. 435. traxerim: | SESE. OENVLAE. F. D | NSALA. MIL. EX. COH | THRACVM. ANN. XXXI | STIP. XII. H. S. E. Nec omittendus est lapis Bonnensis ap. Lersch. *Centralmus.* III. p. 87. IIIAECVI | ANN. XXX. STI | VIII. H. S. E. | MVCASIVSF. P. cuius primum versus Grotefendius THRACVM PRO THRACVM legendum esse censet. Appellationem *Civium Romanorum* perperam sic explicat Pancirolus: „Haec cohors erat ex colonia civium Romanorum, quemadmodum Apulenses in Dacia, quorum cohors Apuleia civium Romanorum sub Duce Armeniae merebat. Plinius in Thracia quatuor nominat Colonias, . . . ex quarum aliqua haec Cohors Thracum forte est extracta“. Lateres lapidesque inscriptos COH. T. C. R. Steinerus n. 266. 744., non ego, explicat *Cohors Thracum civium Romanorum*. — *Caput Basensis* omis. A. Pancirolus: „forte legendum *Bassinensis* [i. e. Bassianensis], siquidem Bassina [Bas-

siana] est oppidum Pannoniae inferioris, Ptolomaeo apud Tarsium, vulgo *Bachia* dictum. Vocabatur autem locus, ubi residebat hic Tribunus, *caput Bassinensis*, sicut caput Cellensis, forte quod ea loca in limitibus Saviae essent praecipua. Mihi olim persuaseram de loco inter Marsoniam (*Brod*; cf. ad p. 91*. §. 28.) ac Sirmium (prope *Mitrovitz*) hic sermonem esse, qui Tab. Peut. ad p. 91*. §. 2. exhibita *Ad basante*, a geogr. Rav. *Bassantis* appellatur, a Lapieo pro hod. *Gradachacz* habetur, cum numeri Tabulae fere locum contra Bosnam Dravo sese miscentem indicent. (Sprunerus „*Basante, Basiana*“ et tum infra Sirmium „*Bassiana*“ exhibet.) sed cum *Basiana s. Bassiana* inter capita Pannoniae Inferioris etiam ab Hierocle p. 657. recenseatur, et *Bacensis civitas Secundae Pannoniae* apud Iustinianum Novell. XI. item ad *Bassiana* infra Sirmium referenda esse appareat, quamvis alias legatur „in Urbatensi . . . civitate“ (cf. Tab. Peut. l. c.), iam non dubito, quin de hoc oppido *Bassianensi* sive *Basensi s. Basiensi*, non confundendo cum Bassianis Pannoniae Superioris, nomen *Caput Basensis* accipiendum sit, quamvis Wesseling. ad It. Ant. p. 262. *Caput Basensis* ipso nomine aliud sese prodere dicat. Cf. *Allg. Weltgesch. nach Guthrie u. Gray* XV. 1. (Lips. 1778. 8°.) p. 150. De situ Bassianorum recentiores non omnino inter se conveniunt: D'Anvillius p. 428. dissert. de Tauruno „*Bassiana*“ inquit „*tombe infailliblement sur la position de Sabacz, ville située à la droite de la Save; la distance, et même un reste de l'ancienne dénomination, concourant à déterminer cette position*“. (de quo Turcico oppido sandschakatus Isvornicensis, ejaletus Borniensis, cf. Hassel. *Erdb. des osman. Eur.* p. 721.) Mannert. p. 675. prope hod. vicum *Dobrinu*, paullo plus versus septentrionem, Reichardus ibidem („prope *Dobrincse*“), itemque Lapieus p. 243. („*ruines au nord de Dobrincze*“) civitatem fuisse opinati sunt; Katancsich. autem p. 73. „est vicus *Petrocci*, rudere urbis antiquae conspicuus“ (*Petrovich* Hassel. p. 567.). Contra D'Anvillium facit, quod locus in dextra Savi ripa non quaerendus esse videtur; ceterum fere contra hoc

oppidum in laeva fluvii ripa Bassiana vetera condita fuisse apparet.

PAG. 93*. ꝥ. 1.] *Offitium* et similiter in sqq. B. — *idem vir spectabilis* omisit B.

— ꝥꝥ. 9. 10.] *Exceptores singulares*. iunctim aa.

— ꝥ. 11.] *officiales* h. l. etiam C.


CAPVT XXXII.

PAG. 94*. *ad rubr. capit.*] *Dux Pannoniae Valeriae* B, sed *Pannoniae* nomen recentiore manu cancellatum est. *Dux prouintie Valerie* C. et eius insignia. add. cc. — De Valeria provincia sive ut Ammian. XXVIII. 3, 4. habet, Valeria Pannoniae, ne cum Valeria Italiae (cf. p. 437*. ad ꝥ. 10.) confundatur, diximus p. 143*. sqq. Praesidialem eam provinciam fuisse ex Ammiano XXVIII. 1, 5. colligi potest, ubi ad a. 368. „Maximinus“ inquit „regens quondam Romae vicariam praefecturam, apud Sopianas Valeriae oppidum obscurissime natus est, patre *Tabulario praesidialis officii*, orto a posteritate Carporum, quos antiquis excitos sedibus Diocletianus transtulit in Pannoniam“. Unum tantum Ducem Valeriae nominatum legimus ap. eund. Amm. XXIX. 6, 3. ad ann. 371., Marcellianum. In inscriptionibus castellorum quas ex A dedimus, sic discrepat C: b) *Solue* d) *Nimanerosa* e) *Conradeuba* t) *Ripalta*; D sic: b) *Solue* d) *Nuncinercisa* e) *Conraocuba* g) *Ochabo* (potius quam *Odiabo* scriptum esse videtur); C sic: b) *Solue* d) *Nuncinercisa* e) *Conradculia*. Editi: d) *Lussonium* e) *Conradcuza* v, *Conradeuza* cc. r) *Ad Nammantia*. Cf. quae de pictura ad cap. XXXI. annotatum est.

PAG. 95*. ꝥꝥ. 1. sq.] *prouintie valerie* C.

Praeter Itinerariorum Tabulaeque Peut. locos, quos apposita tabula (p. 694*. sq.) exhibet, maxime ad hoc caput etiam It. Ant. p. 264 sqq. pertinent: „A Sopianis Acinco M. P. CXXXV sic: Ponte Sociorum M. P. XXV. Valle Cariniana M. P. XXX. Corsio sive

Hercul. [Gornio sive Hercule P. et P.] M. P. XXX. Iasulonij M. P. XXV. Acinco M. P. XXV. „Iter a Sopianis Bregetione P. C sic : Iovia M. P. XXXII. Gurtiana [al. Fortiana] M. P. X] Herculia M. P. XX. Floriana M. P. XV. Bregetione M. P. VII „Item ab Acinco Crumero quae castra constituta sunt [W sel. habet : Iter ab Acinco Crumeroque castra constituta S cio] M. P. XLII sic : Ulcisia castra M. P. VIII. Cirpi mansio P. XII. Ad Herculem castra M. P. XII. Salva mansio M. P. VIII Quae tria itinera sic in conspectum redigi possunt :



Locorum ad hoc et sequens capita pertinentium enum rationem, quam It. Ant. p. 243. sqq. contra Danubii fluentia, T bula vero Peut. secundo flumine habet, in conspectum redac

ideo difficile est, quod non extra omne dubium est, utrum loca, de quibus It. Ant. ea *in medio* fuisse refert, in medio inter mansionem proxime ante nominatam eamque quae versu antecedenti primum nominatur, an inter illam et proxime sequenti versu primo loco positam fuerint. mihi quidem illud veri simillimum esse videtur, sed neque D'Anvillius neque etiam Mannertus sibi in hac re ipsi constiterunt. itaque sequentem tabulam, cui apud Ptolemaeum geographumque Ravennatem (cf. ad p. 91*. §. 2.) passim obvia nomina adiecta sunt, topographorum opinionibus ponderandis idoneam fore spero. itinerarii partem de qua agitur, sic exhibuit Wesselingius:

Antianis [antecedentia vide in tabula ad cap. XXXI. p. 662*.]

Altino in medio Lugione M. P. XXV.

Ad Statuas in medio Alisca ad latus Ripa alta. M. P. XXVIII.

Lussunio. M. P. XVIII.

Annamatia in medio Intercisa. M. P. XXIII.

Vetussalina in medio Matrica. M. P. XXVI.

Campona in medio Acinco leg. II. adiut. M. P. XXIII.

Ad Lacum Felicis in medio Crumero. M. P. XXVI.

Azao in medio Bregetione leg. I. adiut. M. P. XVIII.

[De seqq. vide cap. seq.]

Recentissimorum Itinerarii editorum, Partheii Pinderique de hac parte sententia in sequenti tabula ita ut facilius sub oculos cadat exhibita cum ea quam ante hos XV annos eadem tabula exposui, omnino convenit eaque probari potest tum diversis ipsius Itinerarii locis inter se, tum cum tabula Peutingerana collatis, cuius rei idoneum exemplum annotatio nostra ad p. 98*. §§. 9. sq. exhibebit. Pro vocabulis '*in medio*', omissis seq. tabula, singula nomina, ad quae illa vocabula referenda essent, ipsa in medio ita collocavi, ut in mediis fere lineis inciperent.

DANVILLIUS <i>tab. geogr. Orb. Rom. part. occ. Norimb. 1783.</i>		ITINERARIUM ANTONINI p. 248...243. sec. ed. Partheii ac Pin- deri p. 115...113. meamque sententiam*.		secundum alias interpretationes.	
				I.	II.
<i>Arrabona.</i>	XXX.	Arrabona. Ad Mures et Ad Statuas.	XXX.	Ad Mures et Ad Statuas. <i>Arrabona.</i>	XXII. { <i>Arra</i> Ad Muro Ad Stat
<i>Azao.</i>		Bregione leg. I. adi.		Azao.	XXX. { <i>Breg</i> Azao.
<i>Bregione.</i>	XVIII.	Azao. Crumero.	XVIII.	<i>Bregione.</i> Ad Lacum Felicis.	XVIII. { <i>Crum</i> Ad Lacum
<i>Lacus Felicis.</i>	XXVI.	Ad lacum Fe- licis.	XXVI.	<i>Crumero.</i> Campona.	XXVI. { <i>Acinc</i> Campona
<i>Campona.</i>	XXIII.	Acinquo leg. II. adi. Campona.	XXIII.	<i>Acinco.</i> Vetussalina.	XXIII. { <i>Campona</i> <i>Matri</i> Vetussali
<i>Acincum.</i>	XXVI.	Matrica. Vetus Salina.	XXVI.	<i>Matrica.</i> Annamatia.	XXVI. { <i>Inter</i> Annamati
<i>Vetussalina.</i>	XXIII.	Matrica.	XXIII.	<i>Acinco.</i>	XXIII. { <i>Campona</i> <i>Matri</i> Vetussali
<i>Annamatia.</i>	XXVI.	Intercisa.	XXVI.	<i>Matrica.</i>	XXVI. { <i>Inter</i> Annamati
<i>Intercisa.</i>	XXIII.	Annamatia.	XXIV.	<i>Intercisa.</i>	XXIV. { <i>Inter</i> Annamati
<i>Lussunium.</i>	XVIII.	Lussunio.	XVIII.	Lussunio.	XXIV. { <i>Inter</i> Annamati
<i>Ad Statuas.</i>	XVIII.	Lussunio.	XVIII.	Lussunio.	XXIV. { <i>Inter</i> Annamati
<i>Ripa Atta.</i>	XXIX.	Ripa alta. Alisca ad lat. Ad Statuas.	XXIX.	Ad Statuas. <i>Alisca.</i> <i>Ripa Atta.</i>	XVIII. { <i>Alisc.</i> <i>Ripa Atta</i> Ad Statu
<i>Alinum.</i>	XXV.	Lugione. Altino.	XXV.	Altino. <i>Lugione</i>	XXIX. { <i>Lugio</i> Altino.
<i>Lugio.</i>	XXV.	Lugione. Altino.	XXV.	<i>Lugione</i>	XXIX. { <i>Lugio</i> Altino.
<i>Antiana.</i>	XVI.	Antianis. Ad Novas et Aureo monte.	XXIV.	Ad Novas et Au- reo Monte. <i>Antianis</i> [?]	XXV. { <i>Antianis</i> Ad Novi
<i>Vereis.</i>	XVI.	Mursa.	XVI.	Mursa.	XXIV. { <i>Aureo</i> Mursa.
<i>Teutoburgium.</i>	XVI.	Teutiburgio.	XVI.	Teutiburgio.	XVI. { <i>Teutibur</i> Teutibur
<i>Cornacum.</i>	XVI.	Teutiburgio.	XVI.	Teutiburgio.	XVI. { <i>Teutibur</i> Teutibur
<i>Mursa.</i>	XVI.	Cornaco.	XVI.	Cornaco.	XVI. { <i>Cornaco</i> Cornaco

) Cf. quae paullo ante p. 693. monuimus.

AVVLA PERTING.	ITINERAR. HIROS. P.	PTOL. II. 13. 14.	GEOGR. MAV. IV.
IV. B ... Sect. V. B.	561...563.	(15. 16).	19. sq. ad p. 91*. cf. supra p. 661*.
	<i>Intras Pannoniam Inferiorem</i> *.		
XXIII.	XIII. mutatio Ramista.	VIII.	
XX.	Stailuco. XII. mansio Aquaviva.	X.	Aravona IV. 19.
XL. III.	Arabo fl. XXX. mutatio Popolis.	VIII.	Vicesimo.
XX.	Brigantio. V. civitas Iovia.	VIII.	<i>Βρεγαίτων. Λεγίων ἀβοηθός.</i>
XX.	V. mutatio Sunista.	XII.	Cardelaca.
XIII.	XIII. mutatio Peritur.	XII.	Lentulis. Luniano ?
VIII.	Lusomana. XII. mansio Lentolis.	X.	<i>Λέντουδον.</i>
X.	Aquinco. XII. mutatio Cardono.	XII.	<i>Ακουίνκον.</i>
X.	XIII. mutatio Cocconis.	X.	<i>Σαλίνον.</i>
X.	Vetusallo. XXII. mansio Serota.	X.	Sirore. Belsalino.
X.	Annamatta. XV. mutatio Bolenta.	VIII.	Annama.
VIII.	X. Lusiene. mansio Maurianis.	VIII.	<i>Μαγιάνα. Λουσσόνιον.</i>
X.	Alta ripa. XXII. mutatio Serena.	X.	Sorenis.
VIII.	XII. Lugione. mutatio Vereis.	VIII.	<i>Βέρβης. Λουγίων.</i>
VIII.	XII. Antiana. mutatio Iovalia.	VIII.	<i>Ιούολον.</i>
minor.	XII. Donatianis. mutatio Mersella.	VIII.	<i>Μούρσελλα.</i>
maior.	X. Ad Labores. civitas Mursa.	X.	Mursa minor. Donatianis.
maior.	XII. Tittoburgo. mutatio Leutuoano.	XII.	Mursa maior.
maior.	XII. Tittoburgo. mutatio Leutuoano.	XII.	<i>Τευτοβούργιον.</i>
maior.	XVI. Uscac. Cornaco. civitas Cibalis.	XII.	Livorem. Clautiburgum.
			<i>Κόρνακον.</i>
			Cornacum.

* Inverso atque alias more Inferiorem Superioremque Pannonias appellat serarium.

— γ. 3.] *Cuneus*. cf. not. ad p. 91*. γ. 4. item de *Scutariis. scrutariorū* a'. — *Solue* **ΑΒΩ**. *Σαλούα* habet Ptol. II. 14 (16). inter Pannoniae Inferioris *ὑπὸ τὸν Δανούβιον ποταμὸν πόλεις*, et *Salua*, ut etiam It. Ant. I. c. habet, hoc quoque loco scribi voluerunt Reines. Inscr. cl. I. p. 33. (cf. Gruter. 802, 2.), Cellar. I. p. 447. §. 20. et Wesseling. p. 267. sed nostri libri h. l. infra γ. 12. litteram *o* exhibent, quod Surita defendit. *Lazius Commentarior. rei p. Rom. lib. XII. sect. II. cap. 12. Saluar* reliquias *Salvae* servare opinatus est; Cellarius „incidit“ inquit „circa insulam, quae supra Budam est, cui *Vacia* [*Vacs, Waitzen*] adiacet, a S. Andrea cognominatam“. Mannertus III. p. 663. se nullum recentiorem vicum in loco veteris *Salvae* novisse scribit. Reichardus: „prope *Nyerges-Uj-Fálu* sive *Newdorf*“, qui locus nimium versus occ. situs est, quod multo magis de *Tath* [*Tata s. Dotis*], in quo Lapieus Solvam quaeri voluit, sed vel de *Strigonio* (hod. *Gran*) dixerim, in quo *Katancs*. p. 63. *Solvam* quaerendam esse opinatur: „*Timon*, duce *Morono*, *Lábatlan* aut *Almás*, *Iordanus* *Strigonium*, antiquiores *Salmar*, putant; numeri *Strigonio* respondent“. Equidem Cellario adstipuler, *Solvam* supra castellum *Vissegrad* contra S. Andreae insulam (Germanis *Plintenburg*, olim *Matthiae Corvini* sedem: cf. *Hassel*. p. 500.), propius vero ad oppidum *Gran* s. *Strigonium* fuisse crediderim, fere ubi locum *Spruner* quoque tab. XVII. habet. cf. *Marsil.* I. tab. VI. sect. IV.

— γ. 4.] *equitus* a'. *Intercisae* *deeff*. *Simlerus*: *Rackewy*, (voluit vicum *Rackeve* insulae *Csepel* s. *Tschopel*; *Marsil.* I. tab. VIII. sect. VI. *Ratzkövi*; *Hassel*. p. 500. *Ratzkeve*); unde *Bischoff*. et *Möller*. Hungariae vicum *Rackskeny* effecerunt. *Mannert*. p. 665. apud *Földvár* locum situm fuisse coniecit; prope quem vicum bannatus *Tolnensis* hodieque castrorum reliquiae supersunt sec. *Marsil.* II. part. I. p. 58. v. *Veldvár*. cf. *Hassel*. p. 521. et annot. ad seq. γ. 20. *Mucharius* (*Norik.* I. p. 264.) *Intercisam* in hod. *Adony*, vicum regionis *Csakvarensis* ad *Danubium* (cf. *Hassel*. p. 513.), collocat, quae cum *Hormayrio* (*Wien, seine Gesch.* et c. *Vindob.* 1823. tab. ad p. 30. fascic.

II.) in ruinis apud vicum *Pentele* infra supra dictam insulam mihi quaerenda esse videtur. cf. Marsil. I. tab. VIII. sect. VI. vv. *Pantali* et *Postak*.

— §§. 5. sq.] *Constanciorum* ⑆. cf. ad p. 31*. §. 23. et p. 38. §§. 17. 18. — *Lusionio* habent *AD*ⒺⒶⒶ, *Lusionia* ⑆, *Lusionio* Ⓓ, *Lussonio* ⒹⒺⒺⒻ. *Λουσσόνιον* Ptol., ut haec Notitia infra §. 21. et p. seq. §. 25., *Lussumio* It. Ant., *Alusione* Geogr. Rav., *Lusiene* Tab. Peut. ll. citt. Fortasse ad hunc locum etiam nomen *Lucione* pertinet, ubi Diocletianus LL. 10. 11. Iust. Cod. ad leg. Fabiam de plagiaris IX. 20. emisit. In vico hod. *Paks* ad Danubium, regionis *Földvarensis*, iam Simlerus illum locum quaesivit; et ipse cum Mannerto, Hormayrio Katancsichioque paullo supra eum vicum vetus *Bathanatium* oppidum, *Lusionium*, quam scripturam praetulerim, quaerendum esse puto. (cf. Marsil. I. tab. IX. sect. VII., Hassel. p. 521.) Krusius (tab. geogr. Germ. magn. Lips. 1821.) *Kömlöd* [i. e. *Kölesch* s. *Kölesd*?], Reichardus *Leányóór*, Lapieus *Földoar* esse interpretati sunt. — *nuncinercisa* ⒶⒺ, *Cintercisa* ⑆, *nunc intercisa* Ⓐ⁴. Recte Pancirolus „Hic cuneus equitum olim *Lussonio*, nunc *Intercisae*, ... *Lussonio* *Intercisam* translatus fuit“; erravit enim Bruz. la Mart. cum v. *Intercisa* scriberet, hoc nomen ipsi *Lussonio* hoc Notitiae versu tribui. cf. de vocula *nunc* ad p. 92*. §. 24. et p. 101*. §§. 9. sq. annotata. De *Intercisa* vide ad §. 4.

— §§. 7. sq.] De *Stablesianis* cf. p. 31*. §. 15. cum annot. — *Alta Ripa* Tab. Peut. l. c. Lazius XII. 2, 16. „Altior ripa procul dubio nomenclaturam imposuit: qualem situm eius loci habere Danubium adhuc hodie cernimus, ruderaque ibidem euntibus a Raba Comoron vel Thatan occurrere, quas *Hochstrass* Germani solemus, nimirum ab alta ripa, nominare: ubi *Allam* ripam municipium statuimus“. Simlerus, Mannertus et Krusius *Tolna* s. *Tulna* esse volunt (Marsil. I. tab. X. sect. VIII., Hassel. p. 521.), alii sec. Bruz. la Mart. *Pentole*, *Rennerus*, *Hormayr*. et *Muchar*. *Paks* s. *Paksch*; Reichardus prope *Duna-Szent-György*, non *Pacs*; mihi secundum *Itinerariorum*

pec. [mil. XII. 37.], L. ult. C. de appar. Pf. P. [XII. 53].“ Satis certum est neque ad Savum neque in Pannonia Inferiore collocari Crumerum ab ullo; sed in situ accuratius definiendo dissentiunt recentiores: propter nominis similitudinem maxime Crumero nomen civitatis *Comaron* s: *Comorn*, ad confluentes Waag (Cusum?) et Danubium sitae (cf. Marsil. I. c.), in qua cum Simlero non nulli illud quaerendum esse volunt, responderet; nimium vero It. Ant. repugnat. unde Mannertus in oppido *Gran*, quod Latine Strigonium (Hungarice *Esztergom*) vulgo dicitur, locum esse putavit, a quo meridiem versus, propius ad Acincum, e regione insulae S. Andreae ipse quaesiverim, neque vero statim supra Acincum, ut Sprunerus collocavit. Reichardus „ruinae iuxta *Vadacz*“, Sestinius (*Viaggio*) et Hormayrius *Neudorf* s. *Nyerges*- (Hassel. p. 496.: *Negeros*-) *Ujfalv*, territorii Strigoniensis, Mucharius „inter *Obergalla* et *Borow*“. Cf. supra ad §. 3. annotata. Mannerti sententiae, quam Sprunerus etiam secutus esse videtur, Crumerum cum Ptol. *Κοῦρα* idem oppidum fuisse, non subscripserim, atque ignoro qua de caussa „*Crumeros*“ recentiores dicant sec. Cellar. I. p. 454. §. 32.

— §. 12.] *Salva* a¹?, *Salva* a¹⁴, *Salvae* c¹?. Vide ad §. 3. annotata.

— §. 13.] *Ad Herculem Castra* sec. It. Ant. supra ad §§. 1. sq. exhibitum a *Cirpi* (infra *Vicegrad*, cf. seq. §.) M. P. XII, a *Salva* (infra *Gran*, cf. ad §. 3.) M. P. VIII afuerunt; Lazius XII. 2, 12. frustra in vico S. Andreae ea quaesivit; Mannertus in meridionalem conversionis Danubii angulum, Reichardus in „ruinas iuxta *Vissegrad*“, Lapieus in oppidum *Gran* collocant. Ita Bischoffius etiam Möllerusque v. *Ad Herculem* hunc locum cum *Carpi* sive *Cirpi* confundunt ipsumque oppidum *Gran* esse scripserunt. Pancirolus hunc locum a cognomine qui p. 91^a. §. 23. cf. §. 27. recensetur, diversum non fuisse sibi perperam sumpsisse videtur, quamvis ipse Stephanum viginti nomine Herculis urbes recensere annotaverit. Dubitari potest, utrum haec castra ab infra, §. 28., positis diversa fuerint nec ne,

quod cum Wessel. propter It. Ant. 264. sq. supra ad §§. 1. sq. transcriptum affirmaverim, ubi „*Corsio s. Hercul.*“ et paullo post „*Herculia*“ tam inter se quam a *castris ad Herculem*, de quibus idem itinerarium p. 266. habet, diversas mansiones significare probat figura ad superiores §§. 1. sq. proposita: nam *Herculia* (i. e. a Diocletiano nomen gerentia castra) a Bregetione [*Szöny?* cf. infra ad §§. 8. sq.] versus Sopiana [*Fünfkirchen s. Pecs?*], i. e. meridiem versus, XXII, *Corsium s. Herculis* [castra] ab Acinco [*Alt. Ofen s. O'Buda*] item versus Sopiana L. M. P. afuerunt. Et mihi quidem *Ad Herculem* §. 28. de eo quod inter Acincum Sopianaque fuit, accipiendum esse videtur, quaesierimque in regione Bitskensi comitatus Albensis (*Stuhlweissenburger Gespannschaft*).

— §. 14.] *Cirpi*, ut It. Ant. l. c., hic et bis p. seq., Ptol. l. c. *Κάρπις*. secundum illud XXI M. P. supra *Acincum* (*Alt. Ofen*) fuit; et uno fere ore recentiores *Vicegrad* ad Danubium regionis Pilishensis s. Budensis pro vetere *Cirpi* sumunt; ita D'Anvillius, Severinius, Mannertus p. 662. sq., Hormayrius, Krusius, Reichardus, Lapieus et Katancsich. p. 63. sq. alii. mihi paullo plus meridiem versus contra S. Andreae insulam conditus fuisse locus videtur. Lazii, Cellarii aliorumque errorem, qui Moesiacum *Carporum vicum* cum hac *Cirpi s. Carpi* confuderunt, iam Wesselingius ad It. Ant. p. 267. notavit. In eundem errorem etiam Pancirolus incidit: „*Cirpi* castra in Pannonia locat Itinerarium, forte *Carpi*, quod oppidum apud Istrum Ammianus et Ptolomaeus ponunt; a Diocletiano subactum Eutropius scribit: eius etiam Capitolinus in Balbino, et Vopiscus in Aureliano meminerunt“.

— §. 15.] *Constanciae B*, *Constantie C*. Locus ab aliis scriptoribus non memoratus haud ita procul a supra dictis afuisse credendus est: incredibilis fere castellorum multitudo in his regionibus Romanum imperium contra Sarmatas, Iazyges, Quados ac Dacos undique muniebat. Pancirolus oppidum a Constantio nomen habuisse, aperte solo nominis sono motus annotavit. Inter haec nomina nominibus imperatorum

desumpta etiam Iovia, Herculia, Bassiana, Crispiana, Floriana, Caesariana et *Vallis Cariniana*, de qua vide It. Ant. ad $\gamma\gamma$. 1. sq. transcriptum, memoranda sunt.

— γ . 16.] *Caupona* aa, *Camponae* dreff. In medio inter Matricam Acincumque XXIII M. P. inter se distantes fuit; quam sententiam etiam Pancirolus expressit his verbis: „Camponia, inquit Itinerarium, in medio a Quinquo leg. II. Legionem secundam adiutricem hunc locum tutatam, et Camponiam in medio itinere a Quinquo discedentibus fuisse significat“. Secundum aliam explicandi rationem fere cum hodiernae Hungariae metropoli *Budas. Ofen* sive cum regione inter hanc civitatem ac vicum *Promontori* locus conveniret, secundum nostram autem fere cum iis ‘Romanis antiquitatibus’, quas Marsil. I. tab. VII. sect. V. cf. tab. II. infra Budam delineavit, contra insulam *Cepel* s. *Tschepel* s. *leporum*. et ita apud vicum *Teteny* s. *Promontor* Camponam quaeri vult etiam Hormayrius; in ipsam insulam *Cepel* collocant Simlerus ac Krusius; Reichardus *Camponam* Itinerarii cum *Lusomana* Tab. Peut. contra numerorum indicationes pro eodem loco sumens *Zsambek* (s. *Schambek*, cf. Hassel. p. 500.) esse voluit. Mannertus autem et Lapieus supra Acincum, septentrionem versus, Camponam quaerentes, ille in oppido S. Andreae (*Szent-Endre*) ad Danubium, hic in vico *Veresvar* remoto a Danubio, obliti fuerant, quod It. Ant. haec nomina Valeriae adverso, non secundo flumine recenset.

— γ . 17.] *Promoti*. cf. γ . 11. — *Matrice* ACD. Inter Camponam, de qua modo diximus, et Veterem Salinam, de qua paullo post dicemus, in medio fuit, XXIII M. P. infra Acincum sec. It. Ant. ex mea interpretatione. Simlerus *Theten* annotavit. *Tetény* vicus est in medio inter *Promontori* et *Hansabek* sive *Hanselbek*, ubi Vetus Salina secundum alios et Mannert. olim stetit, qui Matricam prope hod. vic. *Ertsi*, II fere miliaria geogr. infra *Hanselbek* (cf. Marsil. tab. cit.) fuisse statuit, eodem errore motus, quem ad superiorem versum notavimus. Inter *Hanselbek* et *Ertsin* mihi quaerenda esse videtur, Hormayrio

„inter *Ercsin* et *Erd*“, Reichardo in *Mártonváasar*, Muchario „in insula *Csepel*“.

— §. 18.] *Vetusolinae* B, *Vetusaline* C, *Vetussalinae* deeff. *Σαλίον* Ptol., *Vetusallo* Peut. Tab., cuius tamen numeri multum ab Itinerarii numeris discrepant, *Belsalino* Geogr. Rav. Qui in oppido *Adony* Veterem Salinam quaerunt, ut Simlerus, Hormayrius et Katancsich. p. 65. quibus ipse accesserim, It. Ant. sequuntur; qui apud *Hanzelbek*, ut Mannertus, Mucharius, Lapius, quibus non sine haesitatione Reichardus accessit, cum annotaret „*Hanzelbek*; *Erd*“, tabulam Peut. potius secuti esse videntur. Krusium quoque, cum scriberet „*Salinem, Kazelbuk*“, voluisse *Hanzelbek* crediderim. Cf. Hassel. p. 513., Marsil. I. tab. VIII.

— §. 19.] *Equites Sagittarii* hoc capite eidemque proximis saepius memorantur. cf. supra pagg. 31*. i. f. 32*. 34*. — *Intercisae* C(?) deeff. cf. annot. ad §. 4.

— §. 20.] *Ad Namantia*, ut dedimus, ACDaa, *ad Namancia* B, *ad Nammantia* deeff. *Annamatia* It. Ant., *Annamatta* (non *Annamatia*, ut edit. 1824. habet) Tab. Peut., *Annama* Geogr. Rav. II. citt. Locus inter Intercisam Lussuniamque (cf. ad §§. 4. sqq.) fuit, ut itaque cum Hormayrio in foro *Földvár* s. *Foldvár* comitatus Tolnensis (cf. Hassel. p. 521.) quaerendus esse videatur; Lazius XII. 2, 6. voluerat *Mohacs*, Mannertus et Mucharius volunt *Pentele* s. *Duna Pentele*, Simlerus, Reichardus et Krusius *Almaz* s. *Raz-Almas* (Marsil. I. tab. VIII. contra *Pantali* habet *Almas. Ins.* et cognominis vicus est inter *Pentele* et *Adony*), Lapius *Adony*.

— §. 21.] *Lusonio* C. cf. annot. ad §§. 5. sq.

— §. 22.] Cf. annot. ad §§. 7. sq.

— §. 23.] Hoc castellum id est quod ex interpretatione nostra It. Ant. XVIII M. P. infra Lussunium, supra Lugionem, habet, ut itaque fere cum oppido *Tolna* conveniret. cf. Marsil. I. tab. X., Hassel. p. 521. Mannertus ac Reichardus nullum hodie vicum ibi superesse, ubi castellum olim stetisset, opinati sunt; Mucharius in vico *Szeksard* ad *Sarviz*, in africanum a

Tolna (cf. Hassel. l. c.), *Lapieus* in *Börce* (?) illud castellum quaesiverunt, quod finem inter utramque Pannoniam effecisse annotavit Hormayrius. Secundum Laz. Comm. r. p. Rom. XII. cap. 9. et Bruz. la Martin. *Ad Statuas* ibi fuerunt, ubi hod. *Colocsa*. *Colocza* est, quod nomen ex appellatione *Ad Statuas Colossas* enatum esset. sed *Kolocsa* s. *Kalocsa*, opp. regionis Soltensis comitatus Pestiensis, in sinistra Danubii ripa, in barbarico situm est. cf. Marsil. I. tab. IX., Hassel. p. 500.

— γ. 24.] *Florentie* C. „Hucusque Notitia huius Ducis munitiones aliis omissis depingit, quod forte charta omnibus describendis non sufficeret, vel quod haec ad insignia huius Ducis satis esse crediderit“. Prior illa caussa a Pancirollo allata comprobanda est. De loco id quidem quod Pancirolus annotavit, eum a Florentia Italiae diversum esse, satis, ceterum nihil fere constat, nisi quod, cum classis Histrica ibi staret, ad Danubium quaerendus esse videatur. nam incertissimam, immo erroneam, Suritae opinionem, hic et infra tribus locis, quibus haec *Florentia* nominatur, *Florianae* nomen ponendum atque de eo loco intellegendum esse, qui (sec. It. Ant. p. 263.) a Sabaria [*Stein am Anger*] Acincum euntibus XXX M. P. propior quam haec civitas fuit, iam Wesselingius reprobavit; tamen *Szásky* (Introd. in geogr. Hungar. Poson. 1781. 8^o.) Suritam secutus est. Eadem *Floriana* in itinere a Sopianis Bregetionem ab hoc oppido VIII M. P. remota fuit sec. It. Ant. p. 265.; itaque non in Danubii ripa condita, sed ab eo remota fuit. Georgii (II. p. 251.) in eo non errasset, ut Itinerario Ant. *Florentiam*, de qua quaerimus, adscriberet, si Notitiam Dignitatum ab ipso neglectam adhibuisset. Mihi hanc Florentiam in vicinia oppidi *Mohacs*, certe in inferioribus Valeriae partibus prope insulam cognominem conditam fuisse veri simile esse videtur.

— γγ. 25. sq.] *Altino*. cf. supra ad γ. 9.— nunc] cf. ad p. 92*. γ. 24. et ad p. 101*. γγ. 9. sq. — in *Borgo* ΑΒCde^{1,2}, im-
borgo C, *Inburgo* a^{1,2}, *In burgo* a¹¹. *Burgus*, Germ. *Burg*, Graece *πύργος, φρούριον*, quod nomen omnes Romanicae lin-

guae norunt, „Castellum parvulum quem burgum vocant“, ut Veget. de re mil. IV. 10. habet, et „Crebra per limitem habitacula constituta *Burgos* vulgo vocant“ ait Oros. VII. 32. qui Burgundionum nomen ab illo vocabulo deducit, quemque secutus est Isidor. Etym. IX. 2, 99. et 4, 28., ubi et „*Burgarii* a *burgis* dicti“ recte vocantur. cf. Sidon. Apollinar. carm. XXII. §. 126. et Paul. Diac. hist. lib. XII. atque Tractatum de reb. bell. p. 512*. transcriptum. Cyrilli Gloss. *Πύργος*, turris, burgus“. Etiam in lapidibus *burgi* memorantur, vel ad hoc ipsum caput pertinentes, ut ap. Gruter. 164, 4. titulus „non procul Strigone“ [*Gran*] repertus „*NVNC BVRGVN CVI NOMEN COMMERCIVM*“. cf. ibid. num. 3. Leges quoque burgorum mentionem faciunt; ita Arc. et Honor. L. 2. Th. C. de his qui condicionem propriam reliquerunt XII. 19. s. L. 6. Iust. C. de fundis rei priv. XI. 65. eos „qui curiae vel collegio vel burgis ceterisque corporibus“ servierunt, iuxta ponunt, ut Iustinianus L. 2. §. 4. C. de off. Pf. P. Afr. p. 158*. transcr. *clausuras et burgos*. De Burgariis peculiaris tit. Th. C. VII. 14. exstat, ad quem vide Gothofredi comm. et cf. Stewech. ad Veget. l. c. atque DuCange v. *Burgus*. Praeter ea nomina, quorum finem illud vocabulum efficit, ut *Quadriburgium*, *Teutiburgium* s. *Teutiborgium*, etiam alii *Burgi*, ut *Severi* (p. 76.), *Zonus* s. *Zanum* (p. 108.), *Novus* (p. 109.), *Centenarius* (p. 97*), hac Notitia recensentur; multo plures Itineraria et Procopius de aedificiis exhibent. De situ eius, de quo hic dicendum est, cf. superiorem annotationem.

— §. 27.] *Flavinenses* a^{4, 16}, *Flavienses* a¹¹. Ad legionem Flaviam, sive comitatensium (p. 27*. §§. 13...18.) sive pseudocomitatensium (ib. §. 29. et p. 28*. §. 5.) unam alteramve pertinentes. — *ad militare* mss. et editi praeter aa, qui recte ut dedimus, habent. nam vix dubium esse poterit, *militare* perperam ex v. *miliare* enatum esse. minime vero constat, de quonam miliari h. l. sermo, neque a quonam oppido computatum sit: putem tamen ab Acinco; sed is locus quem *Ad vicesimum* Tab. Peut. IV. C, *Vicesimo* Geogr. Rav. vocat, hic non indicatur, fuit enim in Pannonia Prima non ita procul a Dravo.

— §. 28.] *Herculentia* ABCD, ut *Herculii*, *Herculiani*, legiones *Herculiae*, a *Maximiano* cognominati ipsis locis, ubi stativa habebant, nomen dederunt. cf. ad §. 13. annotata.

PAG. 96*. §§. 1. sq.] *Ursarentia* mss. *Ursarensia* desff. Fuerunt *Dalmatae* ex *Ursaria*, non *Hispani* nec *Lusitani*, ut *Pancirolos* voluit. cf. p. 246*. sq. ad §. 8., ubi adde *geographum* quoque *Ravennatem* V. 24. *Ursariam* insulam inter *Pullariam* et *Cervariam* recensere. — pone *Nauata* ABCE, editi, pone uata D et *Panciroli* „vetustus codex“. *novήματα* mihi facit τὸ *novήρευμα* reliquorum scriptorum, quod hunc locum non memoraverunt. mihi de ponte quodam sermonem ac legendum esse PONTE PRO PONE persuasum est. possis etiam pone *Namata*, ut locus ibi fere quaerendus sit, ubi *Marsil.* I. tab. VIII. nomen *Foktu* habet. Certe locus ab eo diversus fuit, qui *Ad Statuas* nomen habebat, de quo supra ad §. 23. disputatum est, ut vocabulum *nunc* ostendit.

— §§. 3. sq.] *uigilium* B. — contra *Acincotras* mss. scilicet suprascripterat aliquis ad explicandam praepositionem *contra* vocabulum *trans* s. *trās*, ut p. seq. §. 6. *Transacincot* legitur eodem sensu, quo hoc versu et p. 95*. §. 8. *Contra Acincot*, atque ita factum est, ut istud *tras* allineretur. cf. ad cit. §. 8. annotata.

— §. 8.] *fortentia* E. cf. not. ad p. 80*. §. 9. — *Cirpe* mss. aa, et recte puto, quamvis superiore §. 14. et infra §. 23. *Cirpi* legatur. De ipso loco ad cit. §. 14. disputavimus.

— §. 6.] *Insidiacorum* E. *Insidiatorum* nomen explicavimus p. 285*. ad §. 28. — *Cardabiaca* mss. omnes, *Cardabianca* editi (*Cardabianica* ε', *ardabianica* ε'). *Pancirolos* forte legendum esse *Cannabiaco* „qui est locus *Pannoniae Primae*“ (cf. p. 100*. §. 13.) inutiliter annotavit. *Valeriae* loci de quo quaerimus, nomen corruptum esse, pariter ac vocabulum *Gardellaca* *Tabulae* *Peut.*, quod utrumque idem esse suspicor, veri perquam simile videtur: *cardabiaca* et *gardellaca* similem inter se figuram in mss. habent. (*Sardellaca* *Mannerti* III. p. 661. et *Sardellaea* *Spruneri* menda sunt.) nomen a lacu quodam

deductum esse opiner, sed sec. Tab. Peut. Gardellaca a Bregetione XVIII, ab Acinco XXV M. P. distitit, ut itaque situs fere cum hodierno *Neudorf* ad Danubium supra *Gran* (cf. Marsil. I. tab. V.) conveniat. Lazius undecunque collectis locorum quos ipse municipiorum vocabulo promiscue designare solitus erat, nominibus singulis suum sive non suum locum in aliquo hodierno oppido s. vico attribuens, XII. 3, 8. „equidem“ ait „Cardobiancae vestigia supersunt in ruinis praeter caetera conspicuo loco et in colle sito, ut fere omnia Romana municipia erant, quod *Friburg* incolae vocant, in ipsis Austriae et Styriae finibus, ubi fluvius praeterfluens veteris nomenclaturae umbram retinet, utpote decurtatae, *Byncam* incolae nominant. . .“

— γγ. 7. sqq.] *Legionis Primae Adiutricis*. Legiones Primae (s. Primani) complures fuerunt; Borghesius (*sulle iscris. Rom. del Reno*. Rom. 1839. 8°. p. 14. sqq.) de tribus, Prima simpliciter appellata, de Minervia, et de hac Adiutrice, atque de hac quidem (quae in lapidibus etiam ADIVTRIX PIA FIDELIS, ADI. BIS PIA FIDELIS, ADI. P. F. ANTONINIANA, ADI. P. F. SEVERIANA appellatur, ut Cardinalius comprobavit) sic disputat: „*La terza delle legioni prime, di cui si hanno monumenti sul Reno, è l'Adiutrice già illustrata dal conte Guarnieri (Ara del museo Nani), e dal ch. Cardinali (Diplomi p. 39 [...41. ad diploma militare Galbae imp. a. 68. datum]). Essi ci hanno detto come fosse arrolata da Nerone fra i classiarj, e ricevesse l'aquila da Galba [cf. infra ad p. 114*. γγ. 26. sq.]: come per la prima volta pugnasse sotto Ottone, e da Vitellio fosse mandata in Ispagna: anzi il Guarnieri ha raccolto i marmi spagnuoli, che fanno rimembranza di lei. Il Bimard (Maffei Mus. Ver. p. 348.) stimò che Muciano la richiamasse di là per combattere contro Civile nella Germania, fidandosi della falsa lesione sexta et prima, che si aveva nel c. 68. L. IV. di alcune edizioni della storia di Tacito: ma è indubitato doversi preferire la volgata sexta et decima: che riceve piena conferma da ciò che ripete lo storico nel L. V. c. 19. Tuttavolta non può negarsi che sia*

stata anch' ella per qualche tempo nella provincia [Germania] superiore, richiedendolo troppo apertamente nove figurine, e quattro lapide presso il Steiner, che appariscono tutte di buona età. Laonde sospetto che si facesse venire dalla Spagna sul Reno un poco più tardi, ciò è ai tempi delle guerre germaniche di Domiziano o di Traiano. Imperocchè quando scriveva Tolomeo ella era già nella Pannonia, ove quel geografo le stabilisce le stanze a Bregezio o Bregenzione [Bregentio nusquam puto legitur, cf. paullo infra], e dove le conservò lungo tempo, perchè la Notizia attesta che anche ai suoi giorni ne v'era alloggiata la quinta coorte. Il Casaubono pensò, che Capitolino parlasse di questa Adiutrice (Pert. c. 2.) quando scrisse che M. Aurelio Pertinacem primae legionis regendae imposuit: statimque Raetias et Noricum ab hostibus vindicavit. E veramente si ha motivo di credere che questa legione fosse impiegata in quelle guerre, trovandosi che il console Cesonio Macro Rufiniano mentr' era suo tribuno fu onorato DONIS. MILITARIBVS. A. DIVO. MARCO. (Grut. p. 381, 1). Anche Dione determina la sua residenza nella Pannonia inferiore, confermata da mol'e lapide di quei paesi riferite dallo Schoenwisner e da altri [cf. Laz. comm. rei p. R. lib. XII. passim], la più antica delle quali con certa data è del anno 947, provenuta della Dalmazia (Zanetti, Lettera al conte Polcastro). Il Chandler (Iscr. p. 93, 8.), trovò nella Siria una memoria dell' anno 996, spettante a due beneficiarj di un suo tribuno, la quale dà motivo di credere, che partecipasse della spedizione di Gordiano Pio in Oriente. Ma o ella non vi mandò se non che una vessillazione, o se vi andò dovette esserne di ritorno quando Filippo ricondusse l'esercito, perchè l'ara Nani dell' anno 998, la quale ricorda un altro suo beneficiario, fù trovata nella Dalmazia, e si sa che a quei tempi quella provincia e la Pannonia inferiore solevano essere riunite sotto un preside solo, come di sè stesso testimifica Dione. Si mantenne poi per lunga pezza, vedendosi ricordata dagl' imperatori Costantino ed Anastasio in due loro rescritti nel Codice

giustiniano (L. XII. tit. 37. leg. 6, e tit. 53. leg. 3.).^a cf. infra ad p. 100. §§. 4. sqq. Illas leges iam Pancirolus citavit, post hanc annotationem: „Praefecti appellabantur qui toti aut parti legionis praeerant, qui cohortem regebant *Tribuni*. Hic vero Praefectus vocatur tanquam legionis partem regeret, etsi vere non nisi quintae legionis cohorti imperabat^a. cf. quae ad cap. XXIII. post initium annotavimus. — *Cohortis Quintae*] Ita etiam legionum V., VI. et I. *quintae* cohortes p. 92*. §§. 2. 5., p. 100*. §. 5. leguntur. — *patis* (pro *pūtis*) *D. superiorum* aa. cf. not. ad p. 92*. §§. 1. sqq. — *Bregecione* *Ῥαα. Βρεγαίτιον* (al. *Βραιγέτιον*, al. *Βραιγαίτιον*) Ptol., *Bregetio* It. Ant., Ammian. XVII. 12, 21. sed *Bregitio* id. XXX. 5, 15., *Bergentio* Aur. Vict. epit. c. 45., *Brigantio* Tab. Peut., *Brigitio* Oros. VII. 32., *Βεργυτίων* Socrati H. E. IV. 31., *Virgilio* Idatio ad a. 375., *Brigio* Paul. Diac. lib. XI.; in lapidibus etiam modo *BREG.* (ut ap. Orell. 499.), modo *BRIG.* (ut ap. Gruter. 130, 8.), *BRC.* in columna miliaria scribitur, locus morte Valentiniani, Gratiani Aug. parentis, celebratus, cuius situm satis accurate Itinerarium et Tab. Peut. indicant, ut cum hod. vico *Szöny* (*Zen*, *Zegn* Marsilio) contra *Comaromium* (*Comorn*) sito sive *Uj-Szöny* (cf. Hassel. p. 511.) conveniat, ut recentiores plerique fere omnes agnoverunt, Mannertus, Wagnerus ad Amm., Hormayrius, Reichardus, Krusius, Mucharius, Lapieus, Orellius f. c., Georgii et Katancsichius qui Osis hoc oppidum tribuit, de quo p. 62. „est oppidum“ inquit „*Nagy Szöny*, ruderibus conspicuum, dextra exeuntis in Danubium amnis [contra ostia fl. *Waag*], ex adverso confluentium Istri alveorum, qui *Schütt* insulam formant^a. cf. Marsil. I. tab. V. et imprim. tom. II. p. 3. et tab. I. figg. 3. 4. *Lazius* (comm. rei p. R. XII. 2, 16. „*Bregetio*“ ait „celeberrimum Pannoniae municipium fuit, Praesidis primum sede, qui Pannoniae primae imperitabat [?] atque XIII. legionis stativis. deinde posteaquam Constantini M. auspicio [?] Pannonos Christum agnovissent, episcopali quoque insigni cathedra factum est^a, deinde refert multos doctos *Taurinum* „quod multo inferius ad ostium Arrabonis [?] in Danubium iacet, *Bregetium* vetus

• fuisse existimasse“ ac vestigia Bregetionis collocat „in iis ruinis quae haud procul a *Thata*, ipsoque etiam castro Comoro ad Danubii ripam navigantibus occurrunt, quae Germani solent *Herzogschuss*, et Hungari *Marcshasa*, tanquam si diceres Marcelli donum, nominare“. Cluverius (Vindel. ac Noric. c. V. p. 20.) *Strigonium s. Gran* esse putavit, eumque sequi videtur Cellar. I. p. 446. §. 19. Comes de Marsiliis cum rudera Bregetionis tom. II. p. 3. sub rubrica PANON. describeret, ipse Arrabonae reliquias sese describere erravit, et Wesselingium etiam in eundem errorem traxit. cf. annot. ad p. 98*. §§. 9. sq.

— §§. 10...12.] *AB* sic habent: *Praefectus legionis | secundae adiu|tricis Aliscae | Cohortis partis superioris*; *€* hos versus 10...12. omnino omisit. De legione II. adiutrice ad ea quae p. 243*. (cf. ad p. 81*. §§. 8. sq.) prolata sunt, adde quae Borghesius l. c. pag. 17. exposuit: „*La seconda poi Adiutrice a detto di Dione fu istituita da Vespasiano che le concesse un diploma di cittadinanza e di connubio nel 823, da cui prese argomento di trattarne il Cardinali (Dipl. p. 64.): ma realmente ella era già stata coscritta fra i classiarj da Vitellio (Tac. hist. III. 55.). Muciano per la guerra di Civile la mandò in Germania (id. IV. 68.), ove per la prima volta stette in battaglia (V. 16.), ed era suo tribuno Adriano quando sul cadere dell' impero di Domiziano (Spart. Hadr. 2.) fu trasferita nella Mesia, ove infatti troviamo che pugnò nelle guerre daciche (Marini Aro. p. 530.). Quindi ebbe gli alloggiamenti ad Aquinco nella Pannonia inferiore, ove ha lasciato molteplici memorie di sè e dove perseverava al tempo di Claudio il Gotico, sotto cui fa pompa del nuovo titolo di Costante Claudiana (Orell. 1024. = 4985.) ed anche dei successori di Teodosio, essendo allora soggetta al duca della Valeria Ripense. E ricordata [ut iam Pancirolus olim annotavit] da Caracalla nel codice Giustiniano X. 52. leg. 1.^a (de professorib. et medic.) De agnominibus huius legionis II. adiutricis, quae haud raro primae adiutrici in lapidibus, Pannonicis maxime, iuncta legitur, PIA FIDELIS, P. F. ANTONINIANA, P. F. GORDIANA, SEVERIANA,*

AVGVSTA, A. A. (adiutrix Augusta s. Antoniniana) PRIMIGENIA, VI. P. VI. F. (= sextum Pia, sextum Fidelis) CONSTANS CLAVDIANA [Orell. l. c.] cf. Cardinali p. 65., qui Tribunorum etiam eiusdem nomina ex lapidibus collecta exhibet. — Post *Cohortis* numerum, fortasse *Quintae* (cf. p. 92*. §. 2. et §. 5.), excidisse manifestum est, quamvis nullum lacunae, a Panciolo etiam observatae, indicium neque hic neque infra codices mss. editive exhibeant. — *partis superiorum* aa. cf. ad p. 92*. §§. 1. sq. — *Aliscae* ex *Αβει* dedi; *Alisce* *CD*; nomen omis. aad, (cf. supra de *C*) *Alescae* ff, ut p. 97*. §. 4. ex mss. editisque dedimus et It. Ant. p. 244. habet; parum recte Gudius ad Gruter. 345, 8. *Alcesca* Notitiam habere annotavit, neque cum eodem nomen ALCETIENSIVM ad hanc *Aliscam* s. *Alescam* traxerim. De situ praeter Itinerarii indicationem nullam habemus, secundam quam mihi in hod. vico *Kölescs* s. *Kölesch* (*Kölesd* Hassel. p. 521.) comitatus Tolnensis, ad *Sarviz* fossam quaerenda esse videtur. Simlero ad It. Ant. l. c. est *Anyavara*, Lazio (XII. 2, 8.) *Almas*, Mannerto *Ssezard*, Reichardo „*Akalacs* vicus, aut *Also* (inferior) aut *Felső* (superior)“, Hormayrio Mucharioque *Tolna*.

— §§. 13...15.] *Cohortis* eiusque numeri indicationem sine lacunae indicio mss. editique omiserunt. suppleverim autem aut *Cohortis Quintae* (cf. ad praeced. §. 11.) aut *Cohortis Tertiae* propter seq. §. 17.; priorem tamen praetulerim scripturam, nam numm. 4. et 5. *Tertiae*, 6. et 7. alteri eidemque legionis II. adi. praeter quintam tertiamque cohorti adscripserim, ut §. 23. supplendum esset *Cohortis Secundae* [?] *Partis Superioris*, §. 25. *Cohortis Secundae* [?] *Partis Inferioris*. sed cf. etiam ad p. 100*. §§. 1. 2. Pancirolus dubitat, utrum hoc loco *Cohortis* eiusdemque numeri vocabula exciderint, necne; annotavit enim: „Florentiae pars legionis debebat, quam ex praecedentibus sequentibusque per varia loca dispersam fuisse apparet. forte cohortis hic locandae nomen et numerus desideratur“. — *partis inferiorum* aa, ut supra. — *Florentie* *C*. cf. annot. ad superiorem §. 24.

— §§. 16...18.] *Cohortis* omis. mss. editique. cf. proxime superiorem annotationem; et de *Acinco*, hod. *Alt-Ofen*, *O'Buda*, cf. quae ad p. 95*. §§. 7. sq. rettulimus.

— §§. 19...21.] De lacuna eaque explenda cf. ad §§. 13. ...15. proposita. — *Tantantum* D. Locus plane ignotus; neque de *Taururo* (*Tauruno*) Ptolemaei cum Pancirolo cogitandum est, nam *Semlin* ad Valeriam Ripensem non pertinet, neque de oppido ad Savum fl. non ita procul a *Siscia* (*Siszek*) condito quod Ptol. II. 13 (15). *Ἀνδαντόνιον* appellat. Fortasse eiusdem geographi *Βολέντιον* (*mutatio Bolenta* It. Hieros., *Bolentio* Tab. Peut.) huc pertinet, quod a *Maurianis* s. *Marinianis*, de quibus ad seq. §. 5. dicendum erit, VIII M. P. sec. It. Hier., X sec. Tab. Peut. distijt. ad dextram Dravi ripam situm fuit: nam contra Tab. Peut. V. A D'Anvillii tab. geogr. Orb. Rom. occid. iter a Mursa minore s. Mursella Ioviam usque ad sinistram illius fluvii ripam collocavit. Katancsichius p. 67. sq. Bolentium in agro vici *Vlashki Miholyacz*, alias *Miolcsi*, dynastiae Verocensis, quaesivit; Mannert. III. p. 699. Bolentium praeteriit, sed *Serota* ei est viculus *Draus* ad Dravum, *Marinianae* apud vicum *Szara* in finibus comitatum *Schümege* et *Baranya*; Reichardus „prope *Novaki* vicum“, Lapieus „au nord de *Czabuna*“.

— §§. 22. sq.] *mil.* (pro *legionis*) *AGW* *Eder*, *leg. C*, *milit. legionis* aa, *militum* ff. De cohorte ac parte omissis vide annot. ad §§. 13...15. — *Scirpi* A. cf. supra ad §. 5. et p. 95*. §. 14.

— §§. 24. sq.] cf. ad §§. 13...15. et de Lussunio ad p. 95*. §§. 5. sq. annotata.

— §. 26.] De classe *Histrica* dixi ad p. 92*. §§. 14. sqq. et de *Florentia* ad p. 95*. §. 24.

— §. 27.] Hic et sq. cap. Cohortes, auxiliares puto, non legionis sive primae s. secundae adiutricis, sine peculiaribus nominibus recensentur; eas a castellorum, ubi degebant, vocabulis appellari solitas fuisse, ut Auxiliares sub Duce *Moesiae* Primae constituti (cf. Not. Or. p. 105. B), vix dubitabitur.

— *Vincenciae* D. Lazius (XII. 2, 7.) a *Vincentio* forsitan illo

non accepisse coniectavit, cuius Ammianum meminisse surretulimus. Non Vincentiae Valeriae sed Venetae (Vindobonae) data est L. 12. C. de iur. et facti ign. I. 18., ut Panciroliationem tollit topogr. Theod. Cod. v. *Vincentia*. Cf. quae ad Dr. p. 490. not. 40. annotatum est. De situ nihil mihi conlarius rudera se indicasse scripsit, sed ubi indicaverit irere operae pretium non esse duxi propter fallaciam uae topographiae.

— ꝥ. 28.] *Quadriburgio* aaff. Pancirolus: „ita vocatur lum, quod quatuor burgis constaret. Quadriburgum in ania inferiore Ammianus ponit“. Haec ita conceperim: uadriburgio s. Quadriborgio (cf. ad p. 95*. ꝥ. 25.) Valeria onicae nihil compertum habemus. nam neque de *Quadri-lio* Pannoniae Primae aequè ignoto (cf. p. 99*. ꝥ. 2.) neque *uadratis* [i. e. castris] s. *Quadrato* [i. e. castello] inter Aram Flexumque (cf. p. 99*. ꝥ. 8.) cogitandum esse appa- Circa Dravum sive ad dextram, in Slavonia, sive ad ram, in comitatu Baranyensi, hoc castellum quaerendum putem.

PAG. 97*. ꝥ. 1.] *Iouiae* €(?)deeff. Multa castella Panno- ab imperatore Diocletiano, ut videtur, Ioviae vocabulum nperunt. In itinere „a Sopianis Bregetione“ ab illo op- XXXII M. P. *Iovia* distitit sec. It. Ant. p. 264.; alia *Iovia* odem p. 130. legitur, a *Patavione civitate* [Pellau] XXXVIII, *ntulis* XXXII, a Serota LXIII, a *Marinianis* (cf. ꝥ. 5.) XIII M. P. remota, eademque haec altera *Iovia* est in It. os. p. 561., XXXIII M. P. a *Lentolis* distans; tertia in Tab. V. A *Iouia* a *Sirotis* X, a *Luntulis* VIII M. P. distans le- . Putaverim propter rubricam capitis et reliqua nomina, quae hoc ipsum Notitia habet, de *Iovia* Tabulae Peut., de ea quam It. Ant. p. 264. indicat, ad quam Surita hoc uo quaerimus castellum referri voluit, Reichardus au- „rudera prope *Iovincze*“ annotavit, quamque in co- u Tolnensi quaerendam esse apparet, neque ad alte- in Pannonia Superiore, non ita procul a Stiriae finibus

quaerendam, a Reichardo in hod. *Toplika* [s. *Töplits* comitatus Varasdinensis: cf. Hassel. p. 570. sq.] quaesitam, hoc Ioviae vocabulum accipiendum esse quaesierimque locum in provincialis quod dicunt Slavonici comitatu *Veröczensi* s. *Werovicensi* non ita procul ab oppido cognomine. Lapius ad v. *Iovis* Tab. Peut. adscripsit „*près Katalena*“ et ad Itinerarii Hieros. „*Apathia*“, sed idem nomen etiam eis Iovis (It. Ant. p. 130. et 264.) quas Tolnensem unam, Croaticam alteram dixerim, addidit. Cf. annot. ad p. 90*. †. 29., p. 100*. †. 6.

— †. 2. sq.] *Burgum Centenarium* aaff. De burgis cf. p. 704*. sq. ad †. 25. sq. „forte vocatus est (Pancirolo scripsit) a centum militibus ibi morantibus. nam Centenarii vocabantur centum militibus praefecti, ait Vegetius II. 13. et Modestus in lib. de vocabul. rei militar. [p. 107. post Veget. Scriver. 1607. 4^o.]“. De situ nihil constat: nam quod Lazius XII. 2, 16. scripsit, prope Altam ripam, ab ipso in hod. *Hochstrass* quaesitam (cf. ad p. 95*. †. 7. sq.), „et *Zentmar* ruinosus pagus visitur, ubi *Burgum Centonarium* fuisse... non solum nominis consonantia, verum etiam inscriptio testatur, Rabae a domino a Vels reperta, ubi alae centen. nomen exprimitur“, id sane perquam debile argumentum esse videtur. In australibus potius Valeriae quam in borealibus partibus hoc castellum quaesierim.

— †. 4.] *Alescae* h. l. omnes habent. cf. annot. ad superiorem †. 12.

— †. 5.] *Marinanae* *Μαρινα* (*Marinnanae* a^o.) *deff*, *Aninanae* *Α*, *maritanae* *Β*, *Maurinanae* *Γ*. *Μαυρινα* Ptol., *Marinianis* It. Ant. p. 130., *Mansio Maurianis* It. Hieros. p. 562., *Maronianis* Tab. Peut., *Marinianis* Geogr. Rav. locc. citt. Wesseling. ad It. Ant. l. c. contra Pancirolum negavit, haec Mauriana (s. *Mariniana* sive *Maroniana* s. *Martiana*, i. e. castra) ad hunc Notitiae locum pertinere, („sed eam aliam esse“), quippe ad Saviam pertinentia, ad dextram Savi fluminis ripam exstructa. Equidem Pancirolu accesserim; Savia Ducem nullum habuit, neque ita stricte militarium provinciarum fines cum

finibus civilium, ut ita dicam, provinciarum convenerunt, ut castella trans fluvios provincias terminantes condita sub provinciarum ducibus constitui nequivissent: immo, hoc ipsum caput complura castella extra Valeriam provinciam, in Barbarico trans Danubium sita Valeriae Duci adscribit; neque novum est non nullos ducatus per plures provincias sese extendisse, ut e. gr. seqq. capp. XXXIII. XXXIII. XXXVI. et Not. Or. c. XXXII. Lazius XII. 4, 4. inaccurate Ammianum quoque lib. XXX. (voluit Lazius Amm. XXIX. 6, 3.) hanc civitatem *castra Marciana* appellare, Iornandem autem *castra Marcena*, eamque in Margburga Styriae quaerendam esse scripsit. Manertum Marinianas (nam sic scribi vult) apud vicum *Szara* in finibus comitatum Schümezensis ac Baranyensis quaerere supra ad ¶. 19...21. relatum est; Reichardus „*Vranyessevcze*“; item Lapius „*près de Vranyessevcze*“; sed Katancsich. p. 68. „*Moslavina* nuncupato vico, haud extremi nominis, dynastiae Valponensis [non confundendo cum eo, de quo Hassel. p. 571. dixit], convenire mansionem, ostendimus alias“. In hoc *Moslavina* vicinam mansionem *Serena* s. *Serona* agnoscendam esse opinatus est Lapius. Cum exactiores Slavoniae tabulae geographicae mihi desint, in Katancsichii sententia acquiescendum est.

— ¶. 6.] Neque cuius Legionis Praefectus hic steterit neque lacunam indicant libri omnes. Et forte cohortis nomen desiderari etiam Pancirolus annotavit. *Transiacinco* ABDE, *transiacino* C, *trans Acinco* aa. Aperte de eodem castello h. l. agitur, cui supra *Contra Acinco* nomen est, p. 95*. ¶. 8., p. 96*. ¶. 3.

— ¶. 7.] *Dux* omiserunt aa.

— ¶. 9.] *Corpore pro Officio* h. l. et capp. XXXIII. XXXVII. legitur. Orientalium Ducum Officia magnam partem Principem non de eodem Officio, sed de Schola Agentum in Rebus habebant; Duces Europaei autem a Scythia inde usque ad Pannoniae occidentales fines omnes de eodem corpore sive officio, atque pariter etiam Dux Belgicae Secundae et fortasse

etiam Dux Germaniae Primae; ceteri Europaei Afrigae Duces in Officiis suis Principes habebant ex Officiis Magistrorum Militum Praesentalium, sive alternis annis, sive a parte Peditum tantum, ut Dux Sequanici. Ita etiam in Comitum rei militaris Officiis Principes modo de Schola Agentium in Rebus, ut in Officio Comitum Aegyptiaci, modo de eodem corpore, ut in Officio Comitum Isauriae, modo ex Magistrorum Militum officiis alternis annis, ut in officiis Comitum Tingitaniae Britanniaeque, modo a parte Peditum tantum, ut in officio Comitum litoris Saxonici per Britanniam, desumpti erant. Quae omnia ad certas administrationis leges revocata fuisse accuratius inspicientem fugere non potest.

— γ. 25.] *Exceptores singulares* iunguntur in aa.

CAPVT XXXIII.

PAG. 98. γ. 2.] Haec picturae rubrica, in A non posita, Norici Ripensis mentionem non facit, sed solius Pannoniae primae (*panonie prime* E). et eius insignia add. et; neque vero iidem huius ducis, sed Pannoniae Secundae pictam tabulam exhibent, ut ad cap. XXXI. init. annotavi.

Picturam ad A repetendam curavi, qui vocabula sub g et h sic exhibet: *Æq̄ūnoctis* et *ad Hercules*; eadem E sic scripsit *Equinoctie* et *Adhercules*. In d ne Arrabonae Flexique nomina iterentur, editor pro nostris d et k finxit *Vindobona* et *Carnuntum*. ε^{6,7}: *Flexum. Arrabona. Quadriburgium. Ala Nova. Aequinoctia. Ad Herculem. Gerolata. Quadratum. Vindebona. Carnuntum*. Scilicet „P. Sluyter fecit“ picturam ab ε⁶ exhibitam cum inscriptionibus castellorum.

— γγ. 6. sq.] RIPENSIS omis. A. cf. p. 4*. γγ. 28. sq. — Fortasse „Comitem Pierium“, de quo (ad a. 488.) Eugipp. in vita S. Severini c. XII. n. 55., Ducem Pannoniae I. et Norici Ripensis fuisse dicendum est. sed potest etiam aut Comes barbarorum aut Comes Italiae i. e. Tractus Italiae circa Alpes fuisse. — Generidus, de quo Zosim. V. 46. eum ab Honorio *στρατηγὸν* creatum esse

at, non Ducis sed Magistri Militum dignitatem optinuisse
 et; nam haec Zosimi verba sunt: πολλά δὲ περὶ τὰς
 ς καὶ ἄλλα κοινοτομῆσας (Honorius), καὶ τοὺς μὲν πρό-
 καταδυναστεύοντας ἐκβαλῶν, ἄλλοις δὲ τὰς ἀρχὰς πα-
 ῦς, ἔταξε καὶ Γενέριδον τῶν ἐν Δαλματία πάντων ἡγεί-
 , ὄντα στρατηγὸν καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι Παιονίαν τε τὴν
 καὶ Νορικούς καὶ Ραιτούς ἐφύλαττον, καὶ ὅσα αὐτῶν
 τῶν Ἄλπειων. ἦν δὲ ὁ Γενέριδος βάρβαρος μὲν τὸ γέ-
 . τ. λ. Cf. etiam Comit. de Bünau *Teutsche Kayser-Historie*.

[. p. 871. §. 165. De M. NONIO. M. F. | FAB. MACRINO | . . LEG. AVG.
 PRAE | PROV. PAN. SVP | et c. est lapis Brixienſis ap. Grut. 1097,

Videmus hunc Ducem, cuius sedem frustra, ut mihi
 em videtur, Vindobonae fuisse contendunt huius urbis
 iptoſes (cf. e. gr. Hormayr. *Wien*. I. 3. p. 9.), quam Car-
 vindicanda esse videtur, toti tractui cisdanubiano inter
 m (*Inn*) Arrabonemque (*Raab*) fluvios Danubio sese
 entes, a Boioduro (*Innstadt*) contra Batavodurum (*Pas-
 usque ad Arrabonam (Raab) imperitavisse. quinam pro-
 ae eiusdem versus meridiem fines fuerint, ex hac Notitia
 ſi nequit, cum omnia, quorum situm certo definire pos-
 s, castella ad ipsam Danubii ripam aut non ita procul ab
 emota fuerint, praeter unum *Ad Iuvense* (p. 100*. †. 6.),
 plerique quidem fere omnes Iuvaviam (*Salzburg*) signi-
 e opinantur, quam tamen sententiam, quamvis et mihi
 eat, pro certa non venditaverim. Pancirolus fines ex
 maeo, sed non satis accurate, descripsit. ipsa Ptolemaei
 a p. 420* exhibebimus, ut sequentes duae paginae συνό-
 locorum qui ex Itinerario Antonini Tabulaque Peutinge-
 ad hoc caput de Pannonia Prima Noricoque Ripensi
 nent, quosque in faciliorem conspectum redactos iuvabit
 annotationem nostram adhibere, relinquuntur. finis se-
 tis tabulae ex eius quam supra p. 694*. sq. dedimus, initio
 titum est, ut facilius utraeque inter se comparari atque
 angi possint: cum Notitia nostra ex oriente ad occiden-
 Danubium adscendimus.*

DANVILLII tab. geogr. orb. Rom. part. occid.		ITINERARIUM ANTONII ex mea interpr. et p. 115. 114. ed. Parth. et Pinder.		250 246. e secundum diversas interpreta I.
		M. P.	M. P.	
	Regina.	XXIII. Regino.	— *	
	Augustana. Serviodunū.	XX. Augustis.	—	
	Quintianis. Batava castra.	XXIII. Quintianis.	—	Qu
Iuvavum.	Boiodurum.	XX. Boiodoro.	—	Bo
Stanacū.		XVIII. Stanaco.	—	
Laciacū.		XXVII. Ioviaco. [al. Iouiacō, iouiacus].	—	
	Lentia.	XVI. Ovilavis.	XVI. Ovilapis.	Ov
Ovilabis.	Lauriacum.	XX. Lauriaco leg. III.	XX. Lauriaco, leg. III.	
	Elegium.	XXV. Loco felicitis.	—	La
	Pons Ises.	—	—	
	Arlape.	—	—	
	Trigisamum.	—	—	
	Pirus tortus.	—	—	
	Comagenae.	XXX. Cetio.	—	
	Cetius M.	XX. Comagenis.	XX. Comagenis.	Co
	Vindobona.	XXVIII. Vindobona leg. X. gemina	XX. Aequinoctio et Ala nova.	XX. } Ae
	Aequinoctium.	XXVIII. Aequinoctio et Ala Nova.	XXVIII. Vindobona.	XXVIII. } Ge
	Carnuntum.	XXX. Carnunto. leg. XIII. gem.	XXX. Gerulata.	
	Gerulata.	XXX. Gerulata.	XXX. Carnunto.	

*) Ubi prioris columnae numeri vocabulave repetenda sunt, lineolam post

C V S T I paginis
235...233. ed. Wesseling.

TABVLÆ PEVTINGER.
sectt. III. C... IV. C.

PTOLEM. II. 11.
i. f. sqq. ed.
Wilberg.

		Regino.	
		XXVIII.	
		Soruioduro.	
		XXXII.	
		P. Rensib ⁹ .	
		XVIII.	
		Castellum. Bo-	Βοιόδουρον Vindeliciae.
		lodorum.	
	Iovavi.	Ivavo.	
XXVIII.	} Laciadis [al. Iocia- co, Iaciaco, Iati- tiano, Iatiaco].	(<i>f. Iuaro</i>) XIII.	
		Iarnantone.	
		XIII.	
XXXII.		Laciadis.	(<i>f. Iuaro</i>)
		XVIII.	
		Tergolape.	
	Ovilabis.	Ovilia.	XIII. Mariniano.
XXVI.		XIII.	
	Lauriaco.	Blaboriciaco.	
XX.	} Loco Felicis.	Elegio.	XIII.
			XXIII.
XXVI.		Ad ponte Ises.	
	Arlape.	Arrelate.	VIII.
		Namare.	VII.
XXII.	} Trigisamo.	Trigisamo.	XVI.
			Piro torto.
	Cetio.	Comagenis.	VIII.
XXIII.		Citium.	VII.
XXIII.	Comagenis.	Citium.	VI.
	Vindobona.	Vindobona.	X.
		Villa Gai.	III.
XXII.	} Aequinoctio.	Aequinoctio.	XIII.
			Carnunto.
		XIII.	
	Mateno.	Ulmo.	XIII.
		Gerulatis.	XIII.
			Οὐλιόβωνα, Λε- γίων ἢ Γερ- μανική (sic).
			Καρνούς.
			Χερτόβαλος?

DANVILL.		ITINERARIUM ANTONINI AV			
Gerulata.	XXX.	Gerulata.	XXX.	Carnunto. leg. XIII. gem.	Gerulata.
		Flexo.		Quadratis.	XXX.
					Flexo.
	XXII.	Quadratis.			Quadratis.
			XXII.	Flexo.	
Arrabona.		Arrabona.		Ad Mures et Ad Statuas.	XXII.
					Arrabona.
	XXX.	Ad Mures et Ad Statuas	XXX.	Arrabona.	Ad Muros et Ad Statuas
Azao.		Bregetione leg. I. adiutr.		Azao.	XXX.
					Bregetio- ne leg. I. ad.
Bregetione.	XVIII.	Azao.		Bregetione.	Azao.

(De sequentibus conferenda est tabula superiori capiti addita.)

Ptolemaei (ll. 12. ed. Wilb.) verba, ad quae in fine paginae 717*. lectorem ablegavimus, sunt haec: „Τὸ Νωρικὸν [nondum in Ripense et Mediterraneum divisum, ut est secundum hanc Notitiam, cuius Raetiae Ptolemaeanam Vindeliciam sub se comprahendunt] περιορίζεται ἀπὸ μὲν δύσεως Αἰνῶ ποταμῶ [Inn], ἀπὸ δὲ ἄρκτων μέρει τοῦ Δαιουβίου τῆ ἀπὸ τοῦ Αἰῶν ποταμοῦ μέχρι τοῦ Κετίου ὄρους [Kahlenberg] . . . ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν αὐτῶ τῆ Κετίῳ ὄρει, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῆ τε ὑπὸ τὸ εἰρημένον ὄρος μέρει τῆς Παννονίας τῆς ἄνω . . . καὶ τῆ ἐντεῖθεν ὑπὲρ τὴν Ἰστρίαν ὄρει, ὃ καλεῖται Κουρουάγκας“. [sed cf. Mannert. III. p. 548.] et cap. 13. „Ἡ Παννονία ἢ ἄνω περιορίζεται ἀπὸ μὲν δύσειος τῆ Κετίῳ ὄρει καὶ ἐκ μέρους τῆ Κουρουάγκα, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῆς τε Ἰστρίας καὶ τῆς Ἰλλυρίδος μέρει κατὰ περὶ ἀλλήλων γραμμῆν τὴν ὑπὸ τοῦ εἰρημένον δυσμικωτάτου πέρατος διὰ τοῦ Ἀλβανῶ ὄρους μέχρι τῶν Βεβίων ὄρων καὶ τοῦ ὄριον τῆς κάτω Παννονίας, . . . ἀπὸ δὲ ἄρκτων τῆ εἰρημένῳ ὄρει τοῦ Νωρικοῦ καὶ τῆ τοῦ Δαιουβίου μέρει τῆ ἀπὸ τοῦ Κετίου ὄρους μέχρι τῆς κατὰ τὸν Νουραβῶνα ποταμῶν [Raab] ἐκτροπῆς, . . . ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῆ κάτω Παννονία τῆ κατὰ τὰ εἰρημένα πέρατα γραμμῆ“. cf. inlit. annot. ad

G V S T I.	TABVLA PEVTINGER.		PTOL. II. 11. i. f.
Muteno.	Ulmo.	Gerulatis.	Χερσόβαλος?
XII.	XXV.	XV.	Σαραβαντία.
Scarabantia.	Scarabantio.	Ad Flexum.	Φλέξον, λεγών ιδ' Γερμαν- ική (sic).
[MUNICIPIVM FLA- XXXIII. VIVM AVG. SCAR- BANT. Orell. 4992]	XXXIII.	XIII.	
Sabaria.	Sabarie.	Stailuco.	Σαουαρία.
XXXVI.	XX.	XII.	
Mogetiana.	Arrabone.	Arrabo fl.	
	XL. III.	XXX.	
	Ad vicesimum.		
	Brigantia.	V.	Βρεγατίον, λε- γών ἁ βοη- θός.
	Lepaunist.		

cap. XXXI. cum Agathemero ad seq. pag. γ. 10. transcripto atque cogita, quod Ptolemaei temporibus Valeria provincia nondum propria provincia facta fuit. vide quae ad p. 10*. γγ. 17. sq. supra p. 142*. sqq. disputavimus.

Cum duarum provinciarum milites castellaque sub uno Duce coniungerentur, primum Pannonici, usque ad γ. 21. paginae 99*. recensentur, deinde Norici a γ. 22. usque ad pag. 100*. γ. 13. itaque duplex equitum, praefectorum, classium tribunorumque innominatarum cohortium auxiliariorum series. cf. ad seq. γ. 22. exposita.

— γ. 8.] CVNENS ϵ^2 . cf. annot. ad p. 91*. γ. 4. — *Flexum*, i. e. Danubii parvi flexio, *καμπή* s. *ἐκτροπή*, ubi *Leytha* fl. ei Danubii brachio miscetur, quod cum maiore fluminis parte insulam *Schütt* format, atque ubi ipse *Leytha* fluvius insulam facit, in qua Hungaricum *Attenburg* (*Magyar Ovár*, Slavonice *Stare Hradý*), ad comitatum et quidem, ut vocant, processum Mosoniensem s. Wieselburgensem pertinens, prope hunc vicum hodie conditum est. cf. Marsil. I. tab. IV., Büsching. II. p. 428., Hassel. p. 508. Simlerus perperam annotavit ad It. Ant. „Flexo, Posonium, *Bressburg*“. Cluver. Vindel. et Noric. cap. 5. „Ad *Flexum*, intellige Danubii, est *Owar*. cui nomen

aedificiorum⁴ et r. neque sese decipi Wesselingius ad It. Ant. p. 246. pati debebat eximii comitis hac annotatione: „Castrum vel oppidum fuisse, olim Arrabona dictum, videri possit; propterea quod huius nominis loci mentio fit apud Ptol. atque alios in ripa Danubii post Arrabonem fluvium“.

PAG. 99*. γ. 1.] *Promoti*. vide ad Not. Or. p. 185. sq. not. 6. — *Arabone* €, ut *Arrabone* superiore γ., ad quem cf. annot.

— γ. 2.] *Pancirolos*: „Sagittarii [cf. ad p. 95*. γ. 19.] Quadriburgio praeerant, ubi etiam Dux Valeriae cohortem habebat“. quod nemo crediderit. loci situm ignoramus: (cf. annot. ad p. 96*. γ. 29.) nam a Quadrato, de quo seq. γ. 8. habet, diversum fuisse haec ipsa utriusque loci memoratio argumento esse videtur.

— γ. 3.] *alta nova* a^{11,15}. Recte *Pancirolos*: „Eqq. Dalm. Alam Novam incolebant; nomen oppidi in Not. et in Itin., non autem intelligendum est, hos equites Alam novam fuisse, quia huius nomen oppidum hic repraesentatur“. sed ipsum a Nova equitum ala nomen acceperat. De situ It. Ant. l. c. nos docet, in medio fuisse inter Vindobonam Carnuntumque XXVIII M. P. inter se distantes. utrum autem *Aequinoctio* contigua fuerit, ut Reichardus, Lapiusque volunt, qui utriusque loci hodiernum nomen *Fischament* exhibent, et Mannertus etiam qui p. 656. *Alam Novam* in muris Romanis dirutis infra *Fischament*, *Aequinoctium* autem prope *Fischament* quaeri vult, cum tamen Ala Nova supra Aequinoctium, occidentem versus, quaerenda esse videatur, an cum Cluverio l. c. p. 22. *Alam Novam* Itinerarii ac *Villam Gai* (uillagai) Tabulae Peut. idem castellum fuisse statuendum sit, iam certo definiri nequit. ceterum plus quam III M. P. Alam Novam infra Vindobonam propter It. Ant. quaesierim. Simlerus in *Ebersdorf* prope *Mannswerth* eam reperiri annotavit, cumque secutus est Lambecius l. c.; Hormayr. „*Mannswerth? Ebersdorf?*“ Krusius „*Elend*“, inter quem vicum et *Fischament* rudera, a Marsilio II. p. 2. tab. I. fig. I. cf. I. tab. III. sect. I. descripta, exstant, quae ex Ala Nova superesse Wesselingio Mannertoque visum est.

Mucharius „prope *Mannswerth*“ i. e. viculum in exeuntis in Danubium rivi *Schwöcha* (ubi stetisse Villam Gai Tabulae Peut. non bene Hormayr. p. 92. opinatus est), supra *Fischament* (cf. Marsil. I. tab. III.). ipse quoque Alam Novam ad ostia *Schwöchae*, Aequinoctium ad ostia *Fischae* et in iis rudibus, de quibus modo dictum est, quaesierim (Hormayr. l. c. „*Fischament, wo schon im frühen Mittelalter, in Salzburger und Passauer Urkunden, uralter, mächtiger Ruinen Erwähnung geschieht*“). Itaque diversae non multum inter se differunt opiniones.

— §. 4.] *equinoctie* \mathfrak{C} , *aequinociae* aade¹...¹. *Aequinoctium* sec. Tab. Peut., quacum convenit It. Ant. l. c., XIII M. P. infra Vindobonam totidemque supra Carnuntum fuit, quod in hod. vicum *Fischament* (i. e. *Fischae* ostia), ut superiore nota diximus, incidit; et iam Simlerus recte annotavit „*Vischmund*“. *Vischmundi* in diplomate de condendo monasterio in monte Kotwigensi (*Göttweich*) a. 1083. dato (ap. Hormayr. *Wien et c. Urkundenb.* p. XI.) legitur.

— §. 5.] Haec *Ad Herculem* castra cum iis quae idem nomen gerentia superioribus capitibus memorantur, eadem fuisse vult Pancirolus, ut tres Duces, Pannoniae utriusque ac Valeriae, ad suorum limitum fines castra iuncta habuissent „non longe ab hoc oppido, et ideo semper scriptum est *Ad Herculem*, i. e. prope Herculem eos castrametatos fuisse“. quae somnia narret aliis, non nobis. cf. quae ad p. 95*. §§. 13. et 28. annotavimus. Hodieque inter celebratissimum lacum Peisonem s. Pelsonem (*Neusiedler-See*) sive inter oppidum *Neusiedl* s. *Nezider* Mosoniensis comitatus atque vicum *Petronel* ad Danubium veterum munimentorum vallorumve reliquias multas superesse constat, in quibus etiam haec de quibus agitur castra quaerenda esse contenderim.

— §. 6.] *Gerolate* \mathfrak{CDE} . *Gerulata* It. Ant., *Gerulatis* (abl. plur.) Tab. Peut. secundum utrumque in medio inter Flexum (*Ovar*) et Carnuntum (prope *S. Petronellae*), ut in Mosoniensis comitatus oppido *Karlbura* s. *Kerlbura*, *Oroszvar* (Marsil.

I. tab. IV., Büsching. p. 428., Hassel. p. 509., Csaplovics. l. c. p. 219. sq.) quaerenda esse omnes fere consentiant, Lazius, Cluverius, Cellarius, Bruz. la Mart., Wesselingius, Lambec. l. c., D'Anvillius (p. 429. *Mém. de l'acad. des inscr.* tom. XXVIII. Paris. 1761. 4o.), Mannertus, Reichardus, Mucharius, Lapius. nam Simleri annotatio „*Heimburg, Wolfstal*“ improbanda est. Hormayrius nomini *Carlbürg* adiecit *Fährendorf*, qui locus inter *Oroszvar* et *Neusiedl* conditus est: nescio an nulla vetustatis monumenta ibi reperta sint. *Χερσόβαλος* Ptolemaei II. 13 (15). mihi quoque cum Gerulatis idem oppidum fuisse videtur. Gerulatae (ut plerique fere omnes ita singulari nomine uti solent) Itinerarium legionem XIII. geminam adscribere Pancirolus parum recte ipse interpretans annotavit; Carnunto eandem adscripsit, ubi partem eiusdem etiam haec Notitia habet.

— γ. 7.] cf. annotationem ad γ. 1. et ad p. 98*. γ. 8.

— γ. 8.] *Quadrata* It. Ant. p. 247. cum *Stailuco* [an *Gai lucus?* sive *Gai lacus?* ut *Villa Gai*] Tab. Peut. IV. C in eundem locum incidere demonstrat diagramma ad superiores γγ. 9. sq. propositum, et viderunt etiam Cluver. l. c. p. 20. et Mannertus III. p. 659.; sed ille quidem nimium versus caurum in hod. Mosonio s. *Wieselburg* quaesivit et post Lambec. l. c. Hormayrius etiam p. 91. prope *Wieselburg* fuisse coniecit; rectius Mannertus ac Krusius in hod. mutatione *Hochstrass* prope S. Nicolai vicum (*Szent Miklos*) comitatus Oedenburgensis s. Soproniensis (cf. Hassel. p. 507.), ubi *Stailucum* etiam Reichardus („prope *Föttevény* [*Eöttevény*], *Hochstrass*, et *Birkenschatz*“) et Lapius („*S. Miklos*“) quaerunt. Lazius XII. 3, 6. „ubi Pruga Austriae [*Bruck an der Leytha?*] sita est“. cf. Csaplovics. l. c. p. 234. Mucharius *Norik*. I. p. 264. perperam de Quadratis et *Stailuco* It. Ant. habere sic rettulit: „*Flexo. Ungarischallenburg*. Quadratis in medio. *Mayerhof der Grafen Zitsi*. *Stailuco*. Weiter unten noch um 1/2 deutsche Meile. *Arrabona*. *Raab*“.

— γ. 9.] gentium *Marcomanorum* aa. Nominis *Gentis*,

quod pari sensu infra p. 103*. γ. 3. positum est, veram significationem neminem adhuc auguratum esse puto: de populo Marcomannorum, de quo vide ad p. 25*. γ. 17. supra p. 235*. sq. annotata, hic non dici in aprico est; nam quis ferret *Tribunum* populi Marcomannorum, tum proprios reges reginasve habentis? neque de Auxiliis Palatinis p. 25*. numm. 40. 41. (cf. p. 31*. γ. 26., p. 34*. γ. 13. et p. 39*. γ. 26.) recensitis eorumve Tribuno h. l. dictum esse putem, sed de *Gentilibus* Marcomannis, quales *Suevi Sarmataeque Gentiles* infra cap. XL. multotiens memorantur, quos genus coloniorum sive agricolarum militum, Laetorum quasi speciem, Buccellariis quoque Visigothorum comparandam, deterioris quam ordinarios Auxiliares conditionis fuisse infra demonstrabimus. Ita iam olim iuncti fuerunt Marcomanni Suevique, ut satis Strab. VII. p. 445. et Tacit. German. 42. 43. Annal. II. 45. 62. ostendunt; (cf. Grimm. *Gesch. d. deutsch. Sprache* p. 709. sqq.) ita porro Ammian. XXII. 5, 5. Iulianum imp. exclamantem inducit „O Marcomanni, o Quadi, o Sarmatae, tandem alios vobis inertiores inveni!“ (ab inertia vero ipsum Laetorum nomen deductum legemus ad cap. XL.) idem XXIX. 6, 1. ad a. 371. in iis locis, ubi secundum hanc Notit. p. 121*. praefectos Gentilium moratos esse videmus, in Italia superiore, Quados Marcomannosque sacvisse, eosdemque arctos gentes circa flumen Histrum vagantes a. 376. rumores terribiles diffudisse enarrat XXXI. 4, 2. et Zosimus etiam I. 29. sub Valeriano imp. Scythas (Sarmatas) cum Marcomannis in Romanos fines irrumpentes ibique praedantes descripsit (Σκυθῶν δὲ ἐξ ἡθῶν ἀναστάντων καὶ Μαρκομαννῶν πρὸς τοῦτοις ἐξ ἐφόδου τὰ πρόσκινα τῆ Ῥωμαίων ἀρχῆ χωρὶα λεηλατούντων, εἰς ἔσχατον μὲν ἡ Θεσσαλονίκη περιέστη κινδύνου κ. τ. λ.); ita postea qui victi Romanis se dederant, in numerum Gentilium referebantur. ita de Diocletiani temporibus Aur. Vict. de Cuess. c. 39. enarrat: „et interea caesi Marcomanni Carporumque natio translata omnis in nostrum solum, cuius fere pars iam tum ab Aureliano erat“. Pancirolus nihil de potestate vocabuli *gentis* subolens haec

annotavit: „Tribunus gentis Marcomannorum, quos nunc Moravios vocant, sub eodem Duce merebat: sed deest nomen loci ubi residebat; unde aliquid desiderari oportet. Hic Tribunus etiam ab aliis est seiunctus. Sequuntur enim Praefecti legionum et classium, quibus alii Tribuni et equites intermiscerentur, prout in limitibus, ut puto, reperiebantur dispositi“. Nomen loci excidisse mihi quoque persuasum est; nam infra p. 103*. γγ. 3. sq. et p. 121*, ubi singuli Gentilium Tribuni Praefectique sederent, accurate significatur. et putem nomen *Vindomanæ* hoc quoque loco reponendum esse. quod quasi re vera illud nomen hoc loco legeretur, etiam Hormayrium (*Wien. I. 3. p. 9.*) multa sine fide illum iactantem statuisse video.

— γγ. 10. sq.] Etiam Ptol. et It. Ant. II. citt. Vindobonae Legionem X. geminam adscribunt: nam apud illum pro *Γερμανική* legendum esse *Γεμινή* nullum dubium habet, et iam Pancirolus vidit; pariter lapides in quibus LEG. X. GERM. legi Lazius rettulit, re vera LEG. X. G. SIVE LEG. X. GEM. habent, ut et Wesseling. ad It. Ant. p. 248. annotavit. cf. etiam Orell. 2008. 4964., Dio Cass. LV. 23. „οἱ δεκάτεροι, οἳ τε ἐν τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω, οἱ δίδυμοι, καὶ οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ“. Brevem eius historiam harum rerum, ut aliarum multarum, peritissimus Borghesius (*sulle iscr. Romm. del Reno. Rom. 1839. 8°. p. 28. sq.*) ita dedit: „*La X. Gemina già usava questa denominazione ai tempi di Tiberio (Grut. 491, 10. Donati 297, 8). Militò questa sotto Augusto nella lunga guerra Cantabrica, per cui i suoi veterani furono premiati nella fondazione delle colonie Emerita, Patrisia e Cesaraugusta, come provano le loro medaglie. La Muratoriana 785, 7. di Q. Atatino Modesto TR. MIL. LEG. X. GEMINAF. IN. HISPANIA per non parlare di altre, ci mostra ch'ella rimase in quella provincia; ed anche alla morte di Galba vi continuata la sua residenza (Tac. Hist. II. 58.), essendosi fatta partire di là insieme colla sesta Vittrice, perchè occorresse a reprimere la più volte citata sommossa di Civile e di Classico (IV. 68. 76). Concorda adunque che nelle*

vicinanze della sua nuova collocazione siasi trovata una memoria posita de alcuni suoi soldati all' imperatore Vespasiano (Orell. 2008). Una buona mano di lapide presso lo Steiner ci assicura, che si fermò nella Germania inferiore, ma ai tempi di Antonino Pio era passata nella Pannonia superiore, perche Tolomeo II. 15., a cui consente l'itinerario Ant. ne pone la stanza a Vindobona. La Gruter. 22, 7. dimostra che vi era certamente ai giorni di Severo, per cui non potendosi dubitare che sia stata una delle legioni, che concorsero all' elevazione di quell' imperatore, e che sono ricordate sulle medaglie di lui, fa meraviglia come non siasi peranche veduta la sua. Ai giorni di Dione persisteva nella stessa dimora, anzi se ne ha ivi memoria nello anno 1002. (Gruter. 74, 6), ed anche più oltre (Orell. 3100). Questa pure era stata divisa, quando fù scritta la Notizia, trovandosi ch'ella era soggetta al Magister militum per Orientem [cf. Not. Or. p. 27. C. 4.], mentre due suoi prefetti obbedivano in Occidente al Duca della Pannonia prima, stanziando a Vienna e ad Arrabona. Leggendosi in una pietra di Monterberg (Orell. 2090.) che Flavio Severo VET. LEG. X. G. P. F. V. V. TEMPLVM. CVM. ARBORIBVS. CONSTITVIT, si è creduto di poterle aggiungere i titoli di Valente Vittrice: ma piuttosto che ammettere una tale novità, che non ha altro appoggio, io interpreto quelle due sigle Vt Voverat, come nella Gruteriana 35, 1^a. Cf. etiam Laz. l. c., Lambecc. l. c. p. 83. sqq. et Hormayr. Wien. p. 99. sqq. — *Vindomarae* ΑΒΩαα, *Vindomare* C. Corruptam hanc quoque *Vindomanae* scripturam increpat Lambeccius l. c. p. 89., cui praeter *Vindobonae* nomen nullum probatur; *Vindomona* in „Notitiae nonnullis codicibus mss. legi“ testatus est atque hanc annotationem adiecit: „sic in vetustissimo codice Caesareo MSto [i. e. nostro C] semel quidem corrupte *Vindomona*, reliquis autem omnibus locis recte *Vindobona* legitur“. Cui non celebrata olim, nunc deplorata haec civitas, quae semetipsam amabat unicam esse iactare? Apud Ptol. l. c. variant codices: Οὐλιόβονα, Οὐιλίόβωνα, Ἰουλιόβονα, Ἰουλιόβωνα. Aga-

themerus de geogr. II. 4. (Hudson. geogr. min. II. p. 38.) „Ὁὐ πρό πολλοῦ δὲ τῶν τοῦ Ῥήγου πηγῶν τὰς ἀρχὰς ἔχων ὁ Ἰατρος, ὃν μέχρις Οὐνδοβούνης πόλεως Δαιούβιον καλοῦσιν, ὀρίζει τὴν Γερμανίαν πρὸς τὰ ὑποκείμενα ἔθνη, Ῥαιτίαν καὶ Οὐνδελικίαν καὶ Νωρικόν, ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις καὶ τὴν Ἰταλίαν κείμενα· ἐκτὸς δὲ τῶν Ἄλπεων τὰς δύο Παννονίας, ἐφ' αἷς ἐστὶ μετὰ τὰ ἀνατολικά ἢ Δαλματία καλεῖται“. De It. Ant. et Tab. Peut. vide tabulam p. 718*. sq. exhibitam. *Vendobonae* M. Aurelium Antoninum imp. decessisse refert S. Aur. Vict. de Caess. 16. et Epit. c. 16.; sed non Eutropii, apud quem *Vindobonae* nomen non legitur, ut Lambecius p. 94. sq. et ex hoc Hormayr. l. c. p. 89. cf. p. 127. not. 15. asfirmarunt, sed ex Historiae miscellae lib. X. c. 17. (in Murat. Rer. Italicar. Scrr. I. p. 64.) desumpta sunt haec verba „cum fortunatam rem p. virtute et mansuetudine reddidisset, obiit in Campania [ita Murat. dedit pro *Pannonia*] apud oppidum *Vendobonam*“ et c. quocum consentit Nicephor. Callist. eccl. hist. III. 31. cf. Lambec. l. c. Denique Iornand. de reb. Get. c. 50. (ap. Murator. l. c. p. 217.) „Ornata“ inquit „patria [i. e. provincia, regio, Pannonia] civitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema *Vindomina*“. hanc quoque scripturam reicit Lambecius, cui sua *Vindobona* unice placet. Wesselingio assentior qui ad It. Ant. p. 233. „iam“ scripsit „quod verius nobilissimae urbis cognomen sit, magnum certamen apud eruditos est. Leunclavio Pand. Turcic. c. 224. *Vindoniana* ubique videtur appellanda; verum contra eum non iniuria venit Cluverius, et post Cluverium Lambecius, qui tamen *Vindobonam* omnibus scriptoribus, qui urbis meminere, inculcans, nimius videri poterit: *Vindomanam* non improbaverim, tot testibus firmatam, arbitratus, quae et Cluveri sententia, in vocis sono fuisse variatum“. Utraque scriptura per *i* et per *e* iusta est, ut Veneti modo *Wendi*, modo *Windi* vocantur (cf. Zeuss. p. 67. sq.); neque nomen *bona* aliud esse videtur quam Romanis auribus commodius vocabulum, quod idem atque barbarum *mana* significat. Ne vero praetermississe videar Plinii H. N.

III. 24. sect. 27. *Vianiominam* Noricam, errare eos exprimo, qui eam Vindobonam esse opinantur. cf. annot. ad p. 102*. ꝑ. 9. Cippum illum „apud nos Viennae (Lazii verba sunt, de re p. R. XII. 3, 7.), quam veteris Vindobonae rudera habere proprio seorsim opere [Rer. Viennensium libris] ostendimus, erutum [a. 1544. sec. Lambec. II. p. 97.]⁶, in quo de VINDO sive de MVN. VINDO habetur, fateor mihi magnopere suspectum esse: deperditum esse dicunt, nemo rei epigraphicae gnarus eum vidit descriptivae; sexcenties repetitus semper aliam formam aliaque verba habet, ut vel ex comparatione utriusque Laziani operis, Lambecio II. p. 69. sq. 97. sq., Gruter. 4, 11, Hormayr. p. 94. videmus. NOVIMUS MVNICIPIUM VINDENATIVM ex Gruter. 411, 3. et ex Plin. H. N. III. 14. sect. 19. VINDINATES Umbriae; novimus Vindonissam (Tac. Hist. IV. 61. 70., It. Ant., Tab. Peut. et c.) ac VICANOS VINDONISSENSIS Helvetiae (Orell. inscr. Helvet. n. 240. sq.) aliaque a Vindis deducta nomina multa, sed dubitamus vehementer de Romanorum MVNICIPIO VINDOBONA sive VINDOBONENSI. verum et si non subditicia est ista Laziana inscriptio, atque si re vera de Vindobona interpretanda est, certe genuina non sunt edita exemplaria omnia. vellem aliquis Vindobonensis hanc quaestionem tractaret, cui non desit necessaria doctrina. Alium lapidem „ante hos fere LXXX annos in *Lanzenstein*⁶ fuisse Hormayrius (*Wien*. 1823. I. 1. p. 94. sqq.) rettulit, ita inscriptum FABIANA. COHORS. | VINDOBON. - | MVN. - - |; iisdem litteris inscriptos latericios lapides possidisse Lazium Hieronymumque Beck Leopoldsdorfensem atque hunc quidem miliariam quoque columnam prope Vindobonam effossam et a Leunclavio (Pandect. hist. Turcic.) editam, ita inscriptam servavisse: --- IMP. CAES. | P. LICINIO. CORNEL. | VALERIANO. NOBILISS. | CAES. PRINCIPI | IVVENTVTIS --- VIAS. | ET. PONTES. VETVSTA --- | CONLAPSA. - RESTIT. | A. VINDOB. M. P. II.; nuperque Vindobonae laterculum effossum esse, ANT. TIBER. VINDOB. exhibentem. Fateor his Hormayrianis narrationibus vix maiorem quam eiusdem viri de rebus Romanis commentationibus eiusque conatui Vindobonae nomen Fabianorum s.

Favianorum s. Fabianae vindicandi ab aliis multis frustra temptato fidem habendam esse videri, atque usque dum meliora docear, Vindobonam eo tempore, de quo nobis agendum est, municipium fuisse non addubitare aut certe pro re nondum satis idoneis testimoniis probata non declarare nequeo. sed ne fines suos nimium haec annotatio excedat, refero lectorem ad citt. libros, quibus addi possunt Fischeri Notitia urb. Vindob. potiss. veteris Vind. 1767. et Prandau *Gesch. v. Wien*, item Cluver. Vind. ac Noric. cap. V. p. 22., Bruz. la Mart. h. v., Interpp. ad It. Ant. l. c., Cellar. I. p. 440. §. 9., Mannert. III. p. 655. sq., Wersbe p. 281. §. 12., Muchar. *Norikum* I. p. 166. sq., Georgii II. p. 247. sq.

— ¶. 12...14.] *gemine C.* Hanc legionem etiam It. Ant. p. 247. lapidesque Carnunto adscribunt, ut iam Dio Cass. LV. 23. „τὸ τέταρτον καὶ δέκατον, τὸ ἐν Παννονίᾳ τῇ ἄνω, τὸ δίδυμον“. Ptol. II. 13 (15). *Flexo* eandem adscripsit: nam hoc quoque loco pro *Γεομανική* legendum esse *Γεμινή* satis constat. cf. Interpp. ad It. Ant. l. c. Etiam in *Hernals* prope Vindobonam lateres eandem legionem memorantes inventi sunt, quibus hae litterae „LEG. XIII. G., etiam GA. (Galbiana?) et MV. (Muciani?)“ impressae fuerunt secundum perperam explicationem Hormayr. I. 1. p. 103. sed audiamus totius antiquitatis et imprimis rei militaris Rom. doctissimum Borghesium (*iscr. del Reno* p. 35. sq.) ita disserentem: *Ommettendo ciò che concerne la legione XIV. Gemina Marzia Vittrice nei tempi anteriori alla morte di Ottaviano, basta al nostro scopo di notare che fu in appresso due volte in queste regioni [i. e. in regionibus Rhenanis]. Ella era già sul Reno superiore al principio dell'impero di Tiberio (Tac. Ann. I. c. 37. e 70.), e già denominandosi Gemina (Grut. 457, 4; Orelli 693). Fu trasportata in Inghilterra per la guerra di Claudio, restandoci di presidio con trè compagne (Giuseppe Bell. Iud. II. 16.), e vi si coperse di gloria sotto Suetonio Paulino guadagnandovi una segnalata vittoria (Tac. Ann. lib. XIV. 31. e 37.), dalla quale si tiene che le tenisse il nome di Vincitrice. Andò superba della pre-*

ferenza che le diede Nerone sopra le sue conprovinciali, designandola all'impresa che meditava alle porte Caspie (Tac. Hist. II. 11.), ed era già pervenuta in Italia (I. 6. e 9.) quando successe Galba, che la mandò nella Dalmazia (II. 32). Di là venne, ma indarno, in aiuto di Ottone (43. e 54.), e Vitellio che temette la sua ferocia, la rispedì nella Brettagna (66). Non potè dunque meschiarsi nella seconda guerra (III. 13.), ma invece fu poco dopo chiamata in Germania, perchè ajutasse ad estinguere l'incendio suscitato da Civile (IV. 68. e 76. V. 16.), nella quale occasione tornò ad abitare la provincia superiore (c. 19). Molte lapide vengono riferite dallo Steiner, le quali si confanno a questa duplice venuta, imperocchè quelle in cui si denomina Vittrice apparterranno alla seconda, mentre una gran parte dell' altre, in cui tace questo titolo, ed alcune specialmente in cui i suoi soldati secondo l'antico costume son privi del cognome, si potranno comodamente riferire alla prima. Nel n. 403, in cui si ricorda la LEG. IIII. M. G. V. per negligenza o del quadratario o del descrittore o dello stampatore sarà stata ommessa la decima. Ai tempi del geografo Tolomeo (II. 17. [13 (15).]) questa legione era passata nella Pannonia superiore, nella quale la colloca pure Dione [l. c.], onde sarà stato in questi luoghi che il suo legato L. Urinazio Quinziano conseguì i doni militari dall' imperator Commodo (Grut. 1029, 1; Maffei Mus. Ver. p. 113, 11.). La prima iscrizione di certa data che me la mostri nella sua nuova dimora è la seguente di Carnunto dell' anno 948, non so se stampata, e comunicatami dal mio amico cav. Labus:

L. O. M. | PRO. SAL. IMP | SERVILIVS. EMC|RITVS. MIL. LEG | XIII.
G. VICO. GAL|LORVM. D. D. A|RAM. SCAP. TERTUL|LO. TINEIO. CLEM.
COS. | L'Orelli (n. 2103.) ne ha un' altra della stessa provenienza, ma dell' anno 964, e il Fabretti riferisce l'elogio di Tauro Volusiano console ordinario nel 1014., che si professa di essere stato tribuno LEG. XIII. GEM. PROV. PANNONIAE. SVPER. (p. 357, n. 69. [Gruter. 1028, 2.]). Dopo la divisione delle legioni fatta da Valentiniano e Valente, una parte seguì a

stare a Carnunto e ad Arrabona, obbedendo al duca della Pannonia prima, l'altra divenne una delle comitatensi sotto il magister militum per Thracias^a. [cf. Not. Or. p. 31. C 6.] — *Liburnariorum* nominis explicationes tres obtulit Pancirolus, primum duas falsas, quibus iustam quasi corollarii loco addidit: „Pars“ inquit „huius legionis [XIII. geminae] et aliquot sequentis X. cohortes ex liburnariis militibus constabant, unam titulo Praefecti legionis XIII. hic Praefectus regebat: Ipsa vero quod esset ex Liburnia contracta, Liburnaria est nominata; aut a Liburna, civitate Italiae, ubi primum Liburnas inventas et a loco nominatas fuisse Zosimus V. [cap. 20.] scribit; vel forte quod in liburnis triremibus pugnare consuevisent. Cum enim Augustus liburnarum praecipue auxilio M. Antonium superasset, ad earum similitudinem plures triremes fabricavit. Liburnas D. Hieronymus in II. Daniel. et Vegetius IV. 35. [III. 3.] naves longas vocant: quarum forma in libro de rebus bellicis huic Notitiae adiecto ostenditur, quam tamen ab antiquis diversam esse puto“. Recte quidem, ut comprobatur Appian. de bell. civ. II. c. 39., Vegetius l. c. Liburnae originem e supero mari et vocabulum sic deducit: „Liburnia Dalmatiae pars est, Iaderlinae subiacens civitati, cuius exemplo nunc naves bellicae fabricantur et appellantur Liburnae“; nec Isidor. Etym. XIX. 1, 12. „Liburnae dictae a Libyis, naves enim negotiatorum sunt“, sed „a Liburnis aut a Liburnis“ scripsit; itaque falsa est a Pancirola comprobata, quamvis eam Italus scriptor vel propter hodiernae civitatis *Livorno* recentius nomen non recipere debebat, Zosimiana haec explicatio: „πλοῖα γὰρ ἦν αὐτῶ [Φραουίτῳ] πρὸς ναυμαχίαν ἀρκοῦντα, Λίβερνα ταῦτα καλούμενα, ἀπὸ τινος πόλεως ἐν Ἰταλίᾳ κειμένης ὀνομασθέντα, καθ' ἣν ἐξ ἀρχῆς τούτων τῶν πλοίων τὸ εἶδος ἐναυπηγήθη. δοκοῦσι δὲ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖσθαι πεντηκοντόρων οὐχ' ἦττον [cf. Sil. Ital. XIII. γ. 240. et de deceribus liburnicis Caligulae in eius vit. Suet. c. 17.], κατὰ πολὺ τῶν τριηρικῶν ἐλαττούμενα, πλείστοις ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλεπούσης δημιουργίας, εἰ καὶ Πολύβιος ὁ συγ-

γραφεὺς ἐκτίθεσθαι πως ἔδοξε τῶν ἑλληνικῶν πλοίων τὰ μέτρα, οἷς φαίνονται πολλάκις Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς ἀλλήλους“. cf. etiam interpp. ad Horat. Epod. I. 1., Lucan. III. 534., Suet. Aug. 17., Plin. X. 23. sect. 32., Tac. Germ. 9. et impr. Stewech. ad Veget. V. 2. sq. Liburnas ad solum militare usum sub imperatoribus destinatas fuisse contra Isidorum putaverim; unde nec mirum est, per totos Th. C. de Naviculariis et de Praediis Naviculariorum ac seqq. titulos (XIII. 5. sqq.) vocabula *Liburna* et *Liburnarii* non occurrere. Novas ineptias in his Liburnariis militibus explicandis Pancirolianis explicandi modi additas ex *Muchariorum* (*Norik*. I. p. 53. not. a) cognovi *, quas refutare post ea quae de Musculis, Naucleariis ac Barcariis militibus, de militibus navibus amnicis deputatis, de Praefecturis Classium ac Riparum passim annotavimus, neque opus neque operae pretium est: insanus is patriae regionis amor est, qui non veritatis, sed mendacii amorem gignit. — *cohors* (pro *cohortis*) ¹...⁴. Numerum cohortis excidisse, non totam legionem liburnariorum fuisse vel ex p. 100*. §§. 4. sqq. probari videtur. — *superiorum* aa. cf. ad p. 92*. §§. 1...3. — *Carnuto* aa. De Carnunto ad p. 43*. §. 15.,

*) Ne duriora verba scripsisse videar, accipe locum Mucharianum: „Ueber die wahre Bedeutung dieses Beynamens: Milites Liburnarii, wird viel gestritten. Einige leiten Liburnarius [sic] von Liburna einer Stadt in Italien ab; Andere von der Provinz Liburnia in Istrien; wieder Andere von den sehr schnell segelnden liburnischen Schiffen. Vaterländische Geschichtschreiber erkennen in dem Beynamen Liburnarii gerade einen Landstrich des alten Mittelnorikums: nämlich das oberkärnthische Drauthal. Diese Gegend trug noch im Mittelalter den Namen Liburnia, Lurna, Tiburnia, welcher wahrscheinlich von der dasselbst gelegenen uralten Cellen- und Römerstadt Teurnia, Tiburnia hergenommen, und auf das ganze westliche Drauthal im heutigen Oberkärnthern ist ausgedehnt worden. Dieser Ableitung zufolge wären unter den Militibus Liburnariis einheimische, im Mittelnorikum ausgehobene römische Legionssoldaten, Abkömmlinge der uralten Ambidraver zu verstehen“. ?? Sic non historiae, ne fabulae quidem, sed nugae scribuntur.

p. 311*. sq. dictum est. Katancsich. quoque (Comm. in Plinii Pannon. p. 39.) „ruinae urbis“ inquit „Petronellam inter et Altenburgum visuntur, secus viam militarem, ex adverso arcus triumphalis, in campo, meridien versus conspicui, X M. P. a *Vischa* s. *Fischa* amne in exortum. Vox Pannonica locum finitimum designat, qualem Velleius dixit, Norico, Plinius Germaniae, ex adversa Danubii parte, conterminum“. Ruinas civitatis adhuc ab accolis *magnae urbis Troiae* nomine designari refert Hormayr. *Wien*. I. 1. p. 26. qui, ut Lazius ac Lambecius, multa de Carnunto promiscue protulit. — Carnuntum Azaliorum urbem, ut Boiodurum (p. 100*. ꝥ. 11.) Boiorum fuisse crediderim, ad quas insigne Picentinum marmor, Firmi repertum, ap. Gruter. 490, 2. referendum est: L. VOLCATIO. Q. F. VEL. PRIMO | PRAEF. COH: I. NORICOR | IN. PANN. PRAEF. RIPAE | DANVVI. ET. CIVITATIVM | DVARVM. BOIOR. ET. AZALIOR | TRIB. MILIT. LEG. V | MACEDONICAE. IN | MOESIA. PRAEF. ALAE. I | PANNONIOR. IN. AFRICA | II. VIRO. QVINQ | FLAMINI. DIVOR. OMNIVM. P. C | EX. TESTAMENTO. EIVS | POSITA | M. ACCIO. SENECA | :: :: MANLIO. PLANTA | II. VIR. QVINQ

— ꝥꝥ. 15...17.] *quarte decimae* e². — *geminatae* omnes, pro *geminae*, ex mendo unius codicis nunc exstantium parentis. — *mil*: A. — *liburnar*: AB, *Liburnarum* aa. — *arrabone* C. De legionibus X. et XIII. proxime superioribus notis et de Arrabona ad p. 98*. ꝥꝥ. 9. sq. dictum est. Pancirolus: „Superior Praefectus cohortem tantum Liburnariorum legionis XIII. regebat; hic reliquos eiusdem legionis Liburnarios, et alios legionis X. item Liburnarios dictos . . .“

— ꝥꝥ. 18. sq.] De classe Histrica cf. ad p. 92*. ꝥꝥ. 14. sq. — *Arrunto* AB, *Arũto* C, *arrunto* D, *Arunto* aa. cf. ad ꝥ. 14. — *sive*: „cum enim prius Carnunti stationem haberet, postea Vindomanae resedit“ Pancirol. Cf. supra not. ad p. 91*. ꝥ. 24. Immerito ex eius modi translatione Carnuntum dilabi, Vindobonam caput extollere coepisse Hormayrius aliique probari posse putaverunt. — *Vindomanae* h. l. omnes. cf. ad ꝥꝥ. 10. sq. — *Carnuto* aa; ceteri h. l. *Carnunto* omnes habent. —

translatae A; *retri translata*. cf. p. 48*. ꝥ. 20., p. 49*. ꝥꝥ. 14. sq., p. 53*. ꝥꝥ. 28. sq.

— ꝥ. 20.] *Cohortis*. cf. not. ad p. 96*. ꝥ. 97. — *Arianis* C. Pancirolus „locum Pannoniae superioris ab Arrianis haereticis nomen derivantem“ esse nugatur. neque ferri potest Suritae ad voc. *Antianis* It. Ant. p. 232. suspicio, ita h. quoque l. legendum esse, quamvis facillime *ātiais* et *āriais* permutari potuerint: nam *Antiana* Pannoniae Secundae adscribenda esse extra dubium est. cf. tabulas ad capp. XXXI. et XXXII. supra (p. 662*. sq. 694*. sq.) propositas. Lazius (Comm. rei p. Rom. XII. 7, 4.) „Arriana castra fuisse, ubi est hodie *Altenhofen*, infra Anisum [*Enns*]“ scripsit, sed in eundem locum etiam castellum sequenti versu memoratum collocat; Ortelium Bruzenius la Mart. v. *Arrianae*, *arum*, scribere *Arianum* (genitiv. *Ariani*) refert, ipse locum et Pannoniae Primae et Norico Ripensi attribuens, sub v. *Altenhoven* autem haec habet: „*Baudrand* (edit. 1682. in v. *Caratae*) hält dafür, es [*Altenhofen*] sey die alte Wohnung derer Caraten, eines Volckes von denen Noricis Ripensibus... *Corneille* übersetzt *Altenhofen* durch *Curia vetus*, und durch *Arianum*“. Quibus coniecturis, ut videtur, nullam quidem fidem fecerim; ipse ex caussa ad ꝥꝥ. sqq. exposita locum Pannoniae superiori adscripserim. Apud *Hormayr*. I. 2. p. 136. legitur: „*Arriana* castra möchten wir setzen zu der uralten und berühmten *Donaufurth* von *Mautern*, schon unter den *Carlovingen* eine Stadt... Von dort beginnt das *Wachauer Thal*“ et c. *Mautern*, oppidum ad Danubium (cf. *Hassel*. p. 186.) Norici Ripensis est.

— ꝥ. 21.] *Caratensis* omnes. Nomen cuiusdam loci, sed fortasse corruptum: neque improbabile mihi videretur, hoc nomen (ut facillime in codicibus recentiorum temporum c et t permutantur) cum *Tarnantone* Tab. Peut. III. C idem significare, ut hoc nomen *Carantone* scribendum esset ac sumeremus *Notitiam Carantonis* (*caratois*, pro *carātēsis*) olim habuisse. *Tarnantone* Tabula XIII M. P. (non XIII, ut *Mannertus* III. p. 635. dedit) ab *Ioava* (*Salzburg*) *Ovilia* (*Wels*) versus

posuit, ut cum Mannerto l. c. in hodierno *Neumarkt* sive prope hunc vicum (Hassel. p. 217.) locus quaerendus sit, cui sententiae etiam Hormayrius, Muchar* et Lapieus favent. Verum cogitandum etiam est id quod ad seq. γ, dicendum erit, quod efficeret, ut nomina *Arrianis* et *Caratensis* Pannoniae Primae, non Norico Ripensi adscribere deberemus. De coniecturis Lazii et eorum quos memorat Bruz. la Mart. paullo ante dictum est, qui v. *Caratae*, postquam de *Καράταις παρὰ τὸν Ἰαξάορην*, Sacarum populo ap. Ptol. VI. 13., verba fecit, secundum vers. Germanicam „*Caratae*“ inquit „*Lazius errichtet ein Volck dieses Namens in Norico, auf den einzigen Grund, weil man in der Not. Imp. findet Trib. coh. Caratensis . . .*“. Pancirolus *Caratensis* uomen cohortis fuisse eandemque idem significare atque *Catarienses* sub Comite Illyrici occidentalis [cf. p. 35*. γ. 10. „*Catarienses*“ et annot. ad h. l. p. 279*], nomen autem loci, ubi resideret haec cohors, desiderari putavit. utrumque parum recte, quamvis illud etiam Hormayr. I. 2. p. 137. affirmaverit: *Catarienses* Pannoniae Inferiori adscribendi sunt; hic in Norico sive, quod minus crederem, in Superiore Pannonia versantur; nomen autem loci vocabulo *Caratensis* indicari omnes utroque capite, et hoc et superiore, sub F recensiti tribuni testantur. Labbaeus annotavit „*Quid si Carantensis?*“ sed non adiecit, ubi hoc castellum quaerendum foret. videtur de Carinthiacis (*Kärnthner*) qui Carentonorum etiam nomine medio aevo designabantur (cf. e. gr. vitam S. Ruperti in Actt. SS. Mart. tom. III. p. 705. §. 3. „*Carentanorum regnum*“) cogitavisse.

*) Muchar. *Norik*. I. p. 267. postquam *Ternantone* (nsm ita habet) hod. *Neumarkt* esse expressit, quod fecit etiam in tab. geogr. *Norici Rom.* tomo II. adiecta, haec addidit: „*Ternantone, das einige im heut. Weissenstein, andere in Gmundten am Gmundtnersee (Traunsee) finden wollen, dürfte vielleicht besser nach Henndorf versetzt werden, woselbst heute noch ein Milliare Romanum besteht. Die wohlerhaltene Aufschrift dieser Meilensäule dem Imperator Septimius Severus geweiht, s. in Virthalers Reisen durch Salzburg p. 61.*“

— §. 22.] Surita ad nomen *Ad Muros* It. Ant. p. 246. hunc quoque versum trahendum esse opinatus est, quod non comprobem: nam ille locus infra Arrabonam situs ad *Inferiorem* Pannoniam pertinuit (cf. e. gr. Mannert. III. p. 660.); equites autem in Pannonia *Superiore* sub eius Duce morantes supra B. 1...8. recensitos legimus, nunc B. 9...14. ii enumerantur qui Norico Ripensi defendendo in stativis erant. eodem modo D. 1...3. Pannonicos, D. 4...8. Noricos Praefectos legionum enumerare apparet. cf. etiam capita XXXI. et XXXIII. neque vero idem in F. 1. et 2. atque F. 3...5., si versus quoque 20. et 21. ad Noricum trahuntur, cadere palam est; sed F. 1. et 2. in montanis, F. 3...5. in ripensibus castellis stativa habuerunt, si ea castella quorum nomina vocabulis *Arrianis* et *Caratensis* exprimuntur, in Pannonia Superiore quaerenda non sunt. Simlerus ad It. Ant. l. c. et Lazius (Comm. XII. 3, 6.), qui hunc locum cum *Murocincta* Ammiani XXX. 10, 4. confundit, eum *Summereyn* s. *Summureyn* esse interpretati sunt, sed neutrum id nomen gerentem vicum Pannonicum huc pertinere demonstratum est. De situ nihil mihi constat: equidem locum inter Boiodurum (*Innstadt*) atque Lentiam (*Linz*) fuisse conieciverim; sed Rennerus „Ad Muros, *Mauer*“ non procul a confluentibus rivis *Url* et *Ips* (*Isin* s. *Isen* appellabant olim), ad latus inter *Wallsee* et *Ips*, habet, atque Hormayr. (I. 2. p. 136. cf. tab. ad I. 1. adiectam) certum esse propter vetustatis reliquias nomenque superstites affirmat castellum *Ad Muros* in loco *Mauer an der Url* prope *Seitenstetten* (Hassel. p. 188.) quaerendum esse.

— §. 23.] *letie* ♂, *Lencie* ♂, *Lanciae* ♂, et Pancir. vet. cod. *lantiae*. Satis constat Lentiam esse hodiernam civitatem *Linz* ad Danubium (Hassel. p. 206.), Simlerumque et Pancirolum errasse, cum de *Loncio* Ractiae inter Iulium Carnicum (hodieque *Zuglio*) et Aguntum (*Innichon*) sito (It. Ant. p. 279.), i. e. hodierno oppido Tirolensi *Lienz* (*im Pusterthal*, cf. Hassel. p. 298.), et Pancirolus quidem duplici confusione de *Lentudo* Pannoniae Superioris ap. Ptol. II. 13 (15). ad h. l.

verba facerent. Memoratur etiam „Lentiensis Alamannicus populus, tractibus Raetiarum confinis“ ab Ammiano XXXI. 10. cf. XV. 4. sed hunc populum propius ad lacum Brigantinum (*Bodensee*) sedisse apparet. Cf. Laz. Comm. rei p. R. XII. 7, 4. (ubi Lentiae reperti lapides exhibentur, repetiti ap. Hormayr. *Wien*. I. 2. p. 144.), Cluver. Vind. et Noric. c. 5., Bruz. la Mart. v. *Lintz*, Cellar. I. p. 431. §. 41., Büsching. part. V. ed. VII. Hamb. 1789. 8°. p. 458., Mannert. III. p. 658.

— γ. 24.] *lacus felicitis* ♂. Locus qui sub nomine *Loco Felicitis* It. Ant. p. 234. 248., non is qui ibid. p. 246. inter *Crummerum Acincumque* sub v. *Ad Lacum Felicitis* ponitur. Numeri quidem Itinerarii in hodiernum vicum *Ardacker* (Hassel. p. 187.) fere ducunt, in quo Mannert. p. 640. et Lapius illum locum reperiri opinati sunt; sed illi numeri cum non omnino sibi constant ac iusto maiores sint, accedendum esse videtur Cluveri sententiae, Lacum Felicitis esse hod. vicum *Ober-Wallsee*, XXVI M. P. supra *Arlapen*, X M. P. infra oppidum *Enns*, prope quod vetus *Lauriacum* (*Lorch*) situm fuit; itaque in It. Ant. II. citt. pro XX M. P. inter *Lauriacum* Locumque [scr. *Lacum*] Felicitis positus scribendum XII M. P., tot enim *Wallsee* a *Lorch* distat; ab *Arlapa* vero Lacus Felicitis distantia satis recte Itinerario indicata est; vicus vero *Ardacker* infra *Wallsee* VI fere M. P. situs est. Simlerus etiam *Nideren Voalsee* [nam sic certe ipse scripsit, non *Vaulsee*, ut ed. Basil. 1575., nec *Vaulzee*, ut ed. Wesseling. habet] adscripsit, eidemque loco nomen de quo agimus assignant Renner., Hormayr. I. 2. p. 140. not. 22., qui multos ibi nummos Romanos reperiri observavit, Reichardus, Mucharius (I. p. 267.), alii, quibus etiam Cellar. I. p. 431. §. 43. adscripserim, ubi nomen *Ober-Wels* nihil nisi mendum est scripturae, pro *Ober-Walsee*, ut §. 41. ibid. ostendit, ubi *Ovilia* hodiernum *Wels* esse dixit; Lazius vero Comm. rei p. R. XII. 7, 2. Lacum Felicitis pro *Gmunden am Gmunder- sive Traun-See* accepit. *Felicitis* vocabulum idem a *Legione III. Felice* (Vopisc. in Aurelian. 11., in Prob. 5.), cum et It. Ant. p. 299. LEG. III. *Lauriaco* attribuat, deduci voluit; Lambecius

autem a Sextilio Felice (de cuius rebus in Norico gestis Tac. Hist. III. 5.) nomen habuisse putavit; cf. Wessel. ad It. Ant. p. 235. Utrique coniecturae non multum confido.

— §. 25.] Totum §. omisit a¹. — *Dalmatiae* ε'. — *Arlape* mss. ὄff, *Ariape* εε, ut et Schottus It. Ant. p. 234. dedit. *Arlapae* scripsi, ε (ae) in fine vocabulorum codices mss. fere cum e permutant. Ptol. I. c. Ἀρελάτη, al. Ἀρεδάτη ut Tab. quoque Peut. *Arelate* habet. Arelapam etiam Gothofr. in subscriptione L. 2. Th. C. de div. off. VIII. 7. pro *Arelato* (s. *Arelati*) reponi voluit in Topogr. Th. C. v. *Arelape*. De situ loci (,der stat ze Becheldären⁴) nullum dubium est: hodieque parvus vicus *Erlaph* s. *Erlaf* ad cognominem rivum non procul ab eius coniunctione cum Danubio, prope oppidum ex carmine de Nibelungis notissimo *Pöchlarn* exstat. (Hassel. p. 186.) cf. Muchar. *Norik*. I. p. 269. de castelli Romani reliquiis, et lapides ibi repertos exhibet Lazius et ex eo Hormayr. I. 2. p. 136. sq. not. 21. Iam Simlerus annotavit *Erla by Bachlarn*, et recentiores de situ non discrepant, Cluver. c. 5., Mannert. p. 639., Reichardus, Lapius, alii; operae autem pretium non est de confusione eorum quae sibi ipsi contradicentia protulerunt Bisch. et Möller. vv. *Aredata* et *Arelate*, accuratius exponere.

— §. 26.] *Augustianis* omnes, non *Augustinianis*, ut Hormayr. I. c., qui Augustiniana castra cum Trigisamo Tab. Peut. (*Treiam*, *Treisen*, *Trasmauer*) idem castellum facere voluit, ut alterum alterius munimentum ad pontem defendendum fuisset, ut ipse Fabiana castra Vindobonensium castrorum propugnaculum fuisse sibi persuasit. (cf. ad seq. pag. §. 8.) Quae quamvis ordini enumeratorum stativorum satis bene conveniant, tamen testimoniis comprobata non sunt. Mihi vocabulum Tabulae *Trigisama* nihil esse videtur nisi *Tricesimo* s. *Trigesimo*: secundum ipsam Tabulam locus XXIX M. P. a Vindobona afuit, revera tamen XXX M. P. afuisse putem. Alii nomen a *Traisa*, *Treiem*, *Trigisa*, *Trasma*, vicino fluvio, Trigisami vocabulum deducunt. cf. Muchar. *Norik*. I. 269. Perperam Pancirolus nullas provinciarum limites, nulla locorum agnoscens

intervalla sic omnia perturbat: „Itinerarium [p. 249.] habet *Augustis* Norici [immo Raetiae], ubi hodie Aurifodinae. *Augustam Vindeliciorum* intelligit in Retia [Noricum oppidum in Raetia! cf. etiam It. Ant. p. 250.]; ubi etiam equites Stablesiani castrametabantur [cap. XXXIII. §. I. A. 1]. *Augustanis* videtur legendum pro *Augustianis*“. Mihi quondam in mentem venit, nomen *Stanaco* It. Ant. p. 249. fortasse ex corruptione compendiosae scripturae *augustana ca.* (= Augustana castra) enatum esse; sed vocabuli pars *acum* (*aco*), locum ad aquam designans, genuina esse videtur, nec mutanda; itaque nihil ad h. v. explicandum pertinet disquirere an parum recte in vico *Reigersberg* ad Oenum fl. Mannertus Stanacum quaesierit, ad quod nomen Krusius non bene *Reigersdorf* apposuit, Reichardus *Schürding*, Lapieus *Braunau*.

— γ. 27.] Pag. 251*. de *Comagenis* prope hod. *Tuln* s. *Tulla*,
 „der stat bi Tuonowe lit in Österland,
 diu ist geheizen Tulna“ [Nibelung. str. 1281.]

diximus. *Lazius* (XII. 7, 8.) et sec. *Hormayr*. I. 2. p. 136. etiam *Cuspinianus* ac *Schönwisnerus* easdem in *Holenburg* s. *Hollenburg* ad Danubium III fere miliaria geogr. supra oppidum *Tuln* quaesierant; *Rennerus* in *Greifenstein*. Apud *Eugipp*. in vita *S. Severini* (quae supra C annos post hanc Notitiam composita est, a. 511.) c. 1. (ap. *M. Velser*. Opp. Norimb. 1682. fol. cum scholiis p. 631...75., *Bollandistas* I. p. 486., *Patrolog.* ed. *Migne* LXII. p. 1170., *Muchar*. II. p. 162.) de hoc sancto legitur: „Inde [ab *Asturis*, „in vicinis Ripensis et Pannoniorum partibus oppido“ cf. ad p. sq. γ. 12.] ad proximum quod *Commagenis* appellabatur oppidum declinavit. Hoc barbarorum intrinsecus consistentium, qui cum Romanis foedus inierant, custodia servabatur arctissima, nullique ingrediendi aut egrediendi facilis licentia praestabatur“. *Oppidanos Comagienses* (*comagiēses*?) idem memorat sect. 31. ap. *Muchar*. II. p. 220. s. cap. X. sect. 41. ed. Paris.

— γγ. 23. sq.] *Legionis* omiserunt et mss. et editi. — *Dio Cass.* LV. 24. „*Ἀνωίνος ὁ Μάρκος τὸ τε δεύτερον [στρατόπεδον] τὸ ἐν Νωρικῇ καὶ τὸ τρίτον τὸ ἐν Πατιῖ [συνέτα-*

ξεν], ἃ καὶ Ἱταλικά κέκληται“. De legionibus secundis et adiutrice supra ad p. 81*. γ. 8. et p. 96*. γ. 10. verba fecimus, de hac Italica autem DIVITENSIVM p. 223*. sq., ad p. 23*. γ. 24. et p. 242*. sq. ad p. 26*. γ. 26. Unus ex innumeris erroribus Pancirolus est, hanc legionem Italicam *Liburnariorum* appellatam fuisse. vide annot. ad γγ. 12. sqq. — *Ioviacum*, in honorem puto Diocletiani imp., ut tot Ioviorum numeri, appellatum inter Boiodurum (*Innstadt*) Oviliaque (*Wels*) situm, ab illo XXXVIII, ab his XXVII M.P. distans, diversum fuit a Laciaco s. Laciadis, quem locum in itinere ab Ovilibus Iuvavum (*Salzburg*) inter se bene conspirantes Tab. Peut. et It. Ant. p. 235. habent. Ioviacum iam Simlerus in hod. *Assach* (*Aschach* ad Danubium, cf. Hassel. p. 209.) quaesivit; Rennerus etiam et Hormayrius adscripserunt „*Aschau*“. recte, ut mihi quidem videtur; certe Itinerarii diversa itinera non satis accurate ii inspexerunt (ut etiam Pancirolus „in Itinerario *Iouanicum* cum asterisco vocari“ perperam scripsit, cum Simleri exemplum p. 140. in eo itinere quod huc non pertinet, i. e. a Lauriaco per Ovilia Iuvavum, habeat „Ouilabis * M.P. XXVI. Iaciaco * M.P. XXXII. Iouaui * M.P. XXVIII.“, p. 142. autem in itinere quod huc pertinet, sic „Ouilatus M.P. XVI. Iouiaco M.P. XXVII. Stanaco M.P. XVIII. Bolodero * M.P. XX.“) qui cum Lazio (Comm. rei p. R. XII. 6, 9.) Ioviacum pro ipsa Iuvavia sumpserunt, in quem errorem etiam Lapius p. 73. incidit. et minus recte quam Simlerus atque contra Itinerarii numerorum indicationem alii situm definire conati sunt, ut Reichardus *Engelhardszell*, Mannert. III. p. 636. „*beym Dorfe Geyersberg, an der Gränze des Inn- und Hausruckviertels*“, Mucharius I. p. 285. „*Jausenburg*“, cuius situm non novi. Krusius ad nomen *Ioviacum* apposuit *Pied*; voluit procul dubio vicum *Ried*. (Hassel. p. 213.)

PAG. 100*. γγ. 1. sq.] *Secundae* omis. omnes, ut superiore γ. *Legionis*. restituendum fuisse vocabulum confines verus docent. Fortasse Cohortis etiam mentio excidit ante vv. *Partis Inferioris* (*inferiorum* au), de quibus vide ad p. 92*. γγ. 1...3. Nihil dicit Pancirolus his verbis: „Haec legio in-

ter hunc et praecedentem Praefectum [et sequentem] videtur fuisse divisa, ut et aliae in plures praefecturas erant dispersitae. Ita divisam fuisse dicas hanc legionem, ut Lauriaci eiusdem Cohortis Partis Superioris Praefectus stetisset; sed ut hoc capite de legione II. Italica, ita superioribus capitibus de aliarum legionum praefectis ita expositum est, ut novissimo loco non nisi legio cum stativorum vocabulo legatur, unde lacunarum indicia quae p. 96*. §§. 20. 23. 25. facta sunt, nunc auferri velim. ceterum quinam legionum dispersiendarum modus hic observatus fuisset, Borghesium aliquem explicare cuperem. — *lentie* C, *Leticiae* e²... vide notam ad superiorem §. 23.

— §. 3.] Ita, *Secundae*, omnes praeter C qui totum verbum omisit; *Italicae* h. quoque l. mentionem fieri, non *Adiutricis* (de qua disputatum est ad p. 96*. §§. 10...12.), vix dubium esse poterit, sed It. Ant. p. 249. Lauriaco, si editis fides habenda est, *Tertiam* attribuit legionem; editorum culpa; nam variantes a Wesselingio recentissimisque editoribus annotatae scripturae *leg II, legu*, comparatae cum Dione Cassio (cf. supra ad §§. 28. sq.), cum hoc Notitiae loco lapidibusque satis evincunt, etiam in It. Ant. leg. II. Lauriaco adscribi. Legio III. in Raetia stetit (cf. p. 102*). An post v. *Secundae* exciderit *Italicae Cohortis Partis Superioris*, vide proxime superiorem annotationem. — De *Lauriaco* supra p. 250*. sq. diximus; ibi laudatis scriptoribus adde Laz. Comm. rei p. R. XII. 7, 5., Lambec. ed. Kollar. II. p. 293. sqq., Hormayr. *Wien*. I. 2. p. 140. sqq., Muchar. *Norik*. I. p. 164. sq., Rennerique tab. geogr. quae „*Laureacum, Lorch und Enns*“ exhibet; Eugipp. vit. S. Severin. *oppidum Lauriacum* celebrat c. 6. sect. 26., c. 9. sect. 38. 39. s. ap. Muchar. II. p. 210. 214. 216. sq.; item in Vitis S. Ruperti (Acta SS. Mart. tom. III. p. 702. 705. *Lauriacum, civitas Lauriacensis*, memoratur.

„

diu edel Ute ward begraben

se Lörse bi ir aptei“.

[*Diu Klage*. §§. 1990. sq.]

— §§. 4...6.] *Primae*. Cum Dione Cass. LV. 24. referente

onem *I. Italicam* in Moesia inferiore, *I. Adiutricem* in Pannonia inferiore hiemasse, quod ad illam attinet, haec Notitia continet, non ita bene quod ad posteriorem (cf. Not. Or. p. 100. Not. Occ. p. 96*. §. 7.), quam hoc quoque loco indicari videtur ut partim in Norico, pro maiori vero parte in Pannonia superiore limitem contra Germanos ac Sarmatas tueretur. cf. ad cit. §. 7. Pancirolus sic verba facit: „Haec legio in Pannonia et sequentem Praefectum erat divisa; iste titulus adiecti tantum cohorti quintae praeerat et in parte superprope Iuvavense excubabat“. et ad sq. §. „vel Liburnis tribus praeerant hi milites, vel ex his constabant, qui ex Norica et Noricis populis erant delecti. sunt pars legionis praesidentis“. — *libur̄ A*, *Libur.* aa. cf. annot. ad p. 99*. §§. 1. q. — *quartae partis superiorum* aa; *Inferioris* omise-B(?)et. — *Adiuuense* Caa. Consentiant esse hod. *Salzburgum* quod *Iovavium* It. Ant. p. 235. 258. (ubi *Iovavi* legitur, genitivum ab *Iovavum* deducere solent), *Iuvavum* Tab. Tab. ubi *Iovavo* est, appellasse videntur; in lapide Salisburgensi „in aede sacra d. Ruperti“ exstante sec. Pighium (Herodot. Colon. 1609. 8°. p. 145.), repetito ap. Gruter. 265, legitur IMP. CAES | L. SEPTIMI. SEVERI | PII. PERTINACIS. AVG | ADIAB. PARTHICI | MAX. ET. IMP. CAES. M. AVREL | ANTONINI. PARTHICI | MAXIMI. COL(ONIA) HAD(RIANA) | IUVAV. D. D., ex quo nescio an genuino, „versus antiqui [in cod. a MIII. scriptis] in templo, qui leguntur exarati,

Tunc Hadriana vetus, quae post Iuvavia dicta,
Praesidialis erat Noricis et episcopo digna
Rudberti sedes, qui fidem contulit illis
Christi: quam retinet Saltzburgum sero vocata“.

h. l. c. p. 142. habet, medio aevo facti sunt. item hi:

Urbs Iuvaviensis fuit olim splendida muris,
Aggeribus magnis munitaque turribus altis.
Sedes hic regum fuerant ac templa deorum,
Gente sub antiqua fulgenti marmore structa.
Sed veluti legimus, multis inculta diebus

Culmine de summo cecidit prolapsa Iuvavo
Ac tegitur silvis, tegitur lustrisque ferinis.

neque plus probare videntur ipsius S. Ruperti († a. 628.) vitae (Acta SS. Mart. tom. III. p. 702. sqq.), in quibus de Iuvavia haec per se satis memorabilia referuntur: „ . secus stagnum Wallarii lacu [= *Waller-See*, *Walarseo* Chronic. Gotwic. p. 761.] venit, ubi ecclesiam . . . construxit. . . Exiit inde ad Iuvavium flumen, ubi olim Iuvavia civitas fuit, quae antiquis mirabiliter exstructa temporibus, inter Bavaricas urbes eminebat nobilissima, sed tunc temporis raro incola habitante paene dilapsa et virgullis cooperta erat. . . et in altera vita: „ . . ad notitiam S. Ruperti pervenit, aliquem esse locum super fluvium Viarum [Iuvavum] nominatum, in quo tempore Romanorum imperatorum pulchra fuissent habitacula constructa, quae tunc temporis fuissent silvis detecta et absconsa. . . Perpendenda sunt quae in Eugippii vita S. Severini leguntur, cap. 5. n. 21. „ oppidum quod Iuba [Iuvao *ms.*] appellatur“, quod alii Iuvaviam, alii Ioviaticum interpretantur; VII. 32. „ oppidi quod Iopia [Ludianum *ms.*] vocabatur, LXX et amplius a Batavis [*Passau*] millibus disparatum. . .“: utroque loco Mucharius *Iuvavo* dedit. *Salzburg* primum legitur in Einhardi vita Karoli M. (Monum. Germ. II. p. 461.) inter metropoles „ Iuvavum quae et Salzburg“, ubi *Iuvavium* scribendum esse ex variantibus codicum scripturis probari potest. Multi Ptol. II. 12 (14). *Γαβανόδουρον* s. *Gabanodurum* Norici ante coloniam sub Hadriano deductam Salisburgi nomen fuisse censent. Cf. Laz. Comm. rei p. R. XII. 6, 9., interpp. ad It. Ant. I. c., Cluver. c. 5. p. 28., Pighii Herc. Prodic. I. c., Lambec. II. p. 363., Cellar. I. p. 433. §. 46., Mannert. III. p. 633. sqq., Muchar. *Norik*. I. p. 162., Georgii II. p. 240. Libri W. Hundii (Metropol. Salisburg. Monach. 1620., Ratisb. 1719. fol.) et Kleinmayeri (*Nachrichten von Juvavia. Salsb.* 1784. fol.) mihi praesto non fuerunt.

— 7. sq.] Legionis numerum excidisse puto; adiecerim *Primae*; fortasse scribendum *Pf. Legionis Primae militum Liburnariorum Noricorum*, vel etiam Cohortis Quintae

Partis Inferioris adiciendum est. cf. annot. ad §§. 1. sq. — *Fasianae* distincte *ABD*, non certus sum an etiam *CC*; *Fasianae* editi. Pancirolus „Unus Codex pro *Fasianae* habet *Fasienae*“. Lazius (Comm. rei p. R. XII. 7, 3.) *Falsianam* habere Scotum in Codice praefectarum Romanarum, i. e. hanc Notitiam Dignn., rettulit et oppidum *Wels* interpretatus est. Iam nullum, cum innumeris locis litteras *v*, *b* et *f* permutatas videmus, mihi dubium superest, quin *Favianae* (s. *Faviana*, abl. *Favianis*) scribendum sit, quamvis ex eorum qui de *Favianis* multotiens ab Eugippio in vita S. Severini memoratis scripserunt, haud exiguo numero nemo unus advertit, hoc Notitiae Dignn. capite aperte *Vindomanam* a *Favianis*, i. e. *Favianis*, distinguente refelli errorem eorum qui inde a medio saeculo XII. *Faviana* aliud *Vindobonae* nomen fuisse statuerunt multi, ut *Cuspinianus*, *Lazius*, *Baronius*, *Velserus*, quod nuper in *Renneri* tab. geogr. repetitum etiam fuse demonstrare *Hormayrius* conatus est, unde in temerarias coniecturas incidit, quas singulas persequi longum est *. Quid, si quis ex *Ottone Frisingensi* ** († a. 1158.) eiusdemque aetatis diplomatis ***, ut fecit *Muchar. Norik. II. p. 167.*, probari

*) Uno exemplo defungar. *Hormayr. I. 2. p. 137.* „ . Augustianis, *Fasianis*, *Arrianis*, *Cannabiaca*. *Der Platz des Tribuns der caratensischen Cohorte wird gar nicht angegeben. Für alle diese Orte haben die ausschweifendsten Vermuthungen freyen Spielraum, zumahl die Donau in der Vorzeit eben so viele Ortschaften auf dem rechten, als seit dem 14. Jahrh. auf dem linken Ufer verschlungen hat. Fasiana vermutheten Einige in der Burg Zwentendorf, zwischen der Trasen und Perschling, sehr wohl gelegen, eine weite Fläche an beyden Donaufern zu überschauen. Die einst auf den Donauinseln und Auen sehr zahlreichen Fasanen, könnten dem Ort seinen Namen geschöpft haben — und der Tribun der caratensischen Cohorte wohl auf der uralten, nachmals hochstiftlich freysingischen Hollenburg gesessen seyn?“. Satis est.*

**) de gest. Frid. imp. lib. I. c. 32. ap. *Urstis. p. 426.* : „Dux . . . in vicinum oppidum *Viennis*, quod olim a Romanis inhabitatum *Favianis* dicebatur, declinavit“.

***) *Dipl. Heinrici ducis Austriae a. 1158. de condenda abbacia Hi-*

posse putet, Vindobonam apud Romanos etiam Favianorum vocabulum gessisse, cum ex Eugippio etiam, in annotatione ad quem item Mucharius eum errorem commisit*, contrarium demonstrari poterit. De lapide Vindobonensi PRAEF. COR. FABI memorante aliaque inscriptione litteras FABIANA COHORS VINDOBON. MVN. exhibente (cf. Lambec. II. p. 70. sq.) iam supra dubitandum esse an nunquam exstiterint, annotavimus; sed si damus etiam exstillsse, minime Vindobonam unquam Faviana dictam fuisse argumento sunt. De *Flavianorum* s. *Flavii* vocabulo, Favianensis adulterini fratre, satis ap. Lambecium II. p. 14. sqq. actum est. *Faviana* non in Pannonia superiore, ad quam Vindobonam pertinuisse constat, sed in Norico Ripensi, non ita procul a Pannonicis finibus fuisse, quod et Lambecius observavit, et hic d. q. a. Notitiae locus (cf. ad p. 99*. y. 22.) et Eugippius in vita S. Severini comprobant, ex quo hi loci maxime huc pertinent: cap. 1. n. 9. (apud Muchar. sect. III.), unde apparet „civitatem nomine Favianis“ ad Danubium infra Oeni ostia stetisse; c. 2. n. 10. (Much. sect. IV.) „exeuntes [e Favianis?] in secundo milliario super rivum qui vocatur Dicuntia“; (pro Dicuntia al. *Taguntia*, *Gyguntia*, *Jaguntia*, *Tiguntius* exhibent; et cum alii *Schwöchat* rivum interpretantur, Rennerus *Steyer* rivo illud vocabulum attribuit.) et paullo post n. 11.: „Ipse ad secretum habitaculum quod Purgum [al. Burgum] oppidum appellatur ab accolis, quinque a Favianis distans milliariis, secedebat“. (Burgum faciunt hod.

berorum (*Schottenkloster*): „... in praedio nostro fundavimus et in territorio scilicet *Faviae*, quod a modernis *Viennae* nuncupatur.“ (ap. Hormayr. *Wien*, *Urkundenb.* p. XVI. cf. ibid. dipl. a. 1161. dat. p. XXIII.) Eiusdem Henrici dipl. a. 1159. (ap. eund. p. XXI. sq.) datum est „in civitate nostra *Favianis*, quae alio nomine dicitur *Vienna*“.

*) Verum non est quod post Lazium multosque alios etiam Lambec. II. p. 44. not. et Muchar. l. c. affirmaverunt, in diplomate de condendo monasterio Kotwigensi (*Göttweih*) legi „Fabianam villam cum tribus in ea conditis sacellis“, ut Hormayr. p. XII. sq. ad id ipsum diploma annotavit.

Burkersdorf, ut scil. Vindobonae Favianorum nomen vindicetur, quamvis nec desint pueriles de priorum utriusque vocabuli litterarum paritate sententiae). cap. 3. n. 15. (MUCH. s. VIII.) „cum quadam die in proximo a Favianis vico veniens aliquos ad se transferri Danubio praecepisset“. c. 4. n. 18. sq. (MUCH. s. XI. sq.) „Maurus basilicae monasterii aedituus . . . ad colligenda poma in secundo a Favianis milliario egressus mox a barbaris Danubio transvectus est . . . ipse [Severinus] Istri fluenta praetermeans latrones properanter insequitur quos vulgus Scamaros [*Scamaras*, *Scameras* al.] appellabat. Cum adhuc Norici Ripensis oppida superiora constarent, et paene nullum castellum barbarorum vitaret incursus . . .“. c. 7. n. 30. (MUCH. s. XXIII.) „Ad antiquum itaque et omnibus maius monasterium suum iuxta muros oppidi Favianis, quod centum et ultra millibus aberat [a Boitro, i. e. Boioduro, *Innstadt*], Danubii navigationibus descendebat“*. c. 9. n. 39. (MUCH. s. XXX.) „Feletheus Rugorum rex, qui et Fava [*al. Feva*], audiens cunctorum reliquias oppidorum quae barbaricos evaserant gladios, Lauriacum se per dei famulum contulisse, assumpto veniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere et in oppidis sibi tributariis atque vicinis, ex quibus unum erat Favianis, quod a Rugis tantum modo dirimebatur Danubio, collocare“*. „Ipse vero (s. Severinus) Favianis degens in antiquo suo monasterio . . .“. c. 11. n. 50. (MUCH. sect. XXXV.): „cum Fridericus a fratre suo Rugorum rege Fava ex paucis quae super ripam Danubii permanserant oppidis, unum acciperet Favianis, iuxta quod s. Severinus commanebat. “. Aperte Paul. Diacon. de gest. Langob. 1. 19. (ap. Murat. Scrr. rer. Ital. I. p. 415.) „In Noricorum finibus“ ait „beati tunc (tempore belli inter Odoacharem et Feletheum, qui et Feva dictus est, Rugorum regem) erat Severini coenobium. . .“. Cf. etiam Lam-

*) Sec. It. Ant. a Vindobona Boiodurum CLXXXI M. P., sec. Tab. Peut. IV. ab Ovilibus (*Wels*) Vindobonam CX M. P.; re vera Boiodurum a Vindobona XL fere miliaria Germanica distat. Itaque hic quoque Eugippii locus Faviana Boioduro propiora facit, quam Vindobona fuit. Paulo post illud oppidum Lauriaco vicinum fuisse idem refert.

bec. II. p. 38. sqq. qui p. 74. se Plinii (H. N. III. 23. sect. 27.) Flavium [Solvense] idem oppidum esse atque Flaviana, i. e. castra, quorum Eugippius meminit (nam *Favianis*, *Fabianis* et *Flavabis* corrupta vocabula esse Lambecius contendit), persuasissimum habere declarat. „Situm autem sine dubio id fuit inter Comagena s. *Langenleber*, et Cetium montem s. *Kalenberg* . . . Cella vero s. Severini Ad Vineas . . . ad ipsam fuit radicem montis Cetii s. *Kalenberg*, itidem in Norico Ripensi, non autem in Pannonia“. atque equidem quae de situ Favianorum dixit, cum Lambecio omnino consentio.

— §. 9.] Quae ad hunc §. annotanda essent, peti possunt e superiore annot. ad p. 92*. §§. 14. sq.; et de Arlapa ad superiorem §. 25., ut de Comagenis ibid. ad §. 27. et p. 251*. dictum est. nam ad Comagenas referendum esse hoc nomen adiectivum *Maginensis* extra dubium esse puto, sive, quod mihi videtur, ex *Imaginensis* sigla J excidit, sive promiscui utrumque vocabulum *Comaginensis* et *Maginensis* usus fuit. nihil enim est quod proprium castellum Maginam, a Comagenis diversum, exstitisse sumamus, ut e. gr. Bruz. la Mart. h. v. fecit: „*Magina, ein Platz in Pannonien oder in Norico*“. Panciroli ad h. l. nota pervertit rerum ordinem; nam Stephani *Μαγία, πόλις Ἰλλυρίας*, non ad Comagenas, et hoc oppidum non ad Pannoniam, sed ad Noricum Ripense pertinet: ipse Cetius mons utriusque provinciae ad Danubium finis erat.

— §. 10.] Hunc §. omis. C. De Lauriaco cf. ad §. 3. annotata. Hormayr. *Wien* I. 2. p. 144. „*Die Bucht der Lorcher Flotille ist noch unter dem Namen des Englhafens bekannt*“.

— §. 11.] *Boiodoro omnes*, per σ ; *Βοιόδουρον* Ptol. Vindeliciae attribuit, quae propria post Constantinum provincia non fuit. Mannert. III. p. 524. sq. nimis generaliter Romanos Vindeliciam provinciam ullo tempore agnovisse negat: contra probant non solum Ptolemaeus, sed et lapides, e. gr. p. 444*. ad §. 4. p. 66*. transcriptus. Scripturae per ι pro ϵ menda librariorum sunt, ut in It. Ant. *Bolodoro* vel *Bolodero* et in Tab. Peut. *Castellum Bolodurum*, quae in eo quoque falsa est, quod

hoc castellum quasi conditum fuisset in sinistra Oeni (*Inn*) aut Iuvavi (*Salsa*) fl. ripa (nam Iuvavum in Danubium exeuntem exhibet,) collocavit: Boiorum civitas (ut in lapide supra i. f. not. ad p. 99*. †. 12...14. transcripto vocatur) fuit hodierni *Passau*, Batavorum oppidi (cf. ad p. 102*. †. 18. sq.), suburbium *Innstadt*, eaque ab hoc, Batavoduro, Oeno fluvio separatur. Praecipui de hoc castello Eugippii in vit. s. Severini hi duo loci sunt: cap. VII. n. 30. (ap. Muchar. s. XXIII.) „Basilicae extra muros oppidi Batavini [*Passau*], in loco nomine *Boitro* [*Boitro Laz.*] trans Oenum fluvium constitutae. .“. c. X. n. 44. (Much. s. XXXII.) „In loco *Boitro* [*Poiotro* Muchar., *Barotro* Surius, *Bolotto* al.] superius memorato. .“. Non praetereunda esse videntur Lazii (Comm. rei p. Rom. XII. 7, 1.) verba: „Trans Oenum namque portio est excurrentis oppidi, quod gentilitio idiomate S. Severin *im Boitro* vocant: et agrum proximum versus Salisburgum extentum, *im Boitengaw*“. Ceterum hunc pagum me legere non memini. Ii quoque qui Boiodurum hodiernum *Passau* esse interpretati sunt, ut Simlerus, Lazius atque Hormayrius, diversam ab iis qui exactius *Innstadt* interpretantur, sententiam dicere noluerunt; Mannertus (III. p. 623. sq.) autem *Boiodurum* ab initio ibi situm fuisse censet, ubi nunc *Passau*, deinde a cohorte Batavorum hoc oppidum Batavinum dictum et Boioduri nomen in dextram Oeni ripam translatum esse; quam sententiam argutiorum quam veriorum esse censeo. Fuscus de Boioduro Castrisque Batavis egit F. Mulzerus in ephemeridibus litterariis, quas nunc ad manus non habeo, *Verhandlungen des histor. Vereins für Niederbayern*, I; Landshut. a. 1846. in 8°. editar. p. 37...64. cf. etiam Cluver. Vind. et Nor. c. 5. p. 24., Cellar. I. p. 430. §. 40., Wersbe p. 274., Georgii II. p. 239., Iac. Grimm. *Gesch. d. d. Spr.* p. 585. not. *.

— †. 12.] *Austurum* aa, *Austuris* ceteri omnes. *Asturis* habet Eugipp. vit. s. Severini, unus qui praeter hanc Notitiam hoc castellum memorat. cap. 1. num. 7. (Bollandist. I. p. 486., Much. sect. I.) „. s. Severinus de partibus Orientis adveniens in vicinis Norici Ripensis et Pannoniorum partibus, quod *Astu-*

ris dicitur oppido morabatur . . . inde [occidentem versus] ad proximum quod *Commagenis* [cf. ad superiorem §. 27.] appellabatur oppidum, declinavit. hoc barbarorum intrinsecus consistentium, qui cum Romanis foedus inierant, custodia servabatur arctissima, nullique ingrediendi aut egrediendi facilis licentia praestabatur. et paullo post iterum „in Asturis“ occurrit. sed in aliis codicibus legitur *Astaris*, *Casturis*, quod, sive *Castuns*, Lazius pro *Castris Augustis* sumi temere voluerat; *Astura* post Ortelium multi scribunt, *Asturum oppidum* Aventinus Annalib. lib. II., quae scriptura, ab Asturibus Hispaniae deducenda, si comprobari posset eos in his regionibus olim stetisse, mihi maxime placeret. Certe falluntur qui post Cuspinianum, ut Lambecius II. p. 24. et Hormayr. I. 2. p. 134. (qui alio loco apponit „*Stockerau*, *Greifenstein*, *Zeiselmauer*“), castellum in hod. vico *Stockerau* in sinistra Danubii ripa (cf. Hassel. p. 191.) reperiri putant; refutantur et hoc Notitiae loco et ipsa Eugippii commemoratione. is enim cap. IV. n. 19. (Much. sect. XII.) „cum adhuc“ inquit „Norici Ripensis oppida superiora constarent“, et inter eadem etiam *Asturis* dictum comprehendit. Hansizio castrum *Osterburg* ad vocabulum *Asturis* alludere videri Kollarius ad Lambec. II. p. 34. annotavit. Nec Mannerto III. p. 643. accesserim, ubi „*Astura* cum vico *Cetio* Tabulae Peutingeranae, recentioribus demum temporibus munito“, eundem locum fuisse coniecit. Mucharius II. p. 163. maxime receptae eorum sententiae, qui locum prope hod. *Oberberg* ad *Bielach* rivum, non ita procul ab oppido *Mölk*, stetisse putant, sese accedere scripsit. sed aperte nimis remotus est is locus, quam qui „*Commagenis* proximus“ ab Eugippio dici potuisset. rectius, puto, Rennerus vocabulo *Asturis* locum inter vicos *Langenlebern* et *Greifenstein*, Sprunerus paullo inferiorem inter *Citium* et *Comagenam* assignaverunt. Non nisi ioci causa etiam Panciroli annotatio repetenda esse videtur haec: „Tribunis cohortis Austuris residebat. Mysiae est oppidum. Asuras [voluit *Asurqa*] Stephanus vocat. et hic cohortis nomen reticetur“.

— γ. 13.] *Canabiaca* aa. Ex Pancirolianis est: „forte *Cardabianca*“, scil. Valeriae castellum *Cardabiaca* supra, p. 96*. γ. 6.; cur non pro suo more Syriacam Cannabam (cf. Not. Or. p. 90. γ. 3. cum annot.) huc traxit, ut ad eam uterque Dux, et Osrhoenae et Pannonicus castra metati essent? si tandem coniecturis ludendum esset, malim, ex uno vico Hispanico faciens alterum, *Cantabrica*, ut *Asturum oppidi* proxime ante recensiti populare etiam in Germania nostra vicinum esset, nos autem duos vicos Hispanicos (*spanische Dörfer*) Austriacis, cum iam dudum Hispanicas provincias omnes amiserint, ut nunc olim alias etiam amissuri sunt, recuperaremus. Sed mittamus facetias. castellum a cannabi nomen accepisse videtur. situm eius nos nescire bis Mannertus (III. p. 639. 643.) fassus est et ipse etiam semel fateor, quamvis non nesciam esse qui fortalicium *Schönbüchel* prope ostia rivi *Bielach* non procul ab oppido *Mölk* ad Danubium veteris illius castelli locum obtinere putent, ut Hormayr. I. 2. p. 138.; sed hae merae coniecturae sunt.

— γ. 16.] *ex eodem a¹⁴,¹⁵.*

— γγ. 22. sq.] *Exceptores singulares* iunctim aa.

— γ. 24.] *offitiales* BE.

CAPVT XXXIII. *

PAG. 101*. γ. 2. rubric.] *Rhetiae Aaa, Reciae BD, Tertie E, Retiae Primae et Secundae eiusque insignia et.* — Fulvius Boius primus dum Romani Bavariam tenerent, Dux Raetici limitis nominatim memoratur ap. Vopisc. in Aurelian. 13. „Cum consedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium, praesente exercitu, praesente etiam officio palatino, assidentibus Memmio Fusco consule ordinario, Baebio Macro pf. p., Q. Ancario praeside [sic] Orientis, assidentibus etiam a parte

*) Hoc caput Notitiae Dignitatum exhibet etiam Marcus Velserus *Rerum Augustanar. Vindelicar. libb. VIII. Venet. 1594. fol. p. 189. sive Operum Norimb. a. 1632. fol. editor, p. 353.*

laeva Amulio Saturnino Scythici limitis duce, et Maecio Brundusino pf. ann. orientis, et Ulpio Crinito duce Illyriciani limitis et Thracii, et Fulvio Boio duce Raetici limitis, Valerianus A. dixit⁴ et r. Bonosus etiam, vinosus ille, „militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites, duxit ordines, tribunatus egit, dux Raetici limitis fuit“, ut idem in eius vita auctor est*. De Generido, non Duce, sed Magisterio militum honorato, Raeticis quoque praesidiis praeposito ab Honorio imp. supra p. 716*.sq. dixi. Intra Danubium Alpesque cum haec Notitia componeretur, Romanorum Raetiae redactae erant, cum antea Transdanubianus quoque tractus iisdem concluderetur, ut vel ex notissimo Taciti loco (Germ. 29.) constat: „Non numeraverim inter Germaniae populos, quanquam trans Rhenum Danuviumque consederint, eos qui Decumates agros exercent. levissimus quisque Gallorum et inopia audax dubiae possessionis solum occupavere. *mox limite acto promotisque praesidiis sinus imperii et pars provinciae habentur*“. cf. etiam de Traiano ex Aur. Victore ad p. 91*. §§. 25. sq. relatum locum. Postea maxime Maximianum Herculum limitem promovisse panegyrici testantur. ita Mamertin. paneg. Maximiano d. cap. 9. „Ingressus es nuper illam quae Raetis est obiecta Germaniam, similique virtute Romanum limitem victoria protulit...“; et in genethliaco eiusd. imp. c. 5. „Taceo tropaea Germanica, in media defixa barbaria; transeo limitem Raetiae repentina hostium clade promotum; omitto Sarmatiae vastationem...“ c. 7. „Laurea illa de victis accolentibus Syriam nationibus, et illa Raetia, et illa Sarmatica te, Maximiane, fecerunt pio gaudio triumphare“. c. 16. „.tantam esse imperii vestri felicitatem, ut undique se barbarae nationes vicissim lacerent et excidant, alternis dimicationibus et insidiis clades suas duplicent

*) Parum itaque recte Velsler. Opp. p. 311. „Quod Aventinus Bonosum sub Aurelio Rhaetiarum fuisse Ducem asserit, a coniectura est“. sed recte idem reppulit p. 317. Aventini errorem, qui Magnentium a. 350. Raetiae Vindelicique limitis Ducem factum fuisse voluerat.

et instaurent, Sarmaticas vestras et Raeticas et Transrhena-
nas expeditiones furore percitae in semet imitentur“. Eumen.
in paneg. Constantio d. cap. 2. „... mihi... transeunda sunt...
ea quibus officio delati mihi a divinitate vestra honoris in-
terfui, captus scil. rex ferocissimae nationis inter ipsas quas
moliebatur insidias et a ponte Rheni usque ad Danubii trans-
itum Guntiensem (cf. infra ad §. 11.) devastata atque exhausta
penitus Alamannia...“ id. c. 3. „... porrectis usque ad Danubii
caput Germaniae Raetiaeque limitibus destinata Bataviae Bri-
tanniaeque vindicta...“ et cap. 10. „Tunc (sub principe Gal-
lieno) sive incuria rerum sive quadam inclinatione fatorum
omnibus fere membris erat truncata resp.; tunc se nimium
et Parthus extulerat et Palmyrenus aequaverat, tota Aegyptus
Syriaeque defecerant, amissa Raetia, Noricum Pannoniaeque
vastatae, Italia ipsa gentium domina plurimarum urbium sua-
rum excidia maerebat“. Cf. Ioa. Mülleri hist. Helvet. I. 7. Etiam
postquam Raetiae, bellis ac barbarorum incursionibus fere
post Romanorum primam occupationem vexatissimae (ut im-
primis ex superstitibus Ammiani historiarum libris Zosimoque
de iis temporibus quae hanc Notitiam et praecesserunt et sub-
secuta sunt, facile videmus) Romanae provinciae esse desie-
rant, usque ad interitum Gotthici regni, Dux Raetiarum has
regiones tuebatur, cuius formulam hanc exhibet Cassidor. Var.
VII. 4. „*Formula ducatus Raetiarum.* Quamvis spectabilitatis
honor unus esse videatur, nec in his aliquid aliud nisi tem-
pus soleat anteferri, tamen rerum qualitate perpensa multum
his creditum videtur, quibus confinales populi deputantur,
quia non est tale pacatis regionibus ius dicere, quale suspec-
tis gentibus assidere, ubi non tantum vitia quantum bella
suspecta sunt: nec solum vox praeconis insonat, sed tuba-
rum crepitus frequenter insultat: Raetiae namque munimina
sunt Italiae et claustra provinciae. quae non immerito sic
appellata esse iudicamus, quando contra feras et agrestissimas
gentes velut quaedam plagarum obstacula disponuntur. ibi
enim impetus gentilis excipitur et transmissis iaculis saucia-

tur furibunda praesumptio. Sic gentilis impetus Vestra venatio est et ludo geritis quod Nos [*Iuret. vos*] assidue feliciter egisse sentitis. Ideoque valido Te ingenio ac viribus audientes per illam indictionem Ducatum Tibi credimus Raetiarum, ut milites et in pace regas et cum eis fines Nostros solemniter alacritate circumeas; quia non parvam rem Tibi respicis fuisse commissam, quando tranquillitas regni Nostri Tua creditur sollicitudine custodiri; ita tamen, ut milites Tibi commissi vivant cum provincialibus iure civili, nec insolescat animus qui se sentit armatum, quia clipeus ille exercitus Nostri quietem debet praestare Romanis; quos ideo constat appositos, ut intus vita felicior secunda libertate carpatur. Quapropter Nostro responde iudicio fide Nobis et industria placiturus, ut nec gentiles sine discussione suscipias, nec Nostros ad gentes sub incuriositate transmittas; ad necessitatem siquidem rarius venitur armorum, ubi suscepta surreptio custodiri posse sentitur. Privilegia vero dignitatis Tuae Nostri Tibi iussionibus vindicabis⁶. Apud eund. I. 11. exstat Theoderici regis rescriptum quo Servato Duci Raetiarum imperat, ut a Breonibus Moniario cuidam ablata mancipia restitui faciat. De Raetiae in duas provincias divisione supra p. 443. sq. ad p. 66*. \ddagger . 3. 4. disputavimus. Litteras „... P. P. RETIAE in lapide sepulchrali Velserus (p. 105. sq. ed. Venet., p. 363. sq. Opp.) ac Raiserus et in libro *Die röm. Alterth. zu Augsb.* 1820. 4^o. p. 20. sq. et in recentiori *Der Ober-Donau-Kreis.* Augsb. 1830. sqq. 4^o. fasc. III. p. 68.) *Praesidem provinciae Raetiae* interpretati sunt, cum *legatum pro praetore Raetiae* designent, ut in ara paulo post exhibita MERCURIO | CIVIS. SEDES. A. ERGO | SVNT | APVS. | CL. LATERANS | XV. VIR. SACR. FAC | COS. DESIGN | LEG. AVG. PR. PR | LEG. III. ITAL | V. S. L. M atque in hoc lapide Laugingensi (ibid. p. 246. s. 406. Opp.) DIONYSIVS. LEG. AVG. PR. PR | raetiae. . . . KAL. IVNIAS. d. d. Quae Pancirolus de Duce Raetiarum habet, haec sunt: „Retiae sitae in Alpibus Italiam a Germania dividunt, quibus Dux praefuit, inter quos Fulvius Boius sub Valeriano (Vopisc. in Aureliano) et Bonosus unus

ex XXX tyrannis Aureliano imperante recensentur. (Spartian. in eo. De eo Cassiodorus in VII.) Annonam quae equis huius limitis militibus deportabatur, Reticam fuisse vocatam, quia ad Retios ferebatur, D. Augustinus tradit (de civ. dei XVIII. 18.). Hic Dux praesidia XIX [immo XXI] tuebatur, quorum X tantum delineantur, cum Alis III equitum, Turmis item III, Praefecturis peditum VII, Cohortibus VIII. Qui minimum efficiebant equites circiter 500, peditum circiter octo millia⁴.

Picturam cum castellorum inscriptionibus ex \mathfrak{A} dedimus. In libro mandatorum INTALL \mathfrak{E} diti habent pro *intali* codicum mss. ac siglas volumini iuxta eum librum inscriptas non exhibent. ceterum in vocabulis castellorum his discrepat \mathfrak{E} : c) *Phebianis* g) *Cambidano*; \mathfrak{E} diti habent: c) *Phebianis* g) *Cambidano*; in ceteris conveniunt cum nominibus quae nos dedimus.

— γγ. 6. sq.] *Comitis* (pro *Ducis*) per negligentiam \mathfrak{E} ^{4, 6, 7}. — *Rhetiae* \mathfrak{A} aa, *Reciae* \mathfrak{B} W, *Retiae* \mathfrak{C} eteff. De duabus Raetiis cf. supra p. 443*. sq. ad p. 66*. γγ. 3. 4. et ad superiorem γ. 11. annotata. Ptolemaeus II. 11 (12). Raetiae Vindeliciaeque, quae cum haec Notitia Dignn. componeretur, Raetia Secunda comprehendebatur, finis sic describit: *Τῆς Ραιτίας ἡ μὲν δυσμικὴ πλευρὰ ὀρίζεται τῷ τε Ἀδοῦλα ὄρει καὶ τῇ μετὰξὺ τῶν κεφαλῶν τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ γραμμῆ, ἡ δὲ ἀρκτικὴ μέρει τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ τῷ ἀπὸ τῶν πηγῶν μέχρι τῆς τοῦ Αἴνου (Inn) ποταμοῦ ἐκτροπῆς λδ̄ μζ̄ γ', ἡ δ' ἀνατολικὴ πλευρὰ αὐτῷ τῷ Αἴνω ποταμῷ, ἧς τὸ νοτιώτατον πέρας ἐπέχει μοίρας λδ̄ με δ', ἡ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας τοῖς ἐντεῦθεν ὑπὲρ τὴν Ἰταλίαν Ἀλπίοις ὄρεσιν, ὧν τὰ μὲν πρὸς ταῖς Γραιύις ἐπέχει μοίρας λ̄ με γ', τὰ δὲ πρὸς ταῖς Ποιναῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Λικίου (Lech) ποταμοῦ τοῦ εἰς τὸν Δανούβιον ἐμβάλλοντος, ὃς διορίζει τὴν Ῥαιτίαν ἀπὸ τῆς Οὐινδελκίας λᾱ ζ' με ε', τὰ δὲ πρὸς τῇ Ὀκρά ὄρει λγ̄ ζ' με ε'.* Oppida ex iis quae Notitia recenset, ab ipso quoque recensita suo quodque loco indicabimus. ex Itinerario autem Antonini Tabulaque Peutingerana ad hoc caput pertinentes partes sequenti tabula in conspectum redeimus.

TABVLA PEVTING. sect. III.		ITINERARIUM p. 235...238.		p. 248. sc
Castellū Bo- lodurū. XXVIII.			<i>Pars itineris de Pan- noniis in Gallias.</i>	<i>... a Lauriaco medium Aug Vindelicum u Brigantia M CCCXI. si</i>
P. Rensib ^o . XXXII.	XVI. XVI.	Ivavo. Artobrige.	Iovavi. XXXIII.	Iovavi. XXXIII.
Soruioduro. XXVIII.	XIII.	Bedaio. Ad enum.	Bidaio. XVIII. Ponte Aeni. XX.	Bidaio. XVIII. Ponte Aet XX.
Regino. XXII.	XX. XII.	Isunisca. Bratananio.	Isinisca.	Isinisco.
Arusena. III.	XII.	Urusa.	XXXII.	XXXII.
Celeuso. VIII.	XIII.	Abodiaco.	Ambre.	Ambre.
Germanico.	XVIII. XX.	Escone.	XXVII.	XXVII.
	XVIII.	Camboduno.	AugustaVindelicum.	Augusta V delicū
	XXIII.	Navoae.	XXV.	XXV.
	XVIII.	Rapis. (Augusta.Vin- delicū) *.	Rostro Nemaviae. XXXII.	Rostro Nei viae. XXXII.
	XXIII.	Viaca.	Campoduno. XV.	Campodur XV.
	XV.	Vermania.	Vermania. XXIII.	Vermania.
	VIII.	Ad Renum. [cf. ad p. 103*. y. 6.]	Brigantia.	XXIII.
	X.	Brigantio.	XX.	Brigantia.
	XXI.	Arbor felix.	Arbore felice. XX.	
		Ad fines.	Ad Fines.	

*) Hoc nomen aedioulis superscriptum huc non pertinere videt
sed ad superius iter a Regino Augustam Vindelicum. Hoc iter a Ca
boduno Brigantium nec Mannert. III. p. 604. recte explicat.

N T O N I N I A V G V S T I

p. 249. sqq.	p. 256. sqq.	p. 259.	
<i>a Tauruno in Gal- lias . . .</i>	<i>A Lauriaco Veldi- dena M.P. CCLXVI.</i>	<i>A ponte Aeni ad Castra M. P. CL. sic:</i>	<i>A ponte Aeni Veldidena M.P. XC. sic:</i>
Boiodoro.			
XXIIII.			
Quintianis.	Iovavi.		
XX.	XXXIII.		
Augustis.	Bidaio.		
XXIIII.	XVIII.		
Regino.	Ponte Aeni.		
XX.	XX.		
Abusina.	Iainisco.		
XVIII.	XXXII.	XLIII.	
Vallato.	Ambro.	Turo.	
XVI.			
Summantorio.			
XX.	XL.		XXXVIII.
Augusta Vin- delicum.		LXIII.	Albiano.
XXII.			
Guntia.	Ad pontes Tessenios.		XXVI.
XVI.	XX.	Iovisura.	Masciaco.
Celio monte.	Parthano.		XXVI.
XIIII.	XXIIII.		Veldidena.
Campoduno.	Veldidena.	LXII.	
XV.			
Vemania.			
XXIIII.		Ad Castra.	
Brigantia.			
XX.			
Arbore felice.			
XX.			
Finibus.			

Raetia Transdanubiana, i. e. in sinistra Danubii ripa sita, cum haec Notitia componeretur, in Germanorum potestatem redierat, neque Alamannicis expeditionibus eam recuperare valuerunt Romani; unde non est quod de limite vallove Transdanubiano verba faciamus, de quo, ut vetustiora scripta omittam, videndi sunt Schoepflin. Als. ill. I. p. 241. sq., I. A. Buchnerus „Reise auf der Teufelsmauer, . . . üb. d. Ueberbleibsel der Röm. Schutzanstalten im jenseits der Donau gelegenen Rhätien. Mit . . . Karte und Plan. Regensb. 1818. 1821. 1831. 8°. Iul. Leichtlen. Schwaben unter den Röm. Freib. im Breisg. 1825. 8°. p. 1...9., et v. Raiser. Der Oberdonau-Kreis fascic. III. Augsb. 1830...32. 4°. II. p. 61. sqq. et passim, Ukert. Germania. Weimar. 1843. 8°. p. 267. sqq.

— §. 8.] De Stablesianis vide ad p. 31*. §. 25., p. 32*. §. 15. — *Augustanis*] Augustam Vindelicorum (*Augsburg*), de qua supra p. 348*. ad p. 48*. §. 2. sq. dictum est, indicari putaverunt Pancirolus, A. Roschmannus (Veldidena, Ulm. 1744. 4°. c. VII. p. 23. 25.), Wersebe p. 275. not. 387. n. 1. Rectius alii cum Surita de *Augustis* It. Ant. p. 249. fere mediis inter Quintiana (cf. ad sq. §. 17.) ac Reginum (*Regensburg*), XXIII M. P. ab hoc, a Boioduro XLIII M. P. remotis, sumpserunt. Lazii (Comm. rei p. Rom. XII. 6, 8.) opinionem de his castris in Gastanio „veteri voce Latina detruncata ac prima syllaba dempta“ (*Gastein*) regionis Salisburgensis intra montes quaerentis speciminis caussa referenda est: scire velim, cui bono in loco inaccessu castra haberi potuissent; scilicet ut milites lavarentur? Simlerus hodie *Azelburg* dici annotavit; Cluverius autem (c. 4. p. 19.) „quidam volunt esse hodie vicum *Gaisting*, XI M. P. infra Reginum, haud procul Danubio situm. quibus ego reclamare nolim; quando situs et nomen haud male congruunt: nam millium numeris non semper fidem esse habendam iam dudum patuit“. Cellarius quoque (I. p. 418. §. 15.) numerum XXIII nimium esse putat; sed tum illa XLIII M. P. in Boiodurum Augusta quoque non sufficere haud observavit. Mannertus contra (III. p. 622.) pro XXIII legi XXVIII

vult locumque cum Simlero in hod. *Azelburg* prope *Straubingam* quaerit; item Muchar. *Norik*. I. p. 285.; et Hasselius (*Erdbeschr. v. Deutschl.* part. I. Vinar. 1819. 8°. p. 174.) de hoc oppido, Castra Augustana ibi stetisse affirmat. Nec multum abeunt cum Buchnero Reichardus aliique: ille (*Gesch. v. Baiern.* part. I. p. 51. et part. II. fol. ult. *Regensb.* 1820. sq. 8°.) Augustana castra *an der kleinen Laber* prope *Geiselhöring*, hic, Buchneri sententiam in *Münchn. lit. Zeit.* n. 11, a. 1819. secutus, „inter *Rinkham* et *Ating*“ fuisse scripsit. Rem absolvisse atque ut Itinerarii, ita Tabulae quoque *Peut.* numerorum indicationem satis defendisse videtur Mussinanus ap. Raiserum *Der Ober-Donau-Kreis im Königr. Bayern.* *Augsb.* 1831. 4°. part. II. p. 7. not. 16. cit., cum illa castra in loco *Ast*, cui *Awosten* s. *Austen* nomen in diplomatis medii aevi est, usque ad vicum *Alburg* s. *Allburg* *Straubingae* proximum fuisse demonstraret, testimoniis usus castrorum Romanorum superstitum, columnarum, armorum, supellectilis, nummorum ibi repertorum. (A Raiserum citatis *Hormayr.* in ephemeridib. *das Inland* dictis, 1830. n. 103. p. 411. sqq. et Buchner. *Reisen auf der Teufelsmauer* 1831. fasc. III. p. 9. adde comment. *Mulzeri* ad p. 100*. §. 11. indicatam). *Lapieus* p. 73. habet „Augustis (al. Augustanis) *Greulsparg*, quem locum ab oppido *Landau* ad *Isaram*, quod eidem *Quintiana* est, XX, a *Ratisbona* XXIII M. P. remotum indicat.

— §§. 9. sq.] *ponte aeni ABCD*, *Ponte aeni aa*, *Ponte oeni* *E(?)det*, *Ponte-Oeni* ff. *Lazius* (XII. 6, 9.), *Simler.* ad *It. Ant.* l. c., *Velser.* *Rer. Boic.* l. III. (Opp. p. 90.) et *Rennerus* („*Alt-Oettinga*“) pro *Oettinga* (*Huodinga*) ad *Oenum* sumentes locum ostiis propiorem quam fuit fecerunt, ut *Pancirolos* fonti, cum suaviter annotaret: „Hi in *Oeni* [*Inn*] fluminis, quod *Salsam* [*Salzach*] vocant, *Ponte* habitant, ubi nunc est *Oenopōs*, vulgo *Ispruch* dictus, postea ad *Febiana* castra sunt translati. *Ptolomaeus* *Pheniana*, nunc *Laubianum* appellant. Sunt inter *Danubium* et *Lycum* fluvium. *Oenus*, ait *Tacitus*, *Rhetos* *Noricosque* interfluit“. *Cluverius* l. c., cui adstipulatus est *Wersebe*

l. c., *Allen-Hohenau*, vicum in dextra Oeni ripa, III fere M. P. supra oppidum *Wasserburg* (Hassel. p. 166.) conditum, Lapius hoc ipsum oppidum esse putarunt. Ceteri quos inspexi, praeter *Muchar. Norik.* I. p. 283. sqq. qui hunc pontem *Ennsdorf bey Kraiburg* interpretatur, consentiunt omnes recentiores esse *Pfunzen* s. *Pfünzen*, circiter VI M. P. supra illum vicum, III fere M. P. infra oppidum *Rosenheim* (cf. Hassel. l. c. p. 160., qui Romanorum operum vestigia ibi superesse testatur) situm. cf. *Buchner.* l. c. p. 71., *Mannert.* III. p. 627., *Reichard., Raiser.* l. c. p. 7., *Georgii II.* p. 230. Ad dextram Oeni est *Pfunzen*, ad sinistram *Längen-Pfunzen*. Vocabulum ipsum ex veteri nomine transformatum esse apparet. — *nunc*] Septies hoc vocabulo utitur *Notitia* (p. 92*. §. 24., p. 95*. §§. 6. 8. 25., p. 96*. §. 1., h. l. et p. 102*. §. 3.) ita, ut translationem stationis indicaret, sed incertam relinquo, utrum alternationem inter duo castella, an prioris perpetuam relictionem. eos vero errare apparet qui hoc adverbium ad locorum nomina trahendum esse horumque eodem mutationem indicari opinantur. — *Febians ABCD, Febians* ad. Panciroli explicationem modo rettulimus. *Ptolemaei Oviava* cum *Pisanis* Raetiae Primae infra (§. 29.) recensitis idem castellum fuisse ego quoque censeo; haec *Febiana* in Raetia Secunda quaerenda sunt (cf. annot. ad p. 99*. §. 22.). *Rennerus* cum *Rhenano* et *Cluverio* *Febiana castra* in *Babenhausen* ad *Guntiam* amnem (Hassel. p. 284.) collocavit; *Mannert.* p. 627. *Febianas* (nam *Febianae* scripsit) sibi incognitas esse dixit, sed p. 630. teste adducto *Limbrunio* (in *Abhandll. der bayer. Acad. der Wissenschaften* vol. II. p. 133.) vestigia viae munitae, pontis; castelli cum muris ac fossis in itinere ab *Iuvavio Veldidenam* (It. Ant. p. 256. sqq. supra transcr.) prope vicum *Grünwald*, qui III fere M. P. supra *Monachium* in dextra *Isarae* ripa situs est (Hassel. p. 157.), reperta *Febianis* attribuit. Longe aliter *Buchnerus*, quem *Reichardus* sequitur, l. p. 73. ea castra in itinere a *Campiduno* (*Kempton*) ad lacum *Brigantium* (*Bodensee*) in *Viava*, *Ptol. Oviava*, non procul ab oppido *Memmingen* quaerenda esse coniecit et in indice

exhibuit „Febiana, *Faimingen*; Finiana, *Finningen bei Ulm*“; atque sic in topographica delineatione libro adiecta *Via* hodiernae Memmingae, *Finiana* hodierni *Finningen* prope Ulmam locum obtinent. Leichtlen. (*Schwaben unter d. Röm.* 1825. 8^o.) p. 207. habet „Pomo, *St. Faimingen*“; locus *Pomone* Tab. Peut. III. B. a *Pomona* dictus fuisse videtur, ut istud vocabulum pro *Pomonae* accipiendum sit. Raiserus l. c. §. 3., ut alias a Panciolo sese decipi passus est, ita haec quoque Febiana cum infra (p. 102*. §. ult.) positus Pinianis confudit, quae ipse quoque pro hod. *Finningen* accepit. cf. eund. II. p. 8. sqq. et *Röm. Alt. z. Augsb.* p. 57. not. 87. et p. 58. Usque dum certiora docebuntur, Limbrunio Mannertoque accedimus.

PAG. 102*. §. 1.] sub *Montorio A*, *Submontorio CCa*“; *teff*, *submontorio a*“; *Sumuntorio* Velser. l. c. De *Sumuntorio*, etiam It. Ant. p. 250. memorato, XX M. P. ab Augusta Vindelicum, a Vallato (*Manching*, cf. sq. annot.) XVI M. P. remoto, multus est Raiserus l. c. fasc. III. p. 48...60.; refert Simlerum, Cluverium („supra oppidum *Hohenwart*“), Cellarium, Falkensteinium aliosque recentiores multos, quibus etiam ipse Raiser. *Röm. A. z. Augsb.* p. 38., Rennerus, Wersebius, Mucharius addi possunt, locum in hod. oppido *Hohenwart* ad Paar fl. (*Hassel.* p. 158.), Schönwisnerum autem paullo altius ad eundem fluvium in oppido *Schrobenhausen* quaerere. Nimis ab Augusta Vindelica, si unico de situ testi, Itinerario, fides habetur, locum removet Mannert. III. p. 625., cum in hod. opp. *Reichertshofen* infra *Hohenwart* (*Hassel.* p. 278.), contra Lapius nimis a Vallato remotum Augustae plus iusto appropinquavit, cum in vicum *Kühebach* (*Hassel.* p. 271.) collocaret. Buchnerus in libro *Baier. Gesch.* II. p. ult. Submontorium *Hohenwart* interpretatus est, sed postea in libro *Reisen auf der Teufelsmauer* 1831. fasc. III. p. 21. 37. castellum in loco infra montes apud Neoburgum ad Danubium, *Ripam Primam* (cf. §. 6.) in castris vallisque inter Neoburgum et locum ad Danubium, contra quem in sinistra fluminis ripa *Stéppberg* est, quaeri voluit, et hanc opinionem etiam Reichardus suam fecit. Rai-

sero de situ Submuntorii disputanti * accedendum esse seo, qui haec loca singula accuratius descripsit et de castellis, eoremque vestigiis superstitibus egit.

— §§. 2...4.] Legio III. Italica, quam supra p. 24 p. 26*. §. 28. attigimus, in Raetiis inde a M. Antonini tempore tetit, ut Dio Cass. ad p. 99*. §§. 28. sq. transcr. et magnalorum copia ostendunt, quorum συλλογὰς dant Lazius (C rei p. Rom. V. 10. „De legionibus Romanis iuxta tern

*) Pag. 49. l. c. „Ich halte dafür: dass die Station Summor des Itinerars derselbe in der Notitia vorkommende Ort Submun sey, dass jedoch später, als die Römer von den Deutschen wieder das rechte Donau-Ufer zurückgedrängt waren, diese Römer-Station weitere Ausdehnung erhalten habe, und namentlich durch die Burg Castra in der Uferlinie von Neuburg, Altenburg, Kaiserburg, u dem diesseitigen Stepperg unter der früher nicht vorkommenden Ripa prima augmentirt worden sey; wie damals ähnliche rische Linien auf den Ufer-Anhöhen gegen die Donau jenseits der durch Parradunum, dann der Donau nach abwärts durch die Cas der Abens, die Castra Augustana, die Castra Quintana und die Batava, angelegt wurden. Das ganze System dieser Reihen- u militärischen Linien zwischen der Iller, dem Lech und Inn gegen Donau bildete ein grosses, in den von Bergen entblösten geograph Lücken mit starken Vestungen wie Drusomagus und Vallatum ausgefülltes Ufer-Vertheidigungs-Werk. Dann halte ich ferner dass das Summontorium des Itinerars nicht zu Feldkirchen bei N oder in Neuburg selbst, sondern auf den rückwärtigen Höhe-Punkt Umgegend zu suchen sey, welche in der bezeichneten Entfernung bis 6 Stunden [XVI M. P.] von Manching, und von 8 Stunden [P.] von Augsburg lagen, und die eine aus mehreren Theilen best Station bildeten, dass somit Ripa prima nicht für identisch, od untrennbar zusammenhängend mit dem Summuntorium der Notitia genommen werden könne; dass endlich eine rückwärts von dieser Donau-Ufer-Linie gelegene zweite Linie von Lager-Stätten auf Anhöhen, welche zwischen Wächtering westlich, und Walda östlich 2 nördlich ausgelaufenen horizontalen Seiten-Linien aufzufinden in Summontorium des Itinerars sey, wohin die Entfernung von Va und Augusta Vindelicum auch genau zutrifft“.

numerum“, ed. Francof. 1598. fol. p. 534. sqq., coll. lib. XII. passim), M. Velserus (Antiqua quae Aug. Vind. extant monumenta, post Rer. Augustanar. libb. VIII.), Raiserus (*Röm. A. z. Augsb. et Der Ober-Donau-Kreis* fasc. III., ex cuius descriptione monumentorum Romm. Aug. Vind. huic recentiori libro adiecta p. 61. sqq. ad leg. III. Ital. pertinent numm. 14. 51. 54. 59. 61. 67. 69. 71. 72. qui tituli in adiectis tabulis aeri incisi sunt). Idem ibid. p. 38...42. de monumentis Romm. Ratisbonensibus tractavit, inter quae numm. 1. 11. 12. 13. 16. ad illam legionem pertinent. sed in duobus latericiis lapidibus Ratisbonensibus (n. 3.) legi LEG. III. ITAL. tradit, ablegans lectorem ad Zirngibl. comm. in *Abhandll. der baier. Acad. der Wissensch.* vol. II. Monach. 1813. 4o. p. 242. Non nullas ex his inscr. recepit etiam illustravitque Orellius locc. supra citt. Cum Boiis iam a. u. 556. sq. sub eorum regulis Corolamo et Boiorige aspera proelia priores duas quartamque legiones pugnasse refert Liv. XXXIII. 36. XXXIV. 46. sq. — *partis superioris] superiorum* aa. cf. annot. ad p. 92*. γγ. 1. sqq. — *Castra Regina] Regino* Surita ad It. Ant. p. 250. legi voluit. perperam. Ut a Mogono s. Moeno Mogontiacum, ita a Regino s. Regano (hod. *Regen*) fl. Reginum s. Regina castra, *Regensburg*, appellaverunt. *Radasponae* vocabulum octavo saeculo primum usitatum, unde *Ratisbona* venit, apud Romanienses omnes Germanico Reginoburgi nomini derogavit. In Einhardi Annal. ad a. 792. ‘Reginum Baioariae civitas’, saepius autem *Reganesburg* vocatur. ceterae in tomo I. Monumentor. Germ. obviae nominis formae hae sunt: *Radasbona*, *Radesbona*, *Radespona*, *Radisbona*, *Ratisbona*, *Raganesburch*, *Raganesburg*, *Raganespurc*, *Ragenisburg*, *Ragnisburg*, *Rainesburgum*, *Reganesburc*, *Reganesburg*, *Reganespuruc*, *Regensburg*, *Regenespurc*, *Reginisburch*, *Reginisburg*, et Urbs regia. Nomina *Hyetopolis*, *Hyaspolis*, *Imbropolis*, *Urbs quadrata* et similia male conficta; *Ratisbona* (ratibus bona s. a ratibus ponendis), *Raetabona* (a Ractia) pueriliter explicata; *Tiburnia*, *Teurnia*, *Colonia Tiberia Augusta* s. *Quartanorum*, *Colonia Quartanorum* per ἀνωτορησίαν adsumpta

sunt. neque Ptolemaei (II. 11 [13].) Ἀρτόβριγα Vindeliciae παρὰ τὸν Δανούβιον πόλις, quod Mannert. III. p. 619. sqq. fecit, ad Reginum referenda est, ut ille quidem vel ex Tab. Peut. III. C., ubi *Artobrige* XVI M. P. ab *Ivano* remota legitur, vidisse debebat. Cf. Cluver. l. c. p. 18., Cellar. I. p. 418. §. 14., Büsching. VII. ed. VII. p. 837. sq., Hassel. p. 189. sq. et impr. Raiser. l. c. qui p. 37. sq. aliorum de Reginoburgo scripta recenset. — *superiorum*, ut solent, aa. Fortasse h. l. *Inferioris* legendum est: nam *Partis Superioris* sub sequenti Praefecto mentio fit ac *pro parte media* eiusdem legionis portio sub tertio ab hoc Praefecto praetendebat. — *nunc*] cf. ad superiorem γ. 10. — *Vallato*] Simler. *Veilenbach* [*Fählenbach*, 1 mil. geogr. ab oppidulo *Geisenfeld* ad *Ilm* fl.], item Cluver. l. c. p. 19. „supra opidum *Geisenfeld*“ (cf. Hassel. p. 158.) esse scripsit, et hunc sequuntur Cellar. I. p. 420. §. 19., Rennerus, Wersebe l. c. alii. Mannert. III. p. 625. contra It. Ant. numeros [cf. supra ad γ. 1.] locum supra *Schrobenhausen* l. hor. merid. vers. ab hoc oppido fuisse opinatus est, Leichtlen. p. 208. et Muchar. I. p. 285. in hod. *Wal s. Wahl* ad *Ilm* fl., Lapius in *Bornbach*. sed post Buchnerum, Reichardum, Reisachium, Stichanerum, Grasseggerum ap. Raiserum l. c. p. 44. citt. Vallatum in reliquiis valli, quae a vico *Manching* ad *Paar* et *Sandrach* rivos prope Danubium confluentes, fere in medio inter *Ingotstadium* et *Geisenfeld* sito versus eorum tendunt, quasque accuratius descriptas et depictas proposuit Raiserus *, superesse constat.

*) Raiser. p. 45. „Nach Grassegger und Buchner ist bei Manching in der [mit dem It. Ant. p. 250.] zutreffenden Entfernung von 18 röm. Meilen (7 geometr. Stunden) von den Lager-Stätten an der Abens [Abusina], und von 20 röm. Meilen (oder 8 germ. St.) von Summuntorio ein grosser, in seiner zirkelförmigen Circumvallation 1 deutsche Meile, im Durchschnitt aber $\frac{1}{2}$ Stunde betragender Wall sichtbar, in dessen Gräben, wie der Name Pfahl beweist, ehemals Pfähle oder Pallisaden stacken, und der durchaus noch 8 bis 10, und an einigen Stellen noch 18 bis 20 Fuss hoch ist“. Vocabulum *Pfahl* male hic intellectum esse vix est

— ¶. 5...7.] *Italiae C.* — *superiorum* aa. cf. superiorem annotationem. — *deputata ABCDaa.* Cf. ad Not. Or. p. 235. not. 11. et p. 397*. ad Not. Occ. p. 55*. ¶. 8. et impr. Gothofr. ibi cit., ex quo haec ad h. l., quamvis ad eum Gothofredus non respexit, omnino pertinent: „*Deputati* autem, quae vox in re militari propria fuit (L. 17. Th. C. de re mil. VII. 1., L. un. Th. C. de lusor. Danub. VII. 17., L. 10. Th. C. de decurionib. XII. 1.) seu locati positique milites erant, vel ad provisionem et curam, quae vox et ipsa propria est, tuitionemque et munitionem limitis et fossati, ad timoris suspicionem amoliendam, ut Gentiles L. 1. Th. C. de terris limitan. VII. 15. In limitibus imperii (L. 15. Th. C. de erog. mil. annon. VII. 4.), veluti in Rhetico limite (LL. 15. 18. Th. C. de e. o. s. sord. mun. XI. 16.), unde Limitanei milites et Limitanea militia (L. 30. Th. C. de erog. VII. 4., L. 56. Th. C. de decurion. XII. 1.). Stationesque certae horum militum erant (L. 12. Th. C. de erog.) seu per Stationes locati milites, in locis quibusdam praetendebant. (L. 1. Th. C. de comteatu VII. 12.) Aliis fluminum nominatum limitaneorum custodia commissa erat, veluti Rheni (L. 9. Th. C. de re mil.), in ripa per Cuneos et Auxilia constituti (L. 7. Th. C. de tironib. VII. 13.), unde et Riparienses seu Ripenses dicti“ et r. Panciroli verba haec sunt: „Haec [legio] tuebatur primam ripam Danubii, apud Submuntorium in parte superiori, et erat pars praecedentis legionis“. Hanc *Ripam Primam* Buchnerus *Neuburg, Altenburg, Kaiserburg, Stettberg, Leichtlen, Berbach* interpretantur; Buchnero consenserunt Grasseggerus ac Raiserus qui III. p. 48...55. de castellorum ibi superstitionibus reliquiis fusius egit. — De *Submuntorio* (*Submuntorio Ca⁷, eff*) paullo ante tractavimus.

— ¶. 8...10.] *Legionis* omisit A. — *terciae D.* — *pro parte media*] Uno h. l. *mediae* partis s. pedaturae, castellorum, fossatorum aliarumve munitionum velut serie cohaerentium

quod exprimamus: non a palis sed ab ipso vallo (*Wall*) deducendum est, enatum ex ignorantia quae docta videri vult.

mentio fit. cf. ad voc. *Superioris* y. 3. supra annotatum. Praefectus legionis Cambiduni stativa habuit; praetentura a Vimania usque ad Cassiliacum extensa fuit. Quasi tumultuarie errores cumulat Pancirolus, sic: „Pf. leg. III. Ital. pro parte media praetendentis a Vim. Cass. usque Cambiduno insidebat, nunc Munchen vocant. [De hoc errore a Pancirola non excogitato cf. Büsching. VII. ed. VII. p. 742. et Raiser. I. p. 45.] Campodunum legunt Strabo, Itinerarium et Ptolomaeus. A Duno Moesiae Secundae oppido nomen est compositum, sicut Noviodunum, Parrodunum infra sub hoc Duce. Sunt haec loca inter Lycum et Oenum [immo, sunt omnia versus occidentem a Lyco, in Wurtembergico circulo Danubii superioris], non longe a Paeonis Alpibus. Excubabat haec legio in castris a media parte itineris (!) a Vimania Cassiliacum usque“. Et sic Raiserus (*Röm. Alt. in Augsb.* p. 56.) verba *pro parte media* vertit: *für das Mittelland, dessen Bezirk von Wangen bis Kesselburg reichte*“. — praetendent $\Lambda\epsilon\Delta\epsilon$, praetendens θ , praetendente. id est contra Alamannos. cf. Ambrosii locum quem ad cap. XXVII. supra exhibuimus. Praetendere et Praetenturas vocabula artis militaris esse satis constat, de quibus egerunt Turneb. *Adversarior.* III. 7., Lindenbrog. ad *Amm.* XIV. 2, 4. et Vales. ad eund. XIV. 3, 2., Stewech. ad *Veget.* I. 1. et 3., P. Pithoeus *Adversarior.* I. 14., C. Barthius *Adversarior.* XLVII. 1. p. 2183. sq. atque Schel. in notis ad Hygin. (*Graev. thes. antt. Romm.* X. 1047. sq.), quorum commentaria et si qua alia sunt ab ipso non laudata Gothofr. in suo comm. (quem auctum infra * repeti curavi) ad L. 1. Th. C. de comiteatu VII. 12. componendo adhibuit. Quae Constantini A. constitutio, paullo immutata

*) „De praetenturis . . . Ita panegyrico Incerti, quem dixit Constantino c. 21. *‘Iam oblitis deliciarum Circi maximi et Pompeiani theatri et nobilium lavacrorum Rheno Danubioque praetendunt’*. Praetentura in Glossis Philoxeni *‘προβολή, ἐπιτελισμα’*, a verbo praetendere, quod est ante tendere. [Hanc vocem videtur mihi Zosimus exprimere voluisse, cum scribit IV. 10. τὸ μὲν στρατόπεδον τῆ ὄχθῃ τοῦ Ἰστροῦ

L. 1. Iust. Cod. de comœatu XII. 43., egregie ad hunc Notitiae locum facit; est autem haec: „Ne cui liceat Praeposito-

συμπαρείνας. Vales. l. c.] Harum frequens mentio extat apud Ammianum: ut lib. 14. c. 2[4]. *‘ibique, densis intersaepientes itinera praetenturis provincialium et viatorum opibus pascabantur’*. ibid. c. 3[2]. *‘Mesopotamiae tractus crebro inquietari sueti praetenturis et stationibus servabantur agrariis’*. lib. 16. c. 11[14]. *‘Dum castrorum operamature consurgunt, militisque pars stationes praetendit agrarias’*. lib. 19. c. 13[1]. *‘Praetenturas militum ut montani fallentes, perque rupes et dumeta ex usu facile discurrerent’*. Et lib. 21. c. 13[3 et 4]. *‘Arbetionem et Agilonem... militiae magistros cum agminibus maximis properare coegit, non ut lacesserent Persas in proelia, sed praetenturis iuncturos citiores Tigridis ripas et speculatores quonam rex erumperet violentus. dumque conlimitia iussa custodiunt duces et occulta fallacissimae gentis observantur, agens ipse cum parte validiori exercitus curabat urgentia, velut pugnaturus oppidaque tuebatur excursu’* et c. Et lib. 25. c. 4[11]. *‘salubriter et caute castra metata, praetenturae stationesque agrariae tutis rationibus ordinatae’*. Et lib. 29. c. 5[5]. *‘Romanum (Theodosius mag. eq.) misit ad vigilias ordinandas et praetenturas’*. Denique lib. 31. c. 8[3. 5. et 6.], ubi de praetenturis in limite Scythico, pariter ut h. l., tractat, *‘Saturninum’* inquit *‘equestris exercitus ad tempus cura commissa, suppetias Traiano ferentem misit et Profuturo’*. et mox *‘Quo cognito Saturninus (iam enim aderat. et praetenturas stationesque disponebat agrarias) paulatim colligens suos digredi parabat, consilio non absurdo: ne subita multitudo uti amnis impulsu undarum obicibus ruptis emissus convelleret levi negotio cunctos, suspecta loca accuratius [diutius Amm.] observantes. Deinde post reseratas angustias abilitumque militis tempestivum incomposite, qua quisque clausorum potuit, nullo vetante turbandis incubuit rebus et vastabundi omnes per latitudines Thraciae pandebantur impune’*. Ex his omnibus Ammiani Marcellini locis... liquido colligi potest, quidnam fuerint *Praetenturae*: nempe praetenturae fuerunt agmina militum sive Peditum sive Equitum, qui non pro castris, ut quidam opinantur [Valesium l. c. voluit], securitatis causa, quod faciebant quae praesidia et praesiderè [cf. supra p. 91*. γ. 27.] dicebantur; verum per suspecta hostibus loca ordinabantur, disponebantur, dispergebantur speculaturi, ne qua hostis perrumperet atque in id modo huc modo illuc discurrerent. [Bene Schelius etiam l. c. „praetenturae et agrariae et sta-

323.]^a. — *Vimania*] *Avimania* λ , inde à *Cumania* aa. *Vemania* It. Ant. et Tab. Peut. ll. citt. et Velscr. l. c.; Simlef. „*Vemania* vel *Veniania*: Ptol. *Viana*: lib. Notit. *Viniania*, *Wangen*“, et paullo post: „*Vemanie*, rectius *Meuania*“. Surita *Nimavia*. M. Velscrus (Opp. p. 781.) *Memmingen*' esse opinabatur. *Vemania* vel *Nemavia* dedit Rennerus, quocum Buchnerus locum hod. oppidum Wurtembergicum *Isny* ad *Isnam* (Hassel. p. 656.) esse interpretatus est; cum Simlero ac Clüverio *Mannertus*, *Leichtlenius*, *Lapieus*, alii pro vicino oppido *Wangen* (Hassel. l. c.), *Reichardus* pro Bavarico oppido *Immenstadt* (Hassel. p. 276.), *Stichanus* pro vico Bavarico *Wengen* inter oppida *Isny* ac *Kempton* sito sumpserunt. *Raiser*. I. §. 15. (cui accessit etiam *Georgii* II. p. 231.) demonstrat praetorium in opp. *Isny* stetisse, cum castris turribusque ad rivos hodiè *Obere* et *Untere Arge* vocatos, qui iuncti prope *Langenargen* in Brigantium lacum exeunt, ita ut castrorum *Vemaniorum* situs a supra nominatis scriptoribus praeter *Reichardum* omnibus recte definitus fuisset. sed vereor ne invitis grammaticis *Raiserus* dixerit „nach keltischer Wort-Analyse liegt in dem Worte *Vemania* der Sinn eines verheerenden (argen) Gebirgs-Flusses“. utrum vero idem de loco *Castrorum Vemaniorum* (sic enim vult; mihi *Vemaniae* nomen vel ex hac Notitia defendendum esse videtur) recte descriptionem * adiecerit necne,

*) Unter diesen Castris *Vemaniis* war nun *Issny* und seine nächste Umgebung das praetorium; es gehörten aber auch noch *Gestraz* (von dem lat. Wort *Castrum* oder *Castra* abzuleiten) [quod negaverim: nomen in mentem revocat *Viaca* Tab. Peut. l. c., quod cum loco qui *Ptolemaeo* *Oúxos*, non cum eo qui eidem *Oúáya* dicitur, fortasse componendum erit.] mit der *Alten- und Thalendorfer Burg*, die *Castra* und *Römer-Thürme* bey *Wangen*, und jene bey dem Dorfe *Wengen* in der *Grafenschaft Trauchburg*, und die verschanzten *Wacht-Thürme* zu *Sirgenstein*, *Alt-Trauchburg*, *Burgwang*, und vielleicht noch andere *Burgstellen* bey *Gestraz* zu diesen röm. Lagern. Zu *Wangen*, *Sirgenstein*, bey *Issny*, und zu *Gestraz* waren insbesondere auch die durch *Brücken-Köpfe* geschützten *Fluss-Uebergänge* zu bewachen“.

equidem aliis pervestigandum relinquere debeo. — *Cassilia-cum usque*] *Cassa-|lia Cumusq;* Α, *Cassilia cum usque* a¹¹,¹², *Cassilia usq;* Ε. *Cassiliacum* Mannertus III. p. 604. in opp. *Isny*, Buchnerus in *Kesselbrunn*, Wersebius, Reichardus, Leichtlen. et Georgii II. p. 231. in *Kisslegg* (Hassel. p. 656.), alii sec. Raiser. I. p. 37. not. 59. in *Kesselburg* apud *Warthausen* (Hassel. p. 644.), alii in vico *Römer-Kessel* apud *Epsach* ad *Licum* [!], alii in contiguis castris, turribus propugnaculisque ad *Iller* fl. quaerendum esse putaverunt. Maxime pro vico *Kisslegg* situs ac nomen loci certare videntur, ut itaque praetentura a *Vermania* *Cassiliacum usque* per XX fere M. P., non adnumeratis vallium montiumque ambagibus, extenderetur. Vide etiam additamenta ad Raiserii librum *Auszüge aus den... Beiträgen zu Beschreibung... des Ob.-Donau Kreises*. 1829. 4^o. p. 27. sq. — *Cambidano* ΑΒΕΘ, *Campiduno* αα, *Camboduno* Velsér. Strab. IV. 4. p. 206. (ed. Amelov. p. 316.) „*Kai oi Estitwves δὲ τῶν Οὐνδελικῶν εἰσι, καὶ Βριγάντιοι καὶ πόλεις αὐτῶν Βριγάντιον καὶ Καμπόδουρον καὶ ἡ τῶν Λικαυτίων* [ad *Licum* fl. populi] ὡσπερ ἀκρόπολις *Δαμασίᾳ*“. De Ptol. II. 11 (12). qui *Καμβόδουρον* *Vindeliciae* quidem adscripsit, sed nimis versus orientem collocavit, cf. Mannert. III. p. 605. contra *Velserum* Opp. p. 781. aliosque. *Campoduno* It. Ant. ter II. cit., *Camboduno* Tab. Peut. I. c. et *CAMB* habet lapis miliar. a. p. Chr. 202. positus, olim in oppido *Isny*, deinde *Cambiduni*, nunc *Augustae Vindel.* servatus, quem, ut recentiores omitam, etiam *Gruter.* 157, 8. exhibet, sive *Cambiduno* s. *Camboduno* legas; *Campidona* et *Castrum Campidonense* in vita S. Magni saec. VII. scripta apud *Wesseling.* ad It. Ant. p. 237., sive ap. *Raiser.* I. c. I. p. 42. not. 66., „ubi repererunt oppidum valde formosum, sed in toto desertum“. Consentunt fere omnes hod. *Bavarium* oppidum *Kempten* ad *Iller* fl. esse. Priores in *München* (cf. init. hui. notae), *Velserus* (Opp. I. p. 781.) in *Freysing*, *Limbrunnus* apud *Strasslach* ad *Isaram* fl. quaeri volucrant, *Ptolemaei* indicatione decepti. Cf. praeter scrr. citt. *Cluver.* I. c. p. 14., *Cellar.* I. p. 415. §. 10., *Leichtlen.* et *Wersebe* II. citt.,

Karreri *Beschreib. u. Gesch. der Alt-Stadt Kempten. Kempt.* 1828. 8°. aliosque scriptores ap. Raiser. I. p. 40. recensitos, qui ipse uberius de antiquitatibus Cambidunensibus egit.

— γ. 11.] *Ursariensium* h. l. omnes. cf. supra p. 246. sq. ad p. 27*. γ. 8., ubi etiam Geogr. Rav. V. 24. memorandum erat, qui *Ursariam* insulam inter Pullariam et Cervariam habet. Pancirolus ad h. l. ut inter duos errores eligi posset, „Ursa“ annotavit „Picenorum est civitas; et urbs in Hispania, unde hi milites sunt extracti“; posteriorem Raiserus II. p. 20. not. 48. et *Röm. A. z. A.* p. 57. elegit. — *Gunciae* β. Ex It. Ant. p. 250. apparet esse hod. oppidum *Günzburg* ad confluentes *Guntiam* Danubiumque (Hassel. p. 274.), ut cum Rhenano etiam interpretes ad It. Ant. I. c., *Leichtlenius*, *Wersebius*, *Raiserus* II. §. 6., *Georgii* II. p. 232. et *Lapieus* volunt. *Velseri*, *Cluverii* (p. 15.), *Cellarii* (I. p. 416. §. 12.) *Mannertique* (III. p. 606.) opinionem esse hod. *Obergünzburg* s. *Günzberg* prope *Guntiae* fontem (Hassel. p. 279.), ipsi *Itinerarii* numeri refellunt. *Buchnerus* habet: „*Guntia*, *Gunzelech am Lechfeld*“, et „*Guntia*, *Untergünzburg*“; *Reichardus*: „*Guntia*, *Ober-Günz*“. *Raiserus* I. c. de Romanorum castrorum aliisque reliquiis *Guntiae* adhuc exstantibus fusius egit, scriptaque non nulla ad oppidi historiam pertinentia recenset idemque peculiarem commentarium inscriptum *Guntia u. merkw. Ereignisse der Donau-Stadt Günzburg . . . u. der Markgrafsch. Burgau. mit 8 Kupfert. Augsb.* a. 1823. 4°. edidit. Danubii Transitum *Guntiensem* memorat *Eumen.* supra p. 755*. transcriptus.

— γγ. 12. sq.] *ῥαε* β, *terciae* δ. — *transuactionis petierum* ε, *spetierum* etiam α. *Species* eo sensu quo h. l. et passim in constitutionibus impp. et ipsis *ICTorum* scriptis accipiendae sunt, in vulgaribus *L. L.* lexicis non recte definiuntur. cf. autem *Gothofr. Glossar. nomic. Cod. Theod. h. v.* et *Dirksen. Manuale Latinitatis h. v. §. 4.* Ille res sive corpora quaecunque esse dicit, „quorum usus est aliquis in humana conversatione, et quidem quae vel tributi vel annonarum nomine fisco penduntur“; ut *annona*, *vestes*, *equi*, *acs*, *arma ceterae*

que sive annonariae militaresque sive largitionales species, sive in fiscum inferendae sive ex eo emissae, ὥστε, ut Zosim. IV. 10. dicit, ἐξ ἐτοίμου γενέσθαι τῷ στρατοπέδῳ τὴν χορηγίαν, unde totiens de *transvehendis* speciebus sermo fit, quam transvectionem nos *Transport* appellare solemus. Ferri potest haec Panciroli annotatio: „Haec legio comitatur annonas [aliasque] species, i. e. frumentum, vinum, vestem, laridum acetumque et similia quae pro alendis militibus transvehantur in castra: hae enim species vocabantur. (L. 1. [3. et LL. 4. 7.] C. de navicular. [XI. 1 (2). et multis aliis locis. „onus frumentarii commeatus“ L. 6. ibid.]) Continebantur in his et sericum, purpura, gemmae et alia principum ornamenta. Id ‘onus publicum’ appellatur in L. un. C. ne quid oneri publ. [XI. 4 (5):] et ‘Bastaga’ in L. 3. C. de cohort. princip. [XII. 58 (57).] Qui vero Bastagas transvahi curabant, Praepositi Bastagarum, sub Comite largilionum, dicebantur“. de quibus egimus supra p. 365*. sq. ad p. 50*. γγ. 13. sqq. De transvectione specierum per inferiorem Danubium insignis est Honorii Theodosiique AA. Constanti Mag. Mil. per Thracias a. 412. data L. un. Th. C. de lusor. Danub. VII. 17., de lusoriis limitibus Moesiaco Scythicoque reparandis denuoque exstruendis, ubi praecipitur: „... si memoratus lusoriarum numerus cum omni suo instrumento non fuerit apparatus, Dux quidem, cuius tempore dispositio fuerit ista neglecta, XXX librarum auri, Officium vero eius L procul dubio mulctabitur, etiam sublimitatis Tuae Officio L libras auri condemnatione subiiciendo, si non per singulos annos aut completum numerum, aut certe negligentia praetermissum magisteriae potestati suggesserit. Illo nihilo minus observando, ut istis secundum dispositionem Tuae praestantiae ad belli aleam praeparatis atque in conflictus specula munitissima statione vel discursus opportunitate diligentibus [Gothofr. voluit degentibus, Haenel. delitentibus vel delitescantibus; fortasse velitantibus] hae duntaxat quaecunque ex veteribus fuerint reformatae, transvectioni speciei annonariae secernantur“. Et speciatim sordidorum munerum ac

paraveredorum (unde nomen Germanicum *Pferd*) aut parangariarum praebendarum immunitas ab imp. Grat. Valentinian. et Theod. L. 15. Th. C. de e. o. sive sord. mun. XI. 16. a. 382. tributa est, „exceptis his quibus ex more Raeticus limes includitur vel expeditionis Illyricae pro necessitate vel tempore utilitas adiuvatur“, sive, ut a. 390. Val. Theod. et Arc. AAA. L. 18. Th. C. eod. expresserunt, „exceptis his quas Raetiarum limes, expeditiones Illyricae, quas pastus translatio militaris vel pro necessitate vel pro sollemnitate deposcunt“, unde „onerum Raeticorum“ propria appellatione utuntur Arc. et Hon. AA. L. 4. Th. C. de conlat. fundor. XI. 19. a. 398. ad Firminum Comitum ss. largitt. emissa. Ad illam constitutionem Gothofredus „Annonam proinde“ inquit „et species annonarias ad [et per] limitem istum Rhaeticum transvehi oportuit, iisque limitaneum militem instrui, adeo quidem, ut huic specierum transvectioni integrae legiones deputatae fuerint, ut diserte [scilicet de partibus legionis tertiae Ital.] testatur Notitia Imperii... Quinimo et extra ordinem transvectioni isti provinciales paraveredos et parangarias praestare cogebantur, ut hac L. et L. 18. apparet. Atque haec ipsa onera Rhetica sunt, quae memorantur L. ult. de conl. fund. patrim., ubi ait ‘mediam pensionem horum onerum solvere *iussos* detentatores patrimonialium et emphyteuticorum fundorum’. Sane de hac annona Rhetica accipiendus quoque Augustini locus, de civ. d. XVIII. 18. ‘Annonam’ inquit ‘inter alia iumenta baiulasse militibus quae dicitur Raetica, quoniam ad Raetias deportatur’. Nam quae ibi de Reticulo panis nonnulli observant, somnia sunt“. Et Ambros. ep. ad Valentinian. XVIII. 21. (p. 838. cd. Ben.) „De Galliis“ inquit „quid loquar solito diuoribus? Frumentum Pannoniae quod non severant, vendiderunt; et Secunda Raetia fertilitatis suae novit invidiam; nam quae solebat tutior esse ieiunio, fecunditate hostem in se excitavit.“. scilicet de Raeticis montanis regionibus,

„Aspera nubiferas qua Raetia porrigit Alpes“,
ut Claudianus de III. cons. Honorii y. 442. habet, sanctus pa-

ter loquitur; nam ceteras propter fertilitatem suam non uno loco celebrarunt veteres scriptores. In celebratissima columna Igelensi prope Treveros non nulla latercula ad specierum transvectionem spectant et non nulla quoque ad explicandam transvectionum sub prioribus imperatoribus historiam egregie facientia continet Hispalensis s. Sevillanae basis imp. Nervae Traiano dedicatae pars, quae ap. Donium p. 173. n. 50. (sive Murat. 1099, 6.) legitur: SEX. IVLIO. . . . ||||| ADLECTO | IN DECVRIAS AB OPTIMIS. MAXIMISQVE | IMPP. ANTONINO. ET. VERO. AVGG. ADIV|TORI // ANTONINI PRAEF. ANNON | AD. OTIVM // HISPANVM. RECEN|SENTVM [i. e. recensendum] ITEM. SOLAMINA. TRANSFÈ|RENDA. ITEM. VECTVRAS. NAVCLEA|RIS EXOLVENDAS. PROC. AVGG. AD | RIFAM. BAETIS. SCAPHARII. HISPALEN|SES. OB. INNOCENTIAM. IVSTITIAM|QVAE [sic]. EIVS. SINGVLAREM. — *deputatae*] cf. quae supra ad γγ. 5. sqq. annotavimus. — *fetibus* C. Locus ignotus, nomenque fortasse corruptum (*Fortibus? Fontibus? Faucibus? Pontibus?*). Lazius Comm. rei p. Rom. XII. 6, 7. *Fortia* dedit explicavitque *Sterczigen*, i. e. oppidum *Sterzing* ad *Eisach* fl. in comitatu Tirolensi (Hassel. *Oesterr.* p. 298.), quem locum alii pro *Vipiteno* It. Ant. s. *Vepiteno* Tab. Peul. habuerunt; ibi in ecclesiae muro lapis sepulcralis exstat Postumiae Victorinae et Ti. Claudii Reticiani. Buchnerus vult *Pfaten* et Reichardus „*Pfäten iuxta Brandsol*“; paullo supra *Pfaten* contra *Branzoll* Athesi Isacus (*Eisach*) fluvius coniungitur, et inde a Branzoll Athesis naviculas ferre incipit*; itaque si Teriola s. Teriolis (cf. sqq. γγ. 15. et 4.) re vera ho-

*) Huc, ad iter a Verona per Tridentum ac Brennerum montem Oenipontum, cum Mannerto III. p. 515. traxerim Strabonis IV. 6. p. 207., ed. Almel. 317. verba non ita stricte sumenda haec: ὑπέρεχειται δὲ τῶν Καρνῶν τὸ Ἀπέννινον ὄρος [Brenner?], λίμνην ἔχον [Brenner-See?] ἐξεΐσαν εἰς τὸν Ἰσαρον [Ἰσαχον s. Ἰσαρχον, Eisach?] ποταμὸν· δὲ παραλαβὼν Ἀταγιν [Athesim, Etsch?] ἄλλον ποταμὸν εἰς τὸν Ἀδριαν ἐβάλλει. ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς λίμνης [Oberberg-See, alio stagno item in Brennero monte?] καὶ ἄλλος ποταμὸς [Sill, infra Oenipontum Oeno sese miscens?] εἰς τὸν Ἰστρον [Ἰνον? sive ipse Oenus Histri no-

dierni vici *Tirol* prope *Meran* locum olim obtinuit, huic sententiae accesserim; ceterum non ita in Alpibus Tirolensibus, sed ad fluvium navigabiliorem quaesierit quis has stationes, quamvis mirum non est ἐπι *Ραιτίονα ὁδόν*, ut Zosim. II. 14. hunc Alpinum transitum appellat, praesidia Romana stationesque praefectianas exstitisse, ut etiam Ammian. XXI. 8, 3. de agminibus per mediterranea Raeliarum distributis loquitur. Raiserus (I. p. 15. not. 20. p. 37. not. 59. cf. p. 74.) teste adducto Pallhausenio stationem de qua quaerimus, in opp. *Landsberg* ad Licum fl. (Hassel. p. 164.), V fere miliaria geogr. ab Augusta Vindelicum, meridiem versus sito, fuisse opinatur. sed Pallhausenii (Boioariae topogr. Rom. Celtica. *München*. 1816. 8°.) ipsa haec verba sunt (p. 79.): „*Die 2 (Branzoll) gegenüber liegenden Dörfer Ober- und Unterpfäten haben noch ihren Namen von Foetus. Diese römische Hauptzollstation* [? scilicet transvectio specierum huic scriptori est *der Transport der Kaufmannswaaren**], Foetibus, *haben viele Forscher an per-*

mine h. l. ornatur, quod re vera, ubi Danubio miscetur, hoc ipso maior est] *ἔτι, καλούμενος Αἰθρινός*. [itaque Athesis s. *Αἰταγίς* meridionalis, Atesinus borealis Alpinus fluvius esset, qui Italiam Noricis iungeret.] *καὶ γὰρ ὁ Ἰστρός* [i. e. Oenus] *τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τούτων λαμβάνει τῶν ὄρων, πολυσιδῶν ὄντων καὶ πολυκεφάλων*. Raeticarum Alpium mons, ex cuius lacubus Lugnino Silsensique Oenus exit per valles Ignadinas s. Engadinenses, ipse inter montes Iulium Septimumque situs est, per quos antiquitus a Como et Clavenna per Bregalliam transitum habuerunt in Raetiae Primae partes perque vallem Rheni ad Helvetios orientales atque Germanias.

*) Similiter quid significet *transvectio specierum*, ignoravit Georgius, cum II. p. 230. de praefecto legionis III., „*der die Versendung der öffentlichen Gelder in Rhätien zu besorgen hatte*“, verba faceret. Falsis vera sic intermiscuit Raiser. *Röm. A. z. Augsb.* p. 56. „*Zwei Commandantschaften standen in den Lagern bey Branzoll in Tyrol und zu Tyrol (dem castrum) selbst; sie hatten die Zufuhr, und die Versendung der öffentlichen Gelder zu sichern; ihnen war auch das Vorspannswesen (cursus publicus) untergeordnet*“. Minime quidem. cf. L. ult. Th. C. de cursu publ. supra p. 606*.

schiedenen Orten, als zu Pfunds am Inn, unweit Finstermünz, zu Landsberg am Lech u. s. w. gesucht, oder finden wollen; es ist aber in jeder Hinsicht kein Ort passender, als hier bey Branzoll, wo noch heutzutage von der Römer Zeiten her [!] die Hauptmunt- und Zollstation ist, und wo der Praefect der Legion am rechten Etschufer in den zwey Pfäten (foetibus) seinen Sitz hatte. Puerilia eiusdem scriptoris somnia etymologica de Phetine (Landsberg) prolata p. 262., quae Raisero p. 74. mire placuerunt, corrigere, immo referre nihil attinet. certe non ita Graeca vocabula e vulgaribus lexicis petita, sed maximam partem perperam scripta, cum Celticis confundenda atque ad explicanda hodierna oppidorum vicorumque vocabula adhibenda sunt. id autem monendum est, Latine aut Fetibus (est C) aut Faetibus, quod proxime ad Tirolense Pfäten accederet, scribendum esse, si vocabuli origo ab obsoleto FEO petenda esset. Neque silentio praetereundus est lapis prope Tridentum repertus et adhuc ibi ad episcopi palatium affixus (cf. Pallhausen. l. c. p. 62. sq., ubi male explicatur), quem Gruter. 479, 6. et bis Orell. 2183. et 3905. repetierunt:

C. VALERIO. C. F. PAP | MARIANO | HONORES. OMNES | ADEPTO. TRIDENT | FLAM. ROM. ET. AVG | PRAEF. QVINQ. AVGVR | ADLECTO. [Reines. voluit PRAEFECTO] ANNON. LEG. III | ITAL. SODALI. SACROR | TVSCVLANOR. IVDICI. SELECTO | DECVR. TRID [TRIB. Orell. quem vide] | DECVRIONI. BRIXIAE | CVRATORI. REL. P. MANT | EQVO. PVBL. PRAEF. FABR | PATRONO. COLON | PVBLICE.

— §§. 14. sq.] *transvectionis* ACD, *spetierum* AC. Cf. praeced. notam. — *Teriolis omnes*. Consentiant quos inspexit omnes, esse hod. *Tirol*, neque quod contra dicam habeo, nisi quod situs huius arcis vicique stationi militum transvectioni specierum deputatorum non satis aptus videatur, ut paullo ante significavi; nam vix transitus ex Aduae valle per Bormiana iuga vallemque Venustae s. *Vintschgau*, (si quis

„oculto tentabat tramite montes,
Si qua per scopulos subitas exquirere posset
In Raetos Gallosque vias“

ut cum Claudiano de VI. cons. Honor. §§. 230. sqq. loquamur,) nunc quidem inde ab a. 1824. admirabiliter munitus, rei explicandae sufficiet: nam illius temporis viarum condicionem sic describit Claudianus de bell. Get. §§. 340. sqq.

„Sed latus Hesperiae quo Raetia iungitur orac,
Praeruptis ferit astris iugis panditque terendam
Vix aestate viam: multi ceu Gorgone visa
Obriguere gelu, multos hausere profundae
Vasta mole nives, cumque ipsis saepe iuencis
Naufraga candenti merguntur plaustra barathro.
Interdum glacie subitam labente ruinam
Mons dedit et tepidis fundamina subruit Austris
Pendenti malefida solo“

Ceterum perquam memorabile esse mihi videtur, quod lapides duo miliarii in vallo Athesina prope *Tirol* supra *Meran* reperti exstant, unus in vico *Rabland* a. 1552. repertus et inde in viculum *Maretsch* prope Bolzanum (*Botzen*) translatus sec. Pallh. p. 90. sq. qui, valde vercor ut sine mendis, cum sic exhibet TI. CLAVDIVS. CAESAR | AVGVSTVS. GERMANICVS | PONT. MAX. TRIB. POT. VI. | COS. DESIG. III. IMP. XI. P. P. | VIAM. GLAVDIAM [*sic Pallh.*]. AVGVSTAM | QVAM. DRVSVS. PATER. ALPIBVS | BELLO. PATEFACTIS. DEREXERIT [*sic P.*] | MVNIT. A. FLVMINE. PADO. AT (ad) | FLVMEN. DANVVIVM. PER | — P. — CC — — Alter consimilis prope *Töll* (Telonii?), item in vicinia oppidi *Meran* arcisque Tirolensis repertus ac nunc in *Maretsch* servatus, aliter atque a Maffeo Mus. Ver. 453, 6. a Pallh. p. 85. sq. exhibetur: Maffei scripturae Pallhausenianam uncinis inclusam adiciemus: TI. CLAVDIVS. CAESAR | AVGVSTVS. GERM | PONT. MAX. TRIB. POTEST [vi. supplet P.] COS. DESIG. IIII [III *Pallh.*] IMP. XI. P. P | . . AM [VIAM P.] CLAVDIAM AVGVSTAM | QVAM DRVSVS CAESAR PRIVS | [OBICIBUS P.] PATEFACTIS ITER EX. . . [ITERVM. EXSICCATO P.] | FLVMINE. . . . | [Muniendam ac ReStituendam] Sua Pecunia per M. P. CVravit. P.] Tertium eius modi miliarium lapidem eodem anno quo superiores duo scriptum, a. 1786. in ecclesia Feltriae detectum, legimus ap. Marin. *Atti* p. 77. (unde Orell. n. 648. cum transcripsit) sic: TI. CLAVDIVS. DRVSI.

F | CAESAR · AVG · GERMA|NICVS · PONTIFEX · MAXV|MVS · TRIBVNICIA ·
 POTESTA|TE · VI · COS · IV · IMP · XI · P · P | CENSOR · VIAM · CLAVDIAM |
 AVGVSTAM · QVAM · DRVSY | PATER · ALPIBVS · BELLO · PATE|FACTIS ·
 DERIVAVIT · MVNIT · AB | ALTINO · VSQVE · AD · FLYMEN | DANVIVM ·
 M · P · CCC · | Docte hunc titulum illustratum esse ab Aur. Guar-
 niero comite *Diss. intorno al corso dell' antica Via Claudia*,
 Bassani a. 1789. edita etiam Marinus annotavit. Sed redea-
 mus in ipsam superioris Athesis vallem. Inflatibus buccis vo-
 cabulum *Teriolis* explicat Pallhaus. l. c. p. 88. sq. esse Celticum
 ac Graecum, compositum verbis „τηρειω = *custodio* et λίσσοϛ
 = *allus, praeruptus*“ [sic]; itaque *Teriolis* est *alta custodia s.*
alta specula. Ita nugari solet iste scriptor in rebus etymo-
 logicis..

Schoepflinus (Alsat. ill. I. p. 311. §. LIX.) tanquam „ex ipsa
 Imperii Notitia“ desumpsisset, post v. *Teriolis* addit: „*Item Le-
 gio III. Italica ad Prentium amnem, et Pagum*“, annotatque:
 „*Prenzius amnis iuxta Gundelsingam oppidum in Danubium
 egreditur*“. sed nihil eius modi in Notitia Dignn., cuius scri-
 ptis exemplaribus Schoepflinus usus est nullis, eum legisse
 certum mihi est, sed, ut erat in his rebus et parum accura-
 tus et parum doctus, ex nescio quo recentiori libro titulum
 ad legionem III. Ital. spectantem explicante istud comma trans-
 sumpsit. Fortasse error inde enatus est, quod Brigantinus
 (*Bregenzer*) lapis (ap. Gruter. 53, 10.) LEG. III. ITAL. memorat.

— §§. 16. sq.] *Retorum ABCDeeff, Rethorum E, Rhetorum*
aa. Infrequens *Alarum* Raetorum mentio est, frequens
Cohortium eorundem, de quibus ad sqq. §§. 24. 25. dicemus.
 „*Raetica Auxilia*“ et „*Raeticae Alae Cohortesque et ipsorum
 Raetorum iuventus, sueta armis et more militiae exercita*“ ce-
 lebrantur a Tac. Hist. l. 67. sq. ad ann. 69. p. Chr. Hac Notitia duae
 Alae, haec i. Flavia, et v. Raetorum sub Comite Aegypti con-
 stituta, de minore Laterculo emissa (Not. Or. p. 68.) memo-
 rantur. Zosimus I. 52. Celticis numeris eos adscribit: τῆ τε
*Δαλματιῶν ἑπτα καὶ Μυσοῦς καὶ Παῖσι καὶ ἔτι γε Νωρι-
 κοῦς καὶ Ραίτοις, ἅπερ ἐστὶ Κελτικὰ τάγματα*. De titulo in

honorem Ant. Pii imp. scripto, ap. vicum *Kösching* prope Ingól-
 stadium reperto, in cuius fine legimus AL I^a .F FL. C sec.
 Leichtl. p. XIII., ALA. I. FL. O. P. sec. Raiser. III. p. 25., dispu-
 tare nolo, usque dum de vera scriptura salis certi erimus;
 ceterum neque *Aelia Flavia Caesarea*, neque *Ala prima Fla-
 via optimo principi* istis litteris significari satis certum esse
 videtur. — De *Quintianis* (quod vocabulum vocabulo *Kinzing*
 accuratius respondet) It. Ant. p. 249. a Boioduro (*Innstadt*)
 XXIII., ab Augustis (prope *Straubing*, cf. p. 102*. †. 8.) XX M. P.
 ea remota fuisse indicat, deque eodem oppido Eugipp. in vit. S.
 Severini c. 5. sect. 23. (ap. Vels. Opp. p. 647. sect. XV., ap. Muchar.
 II. p. 194. sect. XVI.) refert: „Quintianis appellabatur Secundarum
 municipium Raetiarum super ripam Danubii situm; huic ex
 alia parte parvus fluvius Businca [*Quintana Vels.*, *Quinta-
 nica Surius*] propinquabat. Is crebra inundatione Danubii su-
 perfluentis excrescens non nulla castelli spatia, quia in plano
 fundatum erat, occupabat . . . Quintanensium itaque fide s.
 Severinus illuc fuerat invitatus“ etc., et postea c. VIII. sect. 35.
 (Vels. cap. 37., Much. sect. XXVI.): „Eodem tempore mansores
 oppidi Quintanensis, creberrimis Alamannorum incursibus de-
 fessi, sedes proprias relinquentes in Batavis oppidum [*Passau*]
 migraverunt“. Ex his locis mihi cum *Aventino*, *Lazio*, *Vel-
 sero*, *Cluverio*, *Wesselingio*, *Cellario*, *Wersébio*, *Muchar*
 aliisque hoc castellum in hod. vico *Kinzing* (*Laz. Khynczingen*,
Cluver. Kinzen, *Muchar. Küntzen* scripsere), non procul ab
 ostiis cognominis rivi Danubio sese miscentis (*Hassel*. p. 183.),
 quaerendum esse videtur; sed cum *Velsero* *Wesselingio*que
 contra *Panvinium*, *Holstenium* et qui hos secuti sunt, *Colo-
 niam Augustam Quintanorum* hoc idem oppidum esse pernego.
 istam opinionem etiam *Besselius* suam fecit, cum *Chron. Got-
 wic.* p. 733. daret: „*Quinzingowe*, *Kunzingowe*, *Cunzingawe*.
 Pagus Ducatus Baioariae ad utramque Danubii ripam, . . . qui
 ab antiqua civitate *Colonia Quintanorum* dicta, hodie *Kin-
 zen* prope *Plainting*, inter *Osterhofen* et *Vilshofen*, denomi-
 nationem suam adeptus est . . .“. *Rennerus* eumque se-

cutus Mannert. p. 623. apud ipsum oppidum *Osterhofen* (Hassel. l. c. *), Itinerarii numeris, ut videtur, moti sibi reperisse stationem, de quo agimus, visi sunt. in eo quoque Mannertus parum accuratus fuit, quod rivum prope *Kinzing*, sive, ut ipse dedit, *Künzen*, esse negavit. Cum Buchnero Reichardus *Wischelburg* dedit; Lapius, quem refutat Eugipp. l. c., *Landau* ad Isaram fl. Mulzeri commentatio supra (p. 751*) cit. mihi nunc non est in promptu. Pancirolus haec annotavit: „Quintana via erat Festo et Vegetio (II. 23.) in castris, ubi forum rerum venalium, et in qua milites exercebantur ad palium. [Cf. Hygin. gromat. p. 1022. in Thes. Graev. tom. X. c. Scheel. annot.] Hinc ludus Quintanae prodiit, quo hasta equites exercentur (L. ult. Graeca et L. 1. C. de aleatorib. [III. 43.]): et hodie frequens est in Galliis et Italia. Inde forte hic locus est denominatus. *Quintianis* legit Itinerarium. A Retiis, ubi excubabat, haec ala est denominata. Sequentes non habent depicta castra“.

— §§. 18. sq.] *Novae ABCD*, *Novae ceteri*; Mannert. p. 624. perperam *nonae* legit („*die neunte Batavische Cohorte*“); de octo Batavorum cohortibus Tacitus habet, ut ad p. 114*. §§. 6. sq. indicatum est, de *Nona* nihil compertum habemus, quod equidem sciam. ceterum „*Cohors Nova*“ non uno loco in hac ipsa Notitia legitur, neque haec appellatio idem significat quod *cohortis novae tironum*, quae passim in lapidibus legitur; sed novam eam dici consuevisse putem quae „nuper restituta“ fuerat, ut haec Notitia de Alis „nuper constitutis“ aliquotiens (cf. Not. Or. p. 68. 96.) mentionem facit. Batavorum cohortes praeter hanc novam, hoc uno loco memoratam, et sub Duce Britanniarum constitutam Primam, quam unum diploma militare unusque lapis exhibent, subsidia epigraphica nullas celebrant, neque Alas Batavorum; contra frequentior

*) Hasselii annotationem, *Osterhofen* esse *Castra Praetensia* Romanorum, non ex ipsa Tab. Peut. l. c. *P. Rensib*⁹ (quod ex *P. Isarenf.* enatum esse videtur, i. e. *Pons Isarae*) sumptam esse apparet.

est in utraque huius libri parte, apud Ammianum et Zosimum Equitum Batavorum inter Vexillationes Palatinas, Batavorum [peditum] inter Auxilia Palatina mentio. Perverse Raiserus (*Röm. Alt. zu Augsb.* p. 57.) vertit: „*der Chef der neuen Cohorte aus Landesbewohnern um Passau*“: verum quidem est eos qui in Batavorum cohortibus militabant, non omnes fuisse Batavia oriundos, ut iam ad Not. Or. p. 188. not. 20. annotavimus et multi lapides comprobant, quibus cuius nationis fuerunt milites, expressum est; sed verum non est, Batavinos sive Passavienses ipsos Batavos appellari. — *Batavis (Batauis)* omnes. Vocabulum hodiernae civitatis *Passau* h. l. primum legitur, neque Ptol. neque It. Ant. Tabulave Peut. idem norunt (cf. ad p. 100*. §. 11.); varie scribitur apud Eugipp. vit. s. Severin.: c. 6. sect. 27. (c. 19. Vels., sect. 20. Muchar.) „*Patavis [Batavis Much.]* appellatur oppidum inter utraque flumina, Oenum videlicet atque Danubium, constitutum, ubi beatus Severinus cellulam paucis solito more fundaverat, . . maxime propter Alamannorum incursus assiduos, quorum rex Gibuldus summa eum reverentia diligebat“; et paullo post de „*limite Batavino*“ sermo est, pro quo Velserus „*milite Batavino*“, Mucharius „*limite Battonino*“ exhibent. „*Oppidi Batavini*“ nomen in loco quem ad p. 100*. §. 11. transcripsimus, legitur; „*oppidum Batavis*“ ibidem appellatur; item „*Batavis [Battavis Much.] oppidum*“ c. 8. s. 35. (c. 24. Vels., sect. 26. Much.); „*Batavinis [Battavinis Much.]*“ ibidem inhabitatoribus nomen est. „*Pattavia crematur*“ ad a. 845. habent Annales s. Emmerani in Monum. Germ. I. p. 93. et in Annal. Fuldens. ibid. p. 415. Pactaviensis (i. e. Pataviensis) sedis mentio fit. Litterae *tt* in *ss* transierunt: Grimm. *Gesch. d. deutsch. Spr.* p. 581., qui p. 584. sq. ita disserit: „*Den namen Batavi musten sie schon aus der alten heimat [i. e. Chathorum sedibus] her mitgebracht haben . . . zum hessischen Pazaha, Besse stimmt Passau am zusammenfluss des Inns und der Donau in Baiern, althochdeutsch Pazawa Bazawa (Graff III. 234. 356.), wofür die vita Severini Battavis Battabis Patavis, battabinus vicus [?] darbietet; es wurde batava castra*

nach einer batavischen cohorte genannt, die da zur besatzung lag“, ut vicus Britannorum, hod. *Bretzenheim* prope Moguntiacum, ubi Severus Alexander trucidatus est, a Britannorum stativis dictus est; de quo nomine tot errores olim prolati sunt. Haec castra Batava hod. *Passau* esse iam inter omnes constat; Lazius (Comm. rei p. R. XII. 6, 7.) Orteliusque pro Tirolensi oppido Bolzano, *Botsen*, sumpserant; sed deinde Lazius seq. sectionis cap. 1. recte hod. *Passau* esse explicavit. nihilominus iste error Gothofredo offecit, cum ad L. 3. Th. C. de Palatinis S. L. VI. 30. annotaret: „Forte Bauzanum hoc idem cum eo quod in Notitia sub Duce Rhetae *Batauis* (pro Bauzanis) vocatur, quod Ortelius indicavit“. Panciroli comm. sic habet: „Constat Bataviam esse insulam, quam in Oceanum fluens Rhenus efficit, nunc Hollandia vocatur, unde erat haec cohors delecta, quae loco ubi residebat nomen dedit. Batavos enim tanquam Batavorum stationem appellarunt; vel forte ipsa ab hoc loco est denominata“. Ex Germanis Germanice doctis nemo facile ignorabit hos versus:

<p>„ dà er sine wege vant, wan dà gie sin stràze hin. noch ein altiu burc stât: dà sas ein riche bischof: wàren wllen bekant.</p>	<p><i>Swemmel riten dô began âf in der Beier lant: swischen Tuonowe unt dem In Passowe den namen hât: sin lob, sin ère, sin hof der was Pilgrim genant.</i></p>
---	---

Diu Klage ꝥꝥ. 1642. sqq.

— ꝥꝥ. 20. sq.] *Brutor A, Brittorum BCD Edeff, Britonum aa.* Ex *brittōū* factum erat *brittōū*. Pancirolus: „Pro *Brittorum* lege *Britonum*, qui sunt populi Galliae [*Bretagne*], aut insulae Britanniae sive Angliae“. Brittonum haec una cohors, unaque ala, quarta, eorundem (p. 75. Not. Or.) hoc libro recensentur. Eiusdem Tertiae Cohortis eiusque praefecti T. Flavii Felicis meminit etiam lapis qui Aventini temporibus in muro ecclesiae vici *Eining* prope *Abensberg* fuit, nunc vero periisse videtur (cf. Raiser. III. p. 34.), quemque Gruter. 24, 7. sic dedit: IVNO. R. ET. MINER. SAC | GENIO. COH. III. BRIT. ARAM | T. FL. FELIX. PRAEF. EX | VOTO. POSVIT. L. M | DEDICAVIT. KAL. DEC |

GENTIANO. ET | BASSO. COS. I. C. A. 211. Diversa ab hac fuit
 COH. III. BRITTONVM VETERANOR. EQVITATA, de qua ad p. 113*.
 ¶ 27. sq. habemus. Frequentissima Primarum Cohortium Brit-
 tonum et Britannicarum mentio facta est. Raiserus tab. E. fig.
 3. lapidem votivum in viculo *Pfünz* ad *Altmühl* fl. non procul
 ab oppido *Eichstädt* repertum sic dedit SEDATO | SACRVM |
 COHIBRE | EX VS L | VSCAIVL | MAXIM | ODEC; litteras BRE recte ipse
 II. p. 34. ad cohortem primam *Brittonum* s. *Britannicam* rettu-
 lit, sed perperam p. 18. sic BRE (quod *Breucos* significaret)
 expressit, neque observasse videtur, inter *Brittonum* et *Brit-
 annicas* cohortes distinguendum esse, de qua differentia, aperte
 diplomate Domitiani, de quo statim dicemus, indicata, ad p. 114*.
 ¶ 10. sq. verba faciemus. cf. etiam Orell. ad n. 804. not. 3. Item
 in lapide Albae Iuliae (*Weissenburg*) reperto COH. I. BRIT. est
 ap. Gruter. 425, 5.; COH. I. AELIAE. BRITTON in lapide ad p. 114*.
 ¶ 10. sq. exhibito, et CHOR. I. FL. BRIT in Carinthiaco ap. Gru-
 ter. 103, 13., TRIB. COH. I. FL. | BRITTON in Pisaurensi, de quo alias
 diximus, ap. Murat. 114, 5. mentio fit. Cohors I BRITANNICA in-
 ter eas quae sunt in PANNONIA SVB T. ATILIO RVFO legitur in
 dipl. mil. Titi a. 80. emisso, ap. Arneth. p. 33. sqq. Miliariae se-
 quentes Primae fuerunt: ET. I. BRITANNICA. MILLIARIA. ET. I.
 BRITTONVM. MILLIARIA, quae sunt in PANNONIA SVB L. FVNI-
 SVIANO. [?] VETTONIANO, in dipl. mil. Domitiani a. 85. scripto (ap.
 Arneth. p. 39. sqq.) memoratae. Item et COH. I. VLPPIA BRITTON
 CUI PRAEST L. NONIVS BASSVS PICEN et (i.) BRITTON sunt in
 dipl. Antonini Pii (a. 145?) ap. Arneth. p. 61. sqq., et de Prima
 BRITTONUM aliud eiusdem imp. diploma, quo Pannonicis mili-
 tibus missio datur, ap. Arneth. p. 69. habuisse apparet. Cohors
 I BRITANNICA CUI CR (miliaria civium Romanorum), ab ante di-
 ctis diversa, in DACIA SVB D. TERENTIO SCAVRIANO fuit sec. Tra-
 iani dipl. a. 110. emissum, ap. Arneth. p. 49. COH. II. FL. BRIT-
 TON. EQVITAT. celebratur in lapide Camerinensi, quem ad p.
 114* ¶ 20. sq. dabimus. Ad Cohortes Secundam *Brittonum*
Equitalem et Primam *Brittonum* Miliariam *Equitalem* fortasse
 etiam lapidem Taurinensem ap. Mur. 778, 2., ubi COH. II. BR. EQ.

et COH. I. BR. III. EQ. legitur, referri posse editor indicavit. De *Tertia* Coh. paullo ante diximus. De *Sexta* denique habet titulus Bracarum in Lusitania repertus ap. Gruter. 1101, 3. L. TERTENTIO || PRAEF. COH. VI. BRITTON | O. LEG. I. M. P. F. DON. DON. AB | IMP. TRAIANO. BEL. DAC||| In lapide Ascaphaburgensi* ap. Steiner. Cod. inscr. Romm. Rheni n. 161. est N. BRIT. (Numerus Brittonum?) Litteras ORD. BRITO in lapide Coloniensi ap. Hüpsch. p. 10. n. 28., Steiner. n. 887. non cum hoc pro *Cohortis Brittonum* sumendas esse apparet. an *oriundus ex Britannia*? — *Abusina* [*Abusinam*, *Ausina*, *Allusina* al.] sec. It. Ant. p. 250. a Regino (*Regensburg*) XX, a Vallato (*Manching*) XVIII M. P. distans, *Arusena* sec. Tab. Peut. XXII M. P. a Regino, III a Celeuso satis bene hod. opp. *Abensberg* ad rivum *Abens* (Hassel. p. 192.) convenit, in quo castellum illud reperiri Aventinus ipse ibi natus, Simlerus, Cluverius, cum Buchnero Reichardus, Mucharius et Raiserus putarunt; contra vero prope oppidum *Neustadt* ad confluentes *Abens* et Danubium situm Rennerus, Mannertus, Leichtlenius et Lapius. Menso Altingius ex intervallo *Abenstorff* praefendum esse putavit. Ex Buchnero sic aptissime ad h. l. explicandum Raiserus III. p. 34. „*Dass die Castra Abusina südlich bei der Abenst-Brücke zu Siegenburg, und noch weiter aufwärts bei Neukirchen beginnen, und sich daselbst westlich in den istsigen Forst Dürnbuch, wo auch Grabhügel bemerkt würden, hineinzögen; diese Verschanzungen wären so gross, wie jene an der Lober, und strategisch zu Deckung des Fluss-Uebergangs, und zu Abhaltung jedes feindlichen Angriffs von Nordost vortrefflich gelegen. Eine zweite Partie dieser Verschanzungen zeige sich auf den Anhöhen von Allersdorf, ¼ Stunde südlich von dem Städtchen Abensberg. Rückwärts von diesen Verschanzungen gegen Alt-Dürnbuch,*

*) Non possum ad h. l. non annotare *Ascaphaburgum* esse, unde monstrosa vocabula *Ascapha*, *Uburzis* (i. e. *Ascaphaburgis*) ap. Geogr. Rav. IV. 26. enata sunt. Leichtlenius (*Schwaben*. p. 199.) certum sibi esse dixit, *Uburzis* esse vetus *Wirceburgum*.

und in der Gegend Welschenbach, (in dem Namen die Aventinschen Vestigia castrorum 'italica', = die welschen Schanzen, bewahrend) lägen wieder über 30 noch uneröffnete römische Grabhügel. Dann wären an den beiderseitigen Ufern der Donau 2 die ehemalige Donaubrücke beschützenden Castra auf den Anhöhen bei Sittling, und jenseits bei Irnsing gelegen gewesen. Endlich sei eine quadratförmige Hauptbefestigung etwas weiter abwärts an der Donau bei Eining bemerkbar, welche Buchner daher auch das Praetorium dieser Lagerstätten nennt^a. Raiserum eliam Georgii II. p. 232. sequitur. De genere vocabuli, utrum *Abusina* nominativus singularis fem. gen. sit, quod Cellar. I. p. 418. §. 14. propter formam *Abusinam*, quam Surita dedit, affirmavit, aut pluralis neutr. gen. (i. e. *Abusina castra*), diiudicari pro certo non poterit, cum tam Itinerarium Tabulae Peut., quam haec Notitia in declinandis locorum vocabulis saepius a grammaticis legibus recedant quam eas sequuntur.

— γγ. 22. sq.] *singularum* aa. Propter ὁμοιοτέλευτον (*Valeriae*) verba *Singularis Vallato. Tribunus Cohortis Sextae Valeriae* omisit A. Hanc Alam alibi memorari non novi: omnino *Singularium* sive Alarum sive Cohortium haud ita frequens, et in hac Notitia hoc uno tantum loco mentio fit. *Cohortis Singularis* supra p. 526*. i. f. exemplum unicum quod novi, prolatum est ex titulo Auziensi. videamus de Alis. Cincius de re militari libro VI. sec. Gell. XVI. 4. definit Alas „exercitus equitum ordines, quod circa legiones dextra sinistraque tanquam alae in avium corporibus locabantur“, et Hygin. gromat. (ap. Graev. in Thes. X. p. 1022.) „Cohortes praetoriae lateribus praetorii tendere debent. . . primipilares etiam et evocati in eadem pedatura locum accipiant. equites praetoriani latere dextro praetorii, Singulares imperatoris latere sinistro, quorum si maior numerus fuerit, ut puta Singulares sexcenti, praetoriani trecenti, poterunt CL Singulares in striga praetorianorum tendere. . . Singulares autem si DCCC aut DCCCC fuerint, pari numero integris strigis lateribus praetorii Cohortes praeto-

riae; ad hoc Equites praetoriani, Equites singulares imperatoris, Alae miliariae vel quingenariae. . .^a. *Singulares* sive *Singularii* (cf. Salmas. ad Spartiani Pesc. Nig. c. 2.) tam in Alas quam in Cohortes ex omnibus indistincte cuiuscunque nationis Numeris, ut certum quasi praetorianorum (*Gardesoldaten*) genus eligebantur et civium Romanorum iure, ut videtur, frui solebant. unde factum est et ut eorum ipsis numeris, i. e. Alis Cohortibusve Singularibus (a quibus, quamvis recentiores non distinguere solent, Equites Singulares huius illiusve Legionis sive Turmae, passim in lapidibus memorati distingui debent, pariter atque PEDITES SINGVLARES BRITANNICI post Alas Cohortesque memorati in diplomate Traiani ap. Arneth. p. 49. 51.)^a vocabulum unius alicuius populi nationisve non adiceretur, et ut a Lectis, Electis, Selectis, Praelectis, aliisque praestantioribus Numeris, qui itidem ex diversis sive legionibus auxiliisque sive populis componebantur, accuratius distinguerentur. Neque contra facit titulus prope *Pförling* ad Danubii sinistram ripam (non ita procul a Celeuso Abusinaque) ab Aventino repertus, quem varie exhibent Gruter. 87, 6., Donat. 59, 5., quemque de *Ala prima Singulariorum Hispanorum civium Romanorum* interpretatus est Leichtlen. p. 189. sqq.; ex Donato sive ex *v. Lingen*, *Kleine deutsche Schriften*. Wittenb. 1730. sqq. part. II. §. 7. pag. 81. sqq. etiam Buchnerus (*Teufelsmauer* I. p. 82.) perperam *Ala I Singulariorum Thracum* (ALA. I. | SIG. THAC. CVI. RÆEST | AIL. et C. v. Lingen.) eas litteras significare sumpsit, quae aut ALA I SINGVL C R (ala prima singularis civium Romanorum) aut ALA I SING P(ia) F(idelis) C R legendae erant, quam posteriorem lectionem etiam Henzenius (*Jahrbb. des Ver. v. A. F. i. Rheint.* XIII. p. 44.) ex alio titulo ibidem reperto (*ala I singlar Pia Fidelis Civium Romanorum*^a cf. *v.*

^a) Ne quis huc traheret *Singulares* qui in Officiis fere omnium dignitatum administrationumque per totam hanc Notitiam aliisque locis leguntur, vix monere ausus essem, nisi in hunc quoque errorem non nullos delapsos esse meminissem.

Hefner, *Die röm. Denkmäler Oberbaierns. II.* n°. 36.) defendit, praeter quem etiam hunc Notitiae locum adhibere debebat. Ceteri tituli qui de Alis Singularibus pauci numero exstant, ut notissimus etiam Tac. Hist. IV. 70. locus („XXI. legio Vindonissa, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Raetiam irrupere. Accessit Ala Singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa“.), sententiam prolatam comprobant: Romani ap. Kellerm. (Vigill. Romm. n°. 272. item Gorium II. 336., Murat. 1038, 6.) C. VIBIO. C. F. POMPTIN | CELERI. PAPIRIO RVFO ||| .. PRAEF. ALAE. I. VLP | SINGVL | et c. (cf. infra ad p. 114*. ꝥꝥ. 22. sq.), et decretum decurionum ap. Marid. (*Atti* p. 5. s. Orell. 3651.) C. MINICIO. C. FIL | VEL. ITALO... ||| PRAEF. EQ. ALAE. I. SING. C. R. DONIS. DONATO. A. DIVO | VESPASIANO et r.; ara denique a. 1731. ad *Wertach* rivum prope *Pfersee* in vicinia Augustae Vindelicorum detecta (Raiser. III. p. 81.), cuius inscriptionem repetierunt Murator. IV. p. 5. n°. 1., Orell. 3510., desingui curavit Raiser. tab. VI. fig. 5.: ὃ Μ | VICTORIN | LONGIN. EQ. A. II. | FL. SING. CL. LATINVS | AEDITVVS SINGVLA | RIVM H. F. C. Peculiarem commentarium ad h. tit. composuit I. G. Richter (Ἐξηγησις inscr. ant. in agro Augustano rep. Lips. 1739. 4°.), qui p. 20. „*Equites Singulares in locum Extraordinarium*, quos in libera rep. ad proprium usum consulum ex omnibus sociis delectos esse e Polybio ostendit Lips. de mil. Rom. II. 7., successisse“ putavit, differentiam autem supra indicatam omnino non vidit, neque ullum Alae Singularis mentionem facientem titulum novit praeter Pföringensem, de quo modo diximus, e Grut. 87, 6., ex cuius explicatione Reinesiana (Synt. inscr. Lips. 1782. fol. p. 41.) id quod unum verum est, reiecit, i. e. ex civibus Romanis lectos, sive, ut accuratius explicavit ipse Reinesius, ex sociis auxiliaribusque lectos civitate donatos fuisse equites illius alae singularis. reliqua vero Reinesii explicatio non tenet, haec: „Sunt autem Singulares, Singularii, Singulatores, Ἰππασιαί, Κέλητες, Celeres, qui uno equo merentur, nostris *Einspänniger*, tam in urbe Imperatoris, quam in provinciis maiorum magistratuum et in castris Praefectorum

adparitores“. De eo quoque, quod Reinesius p. 510. recte puto indicavit, Singulares fuisse Primipilariū vel Evocatorum honore ac gradu, dubitavit Richterius p. 21. Etiam Fuchsius (*Mainz* I. p. 484. sq.) et Lehnius II. p. 314. promiscue de Singularibus verba fecerunt neque diversa eorum genera distinxerunt. Pancirolus agmini eorum qui commenticias explicationes pro commentantibus protulerunt, non deesse debet: „ . . . quod ex Valeria regione esset contracta, *Valeria* ala est dicta, et *singularis* forte quia erat insignis, vel quia sola, et nulli permixta per se militabat“. *Valeriam* hanc quoque Alam, ut ceterae hac Notitia recensitae, I. et VII. Not. Or. p. 76. 90, II., de qua paullo infra dicendum erit, item Cohortes Valerias (e. gr. Not. Or. p. 79. 88. 93. 103., et sqq. numm. 3. et 5.) pariter ac provinciam Pannonicam *Valeriam* a Diocletiano Maximianoque institutam appellatamve esse mihi extra dubium videtur. cf. supra p. 143*. cum annot. ad Not. Or. p. 336. not. 75. — De *Vallato* (prope hod. vic. *Manching*) ad superiores §§. 2...4. egimus.

— §§. 24. sq.] *Retorum* ABCDff, *rethorum* E, *Rhetorum* aate, *retorum* d. Cf. de Raetorum Alis ad §. 16. disputata. Cohortes Raetorum VII e lapidibus collegisse Hagenbuchium in *Post-Helvet.* annotavit Orell. n. 492.; e diplomatis honeste mittendorum militum augmentum ad Hagenbuchianam συλλογήν, quae mihi non ad manus est, faciemus. P. BESIO... | C. MARIO. MEMMIO. SABINO. PRAEF. COH. I. RAETORVM | in marmore Tingitano, Orell. 3570. (Fabrett. p. 197., Chandler. Marm. Oxon. 131, 16.); M. PETRONIO M. F. | QVIR. HONORATO. || PRAEF. COH. I. RAETORVM et C. in Tusculano ap. Murat. 1088, 4., et in consimili Romano ap. Reines. p. 459. sq. P. PETRONIO. M. F. | QVIR. HONORATO. | PRAEF. COH. I. RAETICAE et C. Fortasse Graecus quoque lapis ap. Gruter. 402, 4. L. DIDIO. MARINO.. || || || || TRIB. CO. I. RE~~TH~~OR huc pertinet. *Praefectus Cohortis Primae Herculeae Raetorum* statim hunc d. q. a. versum sequitur. Titulus Oettingensis ab Aventino repertus et ap. Buchner. *Teufelsm.* I. p. 83. et Leichtlen. p. 192. sq. repetitus neque verba „*Raeticae cohortis primae milites*“, ut Buchnerus voluit, neque „*Praefecti Cohortis primae militum*“

*Singulariorum*⁶, quae Leichlleni opinio est, continet, sed a *Praefecto Cohortis Primae Miliariae* cuiusdam positus est; cuiusnam, ex incertis apographis definire non ausim. neque quicquam incertius, quam cum Cardinalio p. 84. litteras in fragmento quodam Muratoriano, perperam ab illo indicato, PRAEF. COH.....RVM EQVITATAE de Raetorum coh. i. *equitata* sumere, qualis alibi non legitur. — *Secundam* memorat tit. Veron. ap. Maff. Mus. Ver. 120, 1. sive Murat. 787, 3. C. ATTIO ||||| PRAEF. COH. II | RAETORVM. Etiam T. Vesulanium Crescentem Praefectum coh. II. Raet. e *Schiassi Guida* p. 72. recenset Cardinal. l. c. Addimus titulum Mogunt. a. 1823. repertum, ex Lehnio II. p. 308., depictum ibid. tab. XV. n. 59.: CAPITO. AVGVRI | F. VETRAVS. EX. COH. II. RAETORV | AN. LII. H. F. C. — *Tertiae* nulla equidem exempla proferre possum. — De *Quarta*, sec. Not. Or. p. 96. sub Duce Armeniae constituta, cf. etiam tit. Messan. infra ad p. 113*. ꝑꝑ. 27. sq. exhibitum. — *Quintam* memorari non invenio. — *Sextae* plurès memorantur: *Sexta Valeria* (cf. antec. not.) hoc ipso loco; EQ. COH. VI. R. in lapide Rom. (ap. Velsler., Grut. 568, 8. aliosque) ad *Sextam Cohortem Raetorum* sunt qui referant, sed aperte legitur in lapide Celeiensi, quem varie exhibent Murat. 230, 8. et 1038, 2., Maff. Mus. Ver. 240, 2., Donat. 138, 9., Orell. 785. et ex Duellio mendose Muchar. *Steiermark* I. p. 369. C. RVPIVS. MODERATVS | IVNIANVS. IVNCINVS. PRAEF. COH. VI. RAET. — *Cohors Septima Raetorum Equitata* memoratur in lapide Italo ap. Orell. 516. (= Murat. 686, 6. et iterum 1096, 3.) et in dipl. Vespasiani a. 74. dato (Arneth. p. 29. sqq., Cardinal. n. VI.) VII. RAETORVM EX IIS QVAE SVNT IN GERMANIA SVB CN. PINARIO CORNELIO CLEMENTE. Non recte, ut mihi quidem videtur et Orellio 3425., ad eandem cohortem Cardinalius p. 84. etiam lapidem Hispanicum ap. Gruter. 550, 4. referri voluit. — *Octavam* legimus in diplomatis Titi a. 80. scripto (VIII. RAETORVM EX IIS QVAE SVNT IN PANNONIA SVB T. ATILIO RVFO, Arneth. p. 33. sqq.), Domitiani a. 85. dato (VIII. RAETORVM ultima inter eas quae svnt. in. PANNONIA. SVB. L. FVNI-SVIANO [?]. VETTONIANO, Arneth. p. 39. sqq.), Traiani a. 110. emissio

(VIII RAETORVM C[ivium] R[omanorum] ex iis quae SVNT IN DACIA SVB D. TERENTIO SCAVRIANO, Arneht. p. 49. sqq.) — Sine numeris Cohortes Raetorum: MIL. COR. RAETORVM in lap. Mogunt. ap. Velsler., Grut. 524, 3., Maff. Mus. 451, 3., Donat. 283, 9., Lehne II. p. 309. et Steiner. n. 439.; EX. CHO. RAET. ET. VIN(delicorum) item in lap. Mogunt. ap. Fuchs., Lehn. II. p. 307. et Steiner. n. 438. Ita Raetis Vindelici cum Valle Poenina etiam in antiquo titulo Interpromiensi, „ora incrostato nel muro esteriore della chiesa di S. Donato in S. Valentino“, sec. Corciam (*Storia delle due Sicilie*. tom. I. Napol. 1843. 8°. p. 144.) SEX. PEDIO. S. F. AN | LVSIANO. HIRRVTO | PRIM. PIL. LEG. XXI. PRAE... | RAETIS. VINDELICIS. VALL.... | ROENINÆ [sic Corcia]. ET. LEVIS. ARMATV | IIII. VIR. I. D. PRAEF. GERMANIC | CAESARIS. QVINQVENNALIC. .. | VRIS. EX. S. C. QVINQVEN. ITERVM | HIC. AMPHITHEATRVM [sic Corc.] D. S. P. FECIT | M. DVLLIVS(SIC). M. F. GALLVS.; et est MILES. EX. COH. RAETO in lap. Borbetomag. ap. Lehn. II. p. 305. et Steiner. n. 288. et Donat. 307, 3. Cf. etiam ad p. 114*. §§. 6. sq. de COH. BAETORV. — Venaxamodor, AC, Venaxamodorum BDa^{7,15}, Venaxadorum a¹¹. Terminatio vocabuli, alibi non obvii, sine dubio est *durum*, ipseque interpreter *oppidum ad s. contra ostia Venaxami*. sed quis est *Venaxamus* rivus fluviusve? an *Zusam*? qui ubi Danubio miscetur, apud opp. *Donauwörth*, e regione *Wörnitz* (*Biricianae*?) fluvioli ostia habet; prope *Zusam* est vicus *O esheim* et Raiser. II. p. 46. contra *Donauwörth* Isidis simulacrum effossum esse refert, cuius delineationem in adiectae tab. fig. 54. exhibet. ceterum prope *Donauwörth* in utraque Danubii ripa vestigia castrorum viarumque Romanorum, supellectilis, numorum lapidumque reliquias satis multas reperiri constat. cf. Raiser. II. p. 86. sqq. Ita scripseram, cum viderem etiam Leichtlenium Venaxamodorum in vico *Auxesheim*, ubi rivi *Zusam* et *Schmutter* Danubio miscentur, quaevisisse. Longe recedit Buchneri, Reichardi ac Raiser (II. p. 4.) opinio, secundum quam prope opp. *Weissenhorn* ad rivum *Roth* (Hassel. p. 285.) castellum, de quo agitur, foret quaerendum. sed displicent, quae sola habuisse videtur, viri argu-

menta etymologica *, neque favet eius opinioni, sed nostrae, statorum enumeratorum series: ipse in vico *Finningen*, qui II mil. geogr. a *Weissenhorn* distat, castra Febiana sive Piniana (nam utraque confundit) quaerenda esse opinatur. cf. ad p. 101*. §§. 9. et ad sqq. §§. 28. sqq. annotata. Wersebi sententia, Venaxamodorum in faucibus *Finstermünz*, ubi Tirolim Oenus intrat, (Hassel. *Oesterr.* p. 297.) olim stetisse, ex omnibus maxime improbabilis est. Etiam series castellorum recensitorum plurimum nostrae coniecturae favet.

— §§. 26. sq.] *Retorum* ABCDff, *Rethorum* €, *Rhetorum* aade. cf. proxime superiorem notam. — *Paraduno* A, *Paroduno*, *Parroduno* CDGaade^{1,6,7}ff, *Parraduno* e^{2,3,4}. *Parradum* Raiser. (*Röm. A. zu Augsb.* p. 57.) Quis non cogitabit de fluvio *Par s. Paar*, infra *Ingolstadt* prope vicum *Manching* (cf. supra ad §§. 2...4.) Danubio sese miscente? scilicet nemo quem sciam de eo cogitavit; neque bene vallis huius fluvii ordini enumeratorum castellorum convenire videtur, nisi forte in vicinia oppidi *Aichach* arcisque *Wittelsbach* (Hassel. p. 270. sq.) castellum d. q. a. stetit. certe Raiser sententia satis bene illi ordini convenit. hic enim (II. §. 9.) *Parradunum* nomen gessisse continuam castrorum, partim ab ipso delineatorum, seriem contendit, quae ab opp. *Aisslingen* (Hassel. p. 272.) usque ad vicos *Thürheim* et *Drusomagum* usque, per tractum *Donau - Ried* dictum, ad montes olim fere per sex horarum longitudinem sese extendisset. (Quae idem Raiser. *R. A. zu Augsb.* p. 57. not. 86. de *Parrado* [nam bis *Parradum* dedit] et de coh. I. Her-

*) l. c. n. 10. „Zu Venaxamodurum, wie der Name andeutet [scil. a venando deduci vult], in einer jagdreichen Gegend, und an einem Flusse gelegen (an der Roth), gehörte Weisenhorn (das weisse Hüfthorn im Wappen führend), Hegel- oder Hügelhofen (von den dortigen röm. Grabhügeln zugenannt), und die Befestigung bei Wallenhausen, welcher Ort von diesen Wällen den Namen führt... Die Burgstelle zu Bobenitst Bubenhausen scheint auch noch zum Complexe von Venaxamodurum gehört zu haben“.

culia protulit, puerilia sunt.) Omnino vero reiciendam esse opinionem eam quae maxime recepta est (e. gr. apud Cluver., Cellar., Renner., Mannert., Wersseb., Reichardumque), eundem arbitror, ac si hoc Parrodunum cum *Parthano* It. Ant. p. 257. 275., hod. opp. *Partenkirchen* Bavariae meridionalis (Hassel. p. 168.), idem locus fuisset; quod merito etiam Wesseling. ad It. Ant. l. c. addubitavit. (De Parthano vid. etiam Raiser. I. p. 81.) Cluverius, et post eum Cellarius, Mannertus ac Werssebius etiam Ptolemaei (II. 11.) *Καρρόδουνον* idem oppidum fuisse opinati sunt. alterum huius nominis oppidum Ptol. Vindeliciae adscribit, inter Augustam Vindelicum et Abudiacum (*Epsfach* ad Licum fl.?) collocans, atque hoc quidem ad h. l. trahi posset. alterum *Καρρόδουνον* (II. 10.) Germaniae Magnae, tertium (II. 13.) Pannoniae Superioris fuit. de duobus prioribus Carrodunis Wesselingius l. c. non cogitavit.

— §§. 28. sq.] *Frigum* s. *frigum* omnes. quod idem atque *Phrygum* (ut Velserus dedit) esse, nullum dubium esse potest: a Phrygia, cuius nominis duas praesidiales Asianae dioeceseos provincias Not. Or. capp. I. II. recenset, appellantur: his temporibus aptum erat, quod apud Claudianum in Eutrop. II. 159. Bellonae dicitur:

„Barbara Romano succurrant arma pudori“.

unde idem paullo ante, §§. 152. sqq.

„Non per Caucasias accito turbine valles

Est opus: Ostrogotthis colitur mixtisque Gruthungis

Phryx ager“

Pancirolos sic delirat: „Ex Frigibus Valeriam incolentibus erat haec cohors contracta. Hos credo esse unde Frisii descendunt“; et Raiser. II. p. 7. hunc Tribunum appellat „*Bataillons-Chef der 5ten Valerischen Cohorte (eines Bataillons) aus Friesland*“, sive „*aus Friesen*“, ut in *Röm. A. zu Augsb.* p. 57. Cohors III. Frygum (ubi in aliis codd. item *frigum* legitur) sub Duce Palaestinae stetit sec. Not. Or. p. 80. §. 2. Ceterum Phrygum Cohortes nullas memorari reperio; Alae Phrygum complures celebrantur; ita in lap. Tarracon. ap. Gruter. 481, 1.

et in Rom. ap. Murat. 1053, 1. PRAEF. ALAE. PHTYGVN, et in Rom. ap. Gruter. 367, 6. PRAEF. ALAE. VII. PHTYG. Wersebius *Frigum Pinianis* nomen oppidi *Freisingen* esse opinatus est, quod refutari non meretur. *Pinianis*, ut omnes exhibent, abl. cas. est vocabuli *Piniana*, quod ap. Ptol. *Φαίναρα* scriptum est, ut ad p. 101*. §§. 9. sq. indicavi. Lazius (Comm. rei p. R. XII. 6, 7.) Poeniana castra a monte Poenino nomen accepisse, indeque hodie *das Pyntzgaw* appellari inepte putavit; de situ *Φαίναρων* nihil liquere Cluverius prudentius fatetur, eidemque accessit Mannert. p. 619. Velserus et Buchnerus, quem Reichardus et Leichtlenius („Faeniana, *Finingen*“) sequuntur, item Raiserus l. c. (et in *Röm. Alterth. zu Augsb.* 1820. p. 57. not. 87.), sed hic, cum Pancirolo *Φαίναρα* Ptolemaei cum *Febianis* supra recensitis confundens, haec *Piniana* hod. vicum *Finningen*, 1 fere miliare geogr. ab Ulma distantem, in dextra Danubii ripa situm, esse interpretatur, de cuius antiquitatibus idem Raiserus videndus est. Vocabulum *Finningen* satis bene *Pinianis* s. *Φαίναροι*; respondet; sed eiusdem nominis etiam in sinistra Danubii ripa prope *Höchstädt* (Hassel. p. 275.) duo vici (*Ober-* et *Unter-Finningen*) exstant, prope quos aram Apollini Granno dedicatam invenerunt, teste eodem Raisero p. 8. Itaque ampliandum esse apparet.

PAG. 103*. §§. 1. sq.] *terciae D. Herculae A. Pannoniorum* a¹. *Pannoniciani Seniores* inter Legiones palatinas sunt Not. Occ. p. 23*. §. 26., *Iuniores* inter Legiones comitatenses Not. Or. p. 31. n. 15. *Cohortes Pannoniorum* duae tantum priores, quarum Prima complures species habuit, aliunde notae sunt hae: *Prima Augusta* sub Comite limitis Aegypti stetit sec. Not. Or. p. 69.; i. VLP. *PANNONIORUM* in dipl. Hadriani a. 138. dato (ap. Cardinal. p. XXXVII.) et i VLP. *PANNON* in inter cas quae SVNT IN PANNONIA SVPER SVB CLAVDIO MAXIMO memoratur in dipl. Antonini Pii a. 154. emisso (ap. Arneth. p. 64. sqq., Cardinal. n. XX.). Simpliciter *Cohortis Primae Pannoniorum* mentio in his quattuor lapidibus fit: 1) Ulpiae Traianae reperto ap. Gruter. 448, 3. M. PAPIRIO. M. F. COR | PRAEF. COH. I. PANN. IN.

DACIA | et c. 2) Aeserniensi, quem ex Corcia I. p. 309. repeto: P. SEPTIMIO. P. F. TRO(mentina) | PATERCVLO..... | PRAEF. COH. I. PANNONI... | IN BRITANNIA PRAEF. COH | HISPANOR. IN. CAPPADOC. | FLAMINI DIVI TRAIANI | PATRONO MVNICIPII | IIII VIR. I. D. IIII. VIR. QVINQ. Q. II | D. D. 3) Brixiensi ap. Gruter. 1097, 8. s. Donat. 339, 8. T. IVLIYS. IVLIANVS. TRIB. | COLL. [I. COH.] PRIM. PANN. et T. 4) in Ligoriano ap. Murat. 781, 1. est MIL. COH | I. PANNONVM. — De *Cohorte Secunda Pannoniorum* duo sunt loci: 1) lapis Benevent. ap. Gruter. 444, 5. C. OCTAVIO. C. F | PAL. MODESTO ||. . PRAEF | COH. II. PANNONIOR. et c. 2) diplomatis M. Aurelii et L. Veri a. 165. dati fragm. ap. Ursat. Monum. Petav. p. 329. sq., Grut. 1032, 6., Cardinal. n. XXII. : COHOR. II. PANNONIOR. CVI. PRAEEST | SEPTIMIYS. VRSVS. — Sine numeri adiectione paullo post h. pag. ꝛꝛ. 9. sq. *Cohors Herculea Pannoniorum* occurrit, et sine cognomine ac numero Tac. Hist. II. 17. ad a. 69. „capta“ inquit „*Pannoniorum Cohors* apud Cremonam“; Centurionis *Numeri Pannoniorum* in hoc lapide Ravenn. ap. Murat. 775. mentio fit: C. AEMILIO. SEVERO | 7. N. PAN. et c. — De *Alis Pannoniorum* haec enotavi: I. 1) De L. VOLCATIO PRIMO PRAEF. ALAE. I | PANNONIOR. IN. AFRICA vide lapidem Firmanum p. 736*. med. exhibitum; 2) SEX. FVLFENNIO. C. F. TER. SALVTARI | PRAEF. COHOR. IIII. GALL. EQVIT. | TRIB. MIL. COH. I. MIL. VINDELICOR. | PRAEF. ALAE. I. PANNONIORVM |||| FLAMINI. DIVI. TRAIANI Venefranus lapis ap. Murat. 816, 7. et 3) in basi Rom. ap. Gruter. 130, 1. M. ARTORIYS. M. F. PAL. PRISCVS. VICASIVS | SABIDIANVS.... PRAEF. ALAE. I. PANN.... Denique 4) I. PANNONIORVM. TAMPIANA EX IIS quae SVNT | IN BRITANNIA SVB L. NERATIO MARCELLO in Traiani diplomate a. 104. emisso ap. Cardinal. n. XI. — II) ALAE II. PANNONIORVM in lapidibus T. Vario Clementi positus mentio fit, quorum quattuor, Poetovione, in Valeriae agro, Celeiae et Graecii repertos omnes eiusdem tenoris exhibet Vels. Rer. August. libb. ed. Venet. p. 268. sq. et Gruter. 482. numm. 8., 4., 7. et 5. cf. Maffei Mus. Ver. 241, 5. 242, 1. et 2., Morcell. p. 456. III) *Ala PANN | catafracta* legitur in exeso dipl. Antonini Pii a. 145. dato, ap. Cardinal. n. XVIII. IV) *Equites Alae Pannoniorum* memorantur in lapidibus

Ebersdorfianis ap. Gruter. 533, 10. 571, 8. V) „Duae Pannonicae ac Moesicae Alae“ celebrantur ap. Tac. Hist. III. 2. (Sec. Bianchi M. Crem. p. 278. a Cardinal. p. 144. n. IV. cit. etiam C. Iulius Ianuarius Alae Pannon. quondam praefuit.) — *celio* C, *Coelio* ita⁴⁵. Secundum It. Ant. p. 250. *Celius mons*, quem iam Surita hoc quoque loco indicari recte annotavit, a Guntia XVI, a Campoduno XIII M. P. distitit, ut fere nullum dubium supersit, esse opp. *Kelmünz* s. *Kellmünz* ad Ilargum (*Iller*) fl., quod hodieque vetus nomen fere retinet. et hanc sententiam amplexi sunt Simlerus, Cluverius, Cellarius, Reichardus, Raiserus, Wersebius, Leichtlenius, Lapieus, alii. vide impr. Raiser. *Oberdonaukr.* II. §. 2. cum delineationibus castrorum. Pancirolus, quem non offendit Norica oppida in Raetiis collocari, *Κέλειαν* Ptolemaei, i. e. hod. Stiriae opp. *Cilly*, huc traxit: „*Caeliam* vocat Ptolomaeus, vulgo *Ciliam* dicunt, quae est in Norico“. Buchnerus (*Gesch. v. Baiern.* II. p. paenult.) „*Celius mons*, *Keltenstein bei Oberdorf*. *Celium*, *Kellmünz*“: cui distinctioni refragatur Itin. Ant. l. c., quod neque Rennerus nec Mannertus (III. p. 606. sq.) recte interpretati sunt, cum in vico *Türkheim* ad *Wertach* fl. (nam certum est hunc voluisse etiam *Manner-*tum, apud quem legitur *Tarkheim*) *Caelium* quaererent.

— γγ. 3. sq.] *Gentis*] Pancirolus: „Hi erant gentiles seu pagani, et idolatrae, id enim significat vox gentis, et prout opus erat locis per Retios succurrebant: sed Teriolis Tribunus commorabatur“. Nec superstitiosissimus istam definitionem veram esse credet, quam neque constitutionibus ab ipso Pancirolus citatis (L. ult. C. de off. mil. iudic. I. 45., L. ult. C. de off. M. M. I. 29., L. 8. C. de vect. et comm. IV. 61., L. ult. C. de temp. app. VII. 63.), in quibus tamen Gentium vocabulum ad populos in Romani imperii fines non receptos necdum subactos trahitur, satis convenire apparet. cf. quae p. 727*. sq. ad p. 99*. γ. 9. exposuimus. Veri non nihil suboluit Raisero (*Röm. A. zu Augsb.* p. 57.) explicanti: „in Tirol war ein Corps von Nicht-Christen oder Haiden; (wenn dieses Corps nicht vielmehr eine Landwehrmannschaft gewesen ist)“. Coloni militares ex barbaris

populis recepti asperioribus limitaneorum provinciarum tractibus et colendis et tuendis destinati proprio *Gentis* vocabulo h. l. indicantur. atque de Gentilibus Suevis Alamannisque hunc locum fortassis intellexeris: Suevos Raetiis iam sub Augusto imminuisse Tac. Ann. I. 44. auctor est, et ad a. 356. Ammianus (XVI. 10, 20.) de Constantio imp. „adsiduis“ ait „nuntiis terrebatur et certis, indicantibus Suevos Raetias incursare, Quadosque Valeriam, et Sarmatas, latrocinandi peritissimum genus, Superiorem Moesiam et Secundam populari Pannoniam“, de Alamannis autem Raetias infestantibus supra saepius vidimus. quorum populorum agmina devicta in Romanas provincias translata militiaeque Gentilium tradita esse, vel ex huius ipsius Notitiae cap. XL. constat. Sed accuratius re perpensa Sarmatas fuisse Gentiles per Raetias deputatos crediderim: Sarmatae enim omnes in Italia superiore constituti Gentiles fuerunt, de quorum stavis infra p. 121*. relatum est; atque ex Italia superiore per Raetias deputatos fuisse non est quod dubitemus. Neque probabile cuiquam videbitur, Laetorum Gentiliumque numeros, in interioribus imperii regionibus habitos, per eas provincias facile deputatos fuisse, quae ipsorum patriae vicinae essent: nam vel domiti leones in silvas patriae erumpere amant, caprisque arcendis non bene hircis uteris. — *Rhetias* Aaa, *Retias* BCD Edeff. Maxime per montana Tirolensia castella dispositos fuisse Gentiles et per se et ex h. l. probabile esse videtur. De vocabulo *deputare* vide quae p. 767*. ad p. 102*. §§. 5. sqq. protulimus. De Teriolis sive Terioli (nam de forma nihil constat) ad superiorem §. 15. actum est.

— §§. 5. sq.] *Barbaricariorum* omnes praeter C, in quo *Barbariaricorum* est. mihi vero nullum dubium superest, quin de Barcariis, ut infra p. 113*. §. 6., ubi vide annot., et p. 118*. §. 21., hoc quoque loco sermo sit, et *Barcariorum* recte iam Velserum (ed. Venet. 1594.) dedisse tempestive video: litteras *bari* ex inepta repetitione enatas ideo uncinis inclusi. Pancirolus omnia suo more explicat: „Barbaricarii sunt (Donat. in

11. Aen.) qui ex auro coloratis filis *etr.* [cf. annot. ad Not. Or. p. 245. not. 58. et cf. supra p. 364*. sq. ad γγ. 5. sq. p. 50*.] Alias sunt milites qui cassides, vel buculas eodem modo auro vel argento exornant. . . . Ab armis quae hoc modo ornata gestabant hi milites Barbaricarii potuerunt vocari, vel forte quod ex Barbarico loco Romanis minime subiecto essent collecti [?]; cum vero instar legionis essent, eis imperans Praefectus est appellatus, qui etiam legionis partem regentis est titulus⁴. Ita noster ipse Praefectus errorum; eorumque quidem integrae legionis, qui statim ante affirmavit: „In Rheni ripa inter lacum Acronium et Basileam Bricantium Strabo et Ptolomaeus locant . . .“ — quasi quis Patavium inter Medoacum maiorem ac Tergesten locaret —; neque illi obsequentes milites desunt: ecce e. gr. Raiserus I. p. 26. sq. (cf. *Röm. A. zu Augsb.* p. 57.) „Die Notitia Imperii erwähnt: dass das bewaffnete Corps von Ouvriers, oder ein zur IIIten Italischen Legion eingetheiltes Frey-Corps [!] zu Rheineck, oder Bregenz stationirt gewesen sey“, cum hac annotatione: „So wird Numerus Barbaricarium und Confluentibus (am Einfl. des Rheins in den Bodensee) übersetzt. Vgl. die röm. Alterth. zu Augsb. S. 97. ad 9. und Note 88 daselbst“. Durus mehercle labor est stabula purgare. — Confluentibus sive Brecantiae] Brecantia ^{ABC}, Brigantia ^{aa}, Braecantia ^{t³}. Confluentes et Brecantiam diversa oppida fuisse recte etiam Raiserus * interpretatur (cf. quae de vo-

*) Cuius verba haec sunt: „Confluentibus sive Braecantiae. *Bejde* Orte sind jedoch nicht identisch. Es könnte angenommen werden, dass sowohl wegen der weiter als zu dem heutigen Bregenz reichenden röm. Meilen-Bezeichnung von 24 M. P. [in It. Ant.], und wegen des Wortes aut [immo, 'sive' habet hic Not. locus], und der Separat-Bezeichnung der Meilen-Distanz ad Rhenum mit 9 M. P. und ad Brigantiam mit 15 M. P. [also haec ex Tab. Peut. sect. III. relata sunt]; mit der zutreffenden Zusammen-Berechnung von 24 M. P., dann wegen der Gewissheit, dass der Rhein-Uebergang von den in der Castrametation wohl erfahrenen Römern stark befestiget gewesen sey, die Castra, welche sich von dem heutigen Bregenz

cula *sive* p.672*. ad p.91*. γ.24. annotavimus) Confluentesque hod. *Rheineck* (Hassel. *Helvet. Eidgen.* p. 156.), *Breçantiam Bregenz* (Hassel. *Oesterr.* p. 303. sq.) esse affirmavit. Prior locus in Tab. Peut. *Ad Renum* appellatur, sed transposita ibi esse nomina *Brigantio* et *Ad Renum*, ita ut illud ab hoc occidentem versus situm videretur, cum orientem versus ab eo situm est, etiam Mannert. III. p. 602. observavit. Ceterum quamvis Confluentium vocabulum ad designandam Rheni in lacum Brigantinum. ἐκβολήν * aliquid offensionis habeat, cum non confluant

bis zum Rhein, und bis zu seinem Einfluss in den Boden-See (Confluentibus) *erstreckt haben, zusammen die mehreren Castra Brigantiae (am Wasser) constituirt hätten*“. Sed plane commenticia foret ista sumptio, atque in universum Raiserus in eum errorem propensissimus fuit, ut plura castella vicina et per longiores etiam tractus quadam continuatione inter se coniuncta uno vocabulo comprehensa fuisse opinaretur.

*) Strab. IV. p. 192. sq., ed. Almel. p. 293. sq. „Καὶ ὁ Ῥήνος δὲ εἰς ἔλη μεγάλα καὶ λίμνην ἀναχέεται μεγάλην, ἣς ἐφάπτονται καὶ Ραιτοὶ καὶ Οὐίνδελικοὶ τῶν Ἀλπείων τινὲς καὶ τῶν ὑπεραλπείων“; et VII. p. 292., ed. Alm. p. 448. ἔστι δὲ πλησίον αὐτῆς (regionis in medio Hercyniae silvae) ἢ τε τοῦ Ἰστρου πηγὴ καὶ ἡ τοῦ Ῥήνου, καὶ ἡ μεταξὺ ἀμφοῖν λίμνη, καὶ τὰ ἔλη τὰ ἐκ τοῦ Ῥήνου διαχεόμενα· ἔστι δ' ἡ λίμνη τὴν μὲν περιμειρον σταδίων πλειόνων ἢ ἑ, διάγραμμα δὲ ἔγγυς σ'. Ἔχει δὲ καὶ νῆσον, ἣ ἐχρήσατο ὀρμητηρίῳ Τιβέριος ναυμαχῶν πρὸς Οὐίνδελικούς [Lindau?]. Νοτιωτέρα δ' ἔστι τῶν τοῦ Ἰστρου πηγῶν καὶ αὕτη, καὶ ὁ Ἐρκύνιος δρυμὸς, ὡσι' ἀνάγκη τῷ ἐκ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὸν Ἐρκύνιον δρυμὸν ἰόντι πρῶτον μὲν διαπεράσαι τὴν λίμνην, ἔπειτα τὸν Ἰστρον, εἰτ' ἤδη δι' εὐπειτέστερων χωρῶν ἐπὶ τὸν δρυμὸν τὰς προβάσεις ποιεῖσθαι δι' ὀροπέδων. ἡμερήσιον δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης προελθὼν ὁδὸν Τιβέριος εἶδε τὰς τοῦ Ἰστρου πηγάς. Προσάπτονται δὲ τῆς λίμνης ἐπ' ὀλίγον μὲν οἱ Ραιτοὶ, τὸ δὲ πλεον Ἐλουήττιοι καὶ Οὐίνδελικοὶ καὶ ἡ Βοῶων ἔρημα. Mel. III. 2. „Rhenus ab Alpibus decedens prope a capite duos lacus efficit, Venetum et Acronium“ (i. e. *den Zeller- sive Unter-See* et *den Bodensee*). Plin. H. N. IX. 17. sect. 29. „lacus Raeliae Brigantinus“. Ammian. XV. 4, 1. et 3. sqq. (qui utrum ubi lacuna §. 2. est, de catarractis prope Scaphusam dixerit necne, vide quos Wagnerus ad h. l. citavit Ioann. Müllerum *Hist. Helvet.* I. 6. not. 92. et

duo fluvii, tamen de confluentibus Arola (*Aar*) Rhenoque apud vicum Aargoviensem *Coblentz*, ubi hodieque corpus barcariorum sive nautarum exstat, et situs distantiaque locorum atque inter alia etiam id, quod tota hodierna Aargovia provinciae Maximae Sequanorum pars fuit, vetant. — *Brigantiae* Velsler. De Brigantiis Strabonis locum supra p. 773*. ad p. 102*. §. 10. v. *Cambiduno* dedimus; *Βριγάντιον* item Ptol. II. 11 (12). habet; Tab. Peut. *Brigantio*; It. Ant. *Brigantia*; *Brigantium* et *Brigantia* „iuxta lacum Brigantinum“ legitur in vita S. Magni c. 6. 17. cf. Interpp. ad It. Ant. II. citt., Cluver. p. 11. sq., Cellar. I. p. 228. §. 46., p. 415. §. 10., Mannert. III. p. 601., Wilhelm. *German.* p. 62., Leichtlen., Wersb. et Raiser. II. citt., Georgii II. p. 230.

— §§. 7. sq.] Sequanorum neque Alas neque Cohortes aliosve Numeros me legere memini, neque in lapidibus neque in diplomatis quae dicuntur imperatorum. Supra p. 25*. num. 34. *Sequani* inter Auxilia Palatina recensentur, sed p. 34*. num. 3. iidem Comiti Illyrici adscribuntur. cf. p. 234*. ad cit.

F. L. Hallerum, cui posteriori id quidem concedendum est, de illis catarractis veteres scriptores omnes silere, neque vero hoc, recentioribus demum temporibus eam viam sibi aperuisse Rhenum) „lacus Brigantiae“ „tamque absolutus altaque divortia riparum adradens lacum invadit [Rhenus] rotundum et vastum, quem Brigantiam accola Raetus appellat, perque CCCCLX stadia longum, parique paene spatio late diffusum, horrore silvarum squalentium inaccessum, nisi qua vetus illa Romana virtus et sobria iter composuit latum, barbaris et natura locorum et caeli inclementia refragante. Hanc ergo paludem spumosis strepento verticibus amnis irrupens et undarum quietem permeans pigram, mediam velut finali intersecat libramento, et tanquam elementum perenni discordia separatum nec aucto nec imminuto agmine quod intulit, vocabulo et viribus absolvitur integris, nec contagia deinde ulla perpetuens oceani gurgitibus intimatur. Quodque est impendio mirum, nec stagnum aquarum rapido transcursu movetur, nec limosa sublavie tardatur properans flumen, et confusum misceri non potest corpus. quod, nisi ita agi ipse doceret aspectus, nulla vi credebatur posse discerni.“ Gustavi Schwabii librum de lacu Brigantino non possideo. Cf. Georgii *Geogr.* II. p. 226. sq.

γ. 11. *Valeriam* hanc alam dictam fuisse „forte quod diu in Valeria esset morata“, Panciroliana explicatio est, contra quam vide annot. ad superiores §§. 22. sq. — *Iuuania* aa. De *Vimania* p. 772*. sqq. ad p. 102*. §§. 8. sqq. disputavimus.

— §§. 9. sq.] *Herculae* AB. Nescio an numerus ordinalis ante v. *Herculeae* non exciderit. cf. supra p. 538*. ad p. 79*. γ. 4. et quae de Cohortibus Pannoniorum ad proxime superiores §§. 1. sq. disputata sunt. — *Arborae* s. *arborae* ABW, *arbor*; a^t, *arbore* a^t,¹¹,¹², *Arbore* CEdtff et Velserus, et ita me quoque dedisse velim; nam *Arbona*, ut Walafr. Strabo in vita s. Galli, s. *Castrum Arbonense*, *oppidum Arbonense*, ut vita s. Magni habet, recentiores formae videntur esse. Tab. Peut. habet *Arbor felix*, It. Ant. *Arbore felice*, bis; Ammian. XXXI. 10, 20. „castra quibus Felicis Arboris nomen est“. Consentiant omnes esse hodiernum Thurgoviae oppidum *Arbon* ad lacum Brigantium. (Hassel. *Helv. Eidg.* p. 191.) Meyerus Knonaviensis *Erdk. der Schweiz. Eidg.* ed. II. tom. II. p. 210. sq. Romm. lapides, lateres, nummos ibi multos repertos esse, et Ebelius *Anleit. die Schweiz zu bereisen*, ed. III. tom. II. p. 128. decrecente aqua in lacu veteres muros conspici, homines narrare refert. sed quod in libro iis qui per Helvetiam iter faciunt utilissimo, inscripto *Anleit. d. Schw. zu bereisen v. Ebel. Neu bearb. v. Escher.* ed. VIII. Turic. 1843. 8°. p. 114. legitur, *Arbonae* usque ad medium saec. V. Romanos milites stetisse, id ex falsa de tempore huius Notitiae compositae opinione enatum, ideoque negandum est. De nominis causa non constat: Guillimannus (de reb. Helvetior. Friburg. Avent. 1598. 4°. p. 94. sq. „Arbores“ inquit „eas dictas felices quae uberes, et fructuosae vulgo notum“, et Meyerus etiam oppidum ab arborum pomiferarum copia bonitateque nomen accepisse censet. sed fortasse a quodam eventu felici (et cogitari potest vel ab infelici, ut omnis causa postea nomen converterint, ut ἀξείνον mare in Euxinum, Beneventum ex Malevento quasi transbaptizaverunt), nobis incognito, Romani castello nomen indiderunt: nimis enim nota erat Infelicis arboris significatio, quam quod simpliciter castris in agro fru-

giferarum arborum pleno conditis illud nomen dedissent; ceterum supra ex Ammiano vidimus, saeculis p. Chr. n. prioribus non ita ut hodie ripas lacus Brigantini risisse. Neque vero prorsus negaverim, istius amoeni castelli vocabulum e veteri iure pontificio aliquo modo deductum fuisse. „Ait enim (ut Macrobr. Saturn. II. 16. habet) Veranius de verbis pontificalibus: ‘Felices arbores putantur esse quercus, aesculus, ilex, suber, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, picus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus’. Tarquinius autem Priscus in ostentario arborario sic ait: ‘Arbores quae inferum deorum avertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant, Alaternum, salicem, filicem, ficum atram, quaeque baccam nigram nigrosque fructus ferunt; itemque acrifolium, pirum silvaticam, ruscum, rubum sentesque, quibus portenta prodigiaque mala comburi iubere oportet’. et ap. Gell. N. A. X. 15. ex Fabii Pictoris de sacerdotibus publicis libro primo legimus inter caerimonias impositas Flamini Diali: „unguūm Dialis et capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur“. Et generaliter Plin. H. N. XVI. 26. sect. 45. „Infelices autem existimantur damnataeque religione quae neque seruntur unquam, neque fructum ferunt“. cf. eund. XXIV. 9. sect. 41. i. f. et vide Salmas. in Plinianis exercitt. ed. 1689. fol. p. 371. 675. Cf. etiam de Arbona praeter interpp. It. Ant. Cluver. II. p. 19. et V. p. 15., Cellar. I. p. 227. §. 42., Mannert. III. p. 602. sq., Wersebius l. c., Raiserum I. §. 11. (qui falso *Secundae* Raetiae oppidum adscripsit: Raetiae Primae Maximaeque Sequanorum fines ipso loco *Finibus* s. *Ad Fines* dicto [hod. *Pfyn*] indicatos fuisse non est quod dubitetur. Cf. etiam de Raetiae finibus Schoepflin. Als. ill. I. p. 130. §. XIV., Ioa. Mülleri Hist. Helv. I. 7. ad nott. 80. sqq.) et Georgii II. p. 230.

— §. 11.] De poena huic Officio propter negligentiam in apparandis lusoriis imponenda vide L. un. Th. C. de lusoriis Danubii, supra p. 775*. ad §§. 12. sq. transcriptam.

— §. 13.] *offitiis* et sic etiam in sqq. 7 habet B.

— §. 14.] *praesentialium* aa et statim post *praesentialibus*.

— §. 15.] *utriusque* r⁴. 67.

- §. 17.] *utriusque* r⁴.
- §. 21.] *Regendarium* C.
- §§. 22. 23.] *Exceptores singulares* iunctim, ut ubique, aa.
- §. 24.] *offitiales* B.

DE DVCE ET PRAESIDE SARDINIAE

ante quam ad Duces Gallicos Britannicumque post explicatos Africanos, Illyricos Italicosque nos convertamus, pauca tum repetenda tum addenda esse videtur. vidimus enim (p. 138*. ad p. 7*. §. 1. et p. 436*. ad p. 64*. §. 8.) non ita diu ante hanc Notitiam conscriptam *Matroniano Duci et Praesidi Sardiniae* datam esse ab imp. Gratiano, Valentiniano Theodosioque AAA. L. 3. Th. C. ad L. lul. repetund. IX. 27. (quae paulum immutata est L. 1. Iust. Cod. cod. IX. 27.), sic habentem: „Ut unius poena metus possit esse multorum, Natalem quondam Ducem sub custodia Protectorum ad provinciam quam nudaverat, ire praecipimus, ut non solum quod eius non dicam domesticus, sed manipularius et minister accepit, verum etiam quod ipse a provincialibus nostris rapuit ac sustulit, in quadruplum invitus exsolvat. DAT. PRID. ID. IVN. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO COSS.“ i. e. anno 382. Ducatum cum Praesidatu sive, ut p. 606*. rettulimus, cum correctoria dignitate sive Correctura interdum coniunctum fuisse, ut locc. citt. expositum est, iam nihil difficultatis habet; neque etiam sibi per omnes tractus, limites provinciasve semper constituisse militarium rectorum institutionem, ut et capp. XXVII. sqq. vidimus et p. 594*. not. * ac p. 606*. expressimus, denuo exponi opus est. ideo vero ad illam constitutionem recurrendum nobis fuit, quod ex eius subscriptione Gothofredus apparere putavit, „Sardiniam his temporibus *Orientalis imperii* provinciam fuisse; quae *postea* Occidentali, et quidem Italiae primum, postea vero Africae attributa fuit“. quod non solum non ex hac subscriptione, sed omnino non probari posse puto. Ex multis quae adduci possent caussis, cur Constantinopoli data illa constitutio credi potest, exempli gratia hanc unam profero, quod Natalis iste

quondam Dux, propter repetendas puniendus, orientalem aliquam suam provinciam presserit, ideoque a Duce Praesideque Sardiniae Theodosius imp. eum repetierit: nam hunc Natalem Sardiniae ipsum Ducem fuisse, sub Valente, ut Gothofredus coniecit, ex ipsius constitutionis tenore refutari mihi videtur: Natalis e Sardinia, ubi morabatur, in provinciam ab ipso nudatam, sub custodia Protectorum ire, i. e. sub custodia remitti iubetur. Facit autem contra Gothofredi opinionem etiam provinciae Sardiniae historia: senatui populoque eam provinciam cecidisse, cum Octavianus imperium divideret, ex Dione LIII. 12. notum est, qui passim etiam praefectos in insulam missos eamve aliquando militibus et ducibus equestribus commissam fuisse memorat. A praetoribus, deinde, post Constantinum M., a praesidibus eam regi consuevisse et supra transcriptus S. Rufi locus et haec Notitia Dignn. (cf. p. 6*. §. 28., p. 10*. §. 14.) ostendunt, quae p. 47*. §. 12. res quoque largitionales Sardiniae sub occidentali Comite ss. largitionum fuisse testatur; imprimis autem etiam Theodosianus Codex ostendit Sardiniam ad Praefecturam praetorianam Italiae pertinuisse, nam ad Pff. Praet. Italiae datae sunt L. 27. de appell. XI. 30. (a. 357.), L. 15. de episcop. XVI. 2. (360.), LL. 12. 16. de cursu publ. VIII. 5. (362. 363.), L. 6. de metall. X. 19. (369.), quibuscum cf. L. 3. de poenis IX. 40. (a. 319.), quae omnes de administratione iurisve dictione per Sardiniam latae sunt; neque vero quisquam opinari potest, rerum militarium summam penes orientales, civilium contra penes occidentales praefectos fuisse, quod vel ex ipsa coniunctione Ducatus ac Praesidatus Sardiniae refelleretur. Itaque Gothofredi sententia reprobanda dicendumque est, Sardiniam, usque dum Vandali insulam expugnatam depopularentur (annis 340. sq.), sub Italiae praefectis praetorio magistrisque militum stetisse. Quo deinde modo Iustinianus eandem Africae attribuerit, satis ipsius imperatoris verba ostendunt, quae vide supra p. 155*. §§. 2. sqq. et p. 158*. §§. 3. sq.; atque hunc Iustinianum rerum ordinem etiam temporibus Gregorii M. observatum reperimus, inter cuius epi-

stolas, quarum vero inscriptiones nequaquam a suspitione falsitatis liberae sunt, non nullae Ducibus Sardiniae Magistrisque Militum Africae datae leguntur. Verum remotiores hae sunt ab iis temporibus, ad quae hic liber spectat; at contra proximus iisdem Claudiani panegyricus de consulatu Fl. Mallii Theodori est, quem exeunte saeculo quarto composuit, paucis annis ante hanc Notitiam scriptam, in quo hi versus 198. sqq. (quos non neglegere debebam, cum ad p. 47*.)}. 11. sq. de *Trium provinciarum* namque verba facerem) admodum memorabiles leguntur:

... tradente dea [*Iustitia*] suscepit [*Theodorus*] habenas
 Quattuor, ingenti Iuris temone refusas:
Prima Padum Tiberimque ligat crebrisque micantem
 Urbibus Italiam; *Libyas* Poenosque *secunda*
 Temperat; Illyrico se *tertia* porrigit orbi;
Ultima Sardiniam, Cynron trifidamque retentat
 Sicaniam et quicquid Tyrrhena tunditur unda
 Vel gemit Ionia. nec Te tot limina rerum
 Aut tantum turbavit onus"

Aperte quattuor praetorianae praefecturae Italicae dioeceses sive vicariatus recenset poeta, quarum ultima, *Trium Insularum*, Sardiniae, Corsicae et Siciliae cum reliquis Tusci Ionique maris insulis, i. e. praeter Baleares cum Pityusis ac parvas Gallici Ligustique fretorum easque quae in Hadriatico sunt sive Dalmatinas, omnibus ad Occidentis imperii partes pertinentibus*, apud neminem alium quem scio memoratur. neque propriam *Trium Insularum* unquam dioecesin exstitisse crediderim; sed aut licentius poeta locutus est, fortasse ideo, quod Theodorus insignem, cum Italiae pro praefecto iterum praesset, insulis ipse easdem peragrans diligentiam curamque exhibuerit, aut certe unius tantum anni *Trium insularum* a ceteris Italiae provinciis divisio fuit. mihi quidem illud placet, sed videant alii num quid possint rectius excogitare ad

*) De quibus insulis vide Plin. H. N. III. 5. sqq., It. marit. sp. Weeseling. p. 487. sqq. et Geogr. Rav. V. 23. sqq.

explicandum carminis locum, quem interpretes adhuc vix attigerunt, nisi quod Gesnerus Augustum sibi servasse annotavit, ut ex suo arbitrio vel ex rei p. usu divisionem administrationemque provinciarum mutare liceret, ut ex fine librorum Strabonis, ex Suetonio (Octavian. c. 47.) Cassioque Dione (LIII. 14.) satis notum est.

CAPVT XXXV.

PAG. 104*. §. 2. rubr.] *Prouintie C.* — *Sequanci B, Sequanaci C, Sequanae* aa et Schoepflin. Als. ill. I. p. 129. not. d. D'Anvill. *Not. de la Gaule* p. 503. post B. Rhenanum „*Limitis*“ subaudiendum esse monet; parum recte, nam *Sequanicum* (p. 53*. §. 16.), ut *Noricum, Illyricum* aliaque eius modi etiam Romanos dixisse, ut Romanicis linguis utentes recentiores quoque populi dicunt, apparet, pariter ut nos *das Sequanische, im Burgundischen, aus dem Preussischen* et similia dicimus. De *Maxima Sequanorum* supra p. 489*. sqq. ad p. 72*. §. 13. disserui, ubi ex Dunodii *Histoire des Séquanois*. Paris. 1735. 4°. p. 25. sq., nisi sero hunc librum nactus essem, ex huius quoque scriptoris opinione *Maximae* vocabulum ab extensione sua provinciae inditum fuisse, annotavissem. Nunc ad illam quaestionem, qua de caussa non nullae provinciae *Maximae* dicerentur, cum tamen iisdem maiores in iisdem dioecesibus exstarent, fortasse a quodam praecipuo harum provinciarum iure id factum esse, apertius annotare liceat, ut p. 506*. de *Maxima Caesariensi*, eam metropolitano iure gavisam fuisse diximus. atque de principatu *Sequanorum Aeduorumque* iam *Caes. B. G. VI. 12. cf. I. 31.* loquitur, ut eorum ager „*optimus totius Galliae*“ appellatur *cit. I. 31.* Et *vicinos Aeduos Tac. Ann. III. 46.* „*pecunia dices et voluptatibus opulentos*“ appellat, atque *Hist. I. 51.* iisdem *Sequanos* ut opulentiores praeposuit. Ita *Dunodius l. c.*, sed non illius quaestionis explicandae caussa, „*la province ecclésiastique des Séquanois*“ inquit „*n'a point reconnu de*

primat; ce qui nous marque qu'elle étoit principale et indépendante dans le troisième siècle, dans lequel l'église de Besançon compte déjà des évêques, et Constantin n'a commencé à régner qu'en 306. de similitudine autem civilis ecclesiasticaeque constitutionis provinciarum iam p. 508*. ad p. 75*. γ. 3. monuimus. Quid, quod hic Dux inter eos qui sub dispositione Magistri Militum praesentalis fuerunt (p. 23*. B.), non enumeratur, cum in Indice inter XII per occidentem Duces (p. 5*. γ. 4.) recenseatur? Idem bene scio et in Ducem Tractus Armorici Nervicanique cadere; sed neque haec mea sententia est, Sequanicum *Maximae* vocabulum inde accepisse, quod eius Dux illi Magistro non subfuisset, sed tantum indicaverim hanc quoque exemptionem fortasse ex eadem causa ortam fuisse, ex qua provincia de qua quaerimus Maximae nomine ornata fuit. cf. etiam p. 223*. ad γγ. 16. 17. *Sequanici* nomen a veteri Sequanorum populo, in cuius finibus „maximum flumen“ Sequana oritur, aperte deducendum est; nec obstat quod hodierna praefectura Côte d'Or, in qua Sequanae (hod. Seine, Geogr. Rav. IV. 27. *Sagana* dicitur) caput est, ad Primam Lugdunensem huius Notitiae compositae tempore pertinuit: longe alios fines populus (cf. Caes. B. G. I. 1. 8. et 12. IV. 10., Strab. IV. p. 193., ed. Almel. p. 295., Ptol. II. 8(9).) atque postea provincia habuit (cf. supra p. 490*), quamvis eosdem dicat qui nuper crassum volumen de veteri Europae geographia compilavit, Forbigerus III. p. 237. sq.; et diserte de Sequana Strabo IV. 192. ed. Almel. p. 293. „ὅτι δ' εἰς τὸν ὠκεανόν, inquit, παραλλήλος τῇ Πήνῃ διὰ ἔθνος ἑμωνύμων. Quid Ioannem Müllerum moverit, ut Hadriano Maximae Sequanorum provinciae institutionem adscriberet (Hist. Helv. I. 6. ad not. 79.), equidem non video: nam neque Eutropius neque Ammianus, quos testes adduxit, eum iuvant, cum ille VI. 17. Iulium Caesarem primo vicisse „Helvetios, qui nunc Sequani appellantur“, hic autem (vide p. 164*. supra) de Sequanis in Galliarum provinciarum enumeratione, quam non iustam esse constat, solummodo verba fecerit. neque erat quod ad hanc quaestionem a

Stephanum⁴. Verum est nomen *Lataui* legi in Not. Or. p. 85. §. 2. inter Phoenices castella, sed verum non est, apud Stephanum Latavia s. Lataviam Bithyniae civitatem legi. Ab isto vero castello, vel si vocabulum corruptum non esset, nemo hos milites deduxerit. Hadr. Valesius (Notit. Galliar. p. 599.) mutata scriptura voluit *Milites Batavi Vesontione*, quam coniecturam ipse certissimam esse affirmavit, D'Anvillius autem (Not. de la Gaule p. 503.) merito eam iusto audaciorem esse increpavit. Cum Beato Rhenano Schoepflinus (l. p. 88.) *Batavienses* legendum esse opinatus est, quae insolita forma ab hac Notitia plane aliena est. Itaque ego hanc annotationem olim loco apposui, quam ut in re dubia profero, si cui forte quae mihi ipsi displicet, placere possit: „Fortasse legendum est *Latovicenses* s. *Latovicenses*. Plin. H. N. III. 25. sect. 28. *Latovicos* inter Pannoniae populos memorat, eosdemque Pannoniae Superioris partes ἐπὶ τὸ Νωρικὸν inhabitare testatur Ptol. II. 13 (15). Eorum oppidum, *Praetorium Latovicorum* sec. It. Ant. p. 259. ab Aemona (*Laibach*) XXXIII M. P., a Novioduno ad Colapim (*Novigrad* ad *Kulpam* fl.) XXXI M. P. distitit; Tab. Peut. IV. B fere consentit hoc modo: 'Emona. XVIII. Aceruone. XIII. Ad protoriū. XVI. Crucio. XVI. Nouioduni'. quaerimus itaque hoc Praetorium in hod. opp. Carnico *Neustädtl* ad *Gurk* fl. Cf. Mannert. III. p. 700. Pro *Latobrigis* Caesaris (B. G. I. 5. 28. 29.) in codd. mss. editisque praeter alias variantes scripturas etiam *Latobicis* et *Latovicis* occurrere non nescio (cf. Oudend. ad ll. citt.); sed de hoc populo, quamvis ipso Helvetiis et Sequanis vicino, ad h. l. non cogito: unius pagi incolae olim hi Latobrigi, non nisi Caesari memorati, fuisse videntur, quorum nomen usque ad tempora huius Notitiae non duravit⁴. Nunc haec omnia iustam, quinam hi *Latavienses* fuerint, interpretationem non continere mihi persuasi: si me audis, *Catarienses* ab initio scriptum fuit, qui supra p. 35*. §. 10. recensentur: litterae utriusque vocabuli, et corrupti et iusti, tantam inter se similitudinem habent, ut facillime permutari potuerint; neque huic emendationi obstat, quod *Catarienses* inter milites

„cum viro spectabili Comite Illyrici“ habitos supra enumerati leguntur. etiam ipsi *Sequani* cum eodem Comite fuerunt (p. 34*. ꝥ. 19.), et, ut paucis exemplis defungar, Pacatianenses „cum Comite Illyrici“ p. 35*. ꝥ. 3., Pacatianensem Cohortem sub dispositione Comitis Tingitaniae p. 79*. ꝥ. 11., Fortenses „intra Hispanias cum sp. Comite“ p. 37*. ꝥ. 26. et Numerum Fortensium sub disp. Comitis litoris Saxon. per Britann. p. 80*. i. f. legimus. De *Catariensibus* autem cf. annot. p. 279*. ad cit. ꝥ. 10., laudatisque ibi scriptoribus adde Katancsich. Comm. in Plinii Pannoniam. Budac. 1829. 8°. p. 36. sq. et Borghes. *Iscriz. Rom. del Reno* p. 13. sq., qui item cum Furlanetto *Catarienses* sive *Catarienses* ex populo Inferioris Pannoniae apud Plin. l. c. memorato desumptos fuisse statuit, sed non recte ita verba fecit, ac si de ‘Numeris’ *Catariensium* s. *Catariensium* in Notitia Dignn. legeretur: nam rubrica capituli VII. „QVI NUMERI“ et r. non ita ad sequentia nomina omnia trahi potest, ut singula *Numeris* militum proprie sic dictis applicentur; sunt enim nomina ibi enumerata tam Vexillationum Legionumque diversorum generum et Auxiliorum quam Numerorum proprie sic appellatorum. De *Número Catariensium* autem interpretari possis lapidem Mogontiac. ap. Murator. 852, 7., Lehnium (*Gesammelte Schriften v. Külb. Mainz.* 1836. sqq. 8°. II. p. 269. s. Steiner. n. 504. CIRC. N. CATHARENSIUM, (Stein. CATHAR.) Orell. 3414. CIRCITOR NUMERI CATHARENS., quod nomen Hagenbuch. pro *Chattuariorum* s. *Hattugrensium* sumpsit, Steinerus ad n. 369. post Lehn. I. p. 159. sqq. (ubi in ara Castelli contra Mogont. reperta legitur I O M | N. IVN. REG | FINITIVS FI|DELIS. MIL | N. CADDARENSIVM | IN, SVO | POSIT | FVSCO. ET | DEXTR. COS i. e. anno p. Chr. n. 225.) *Gaddarenses* et *Catharenses* eosdem fuisse putat, quod ipse propter locum, ubi uterque lapis repertus est, atque singularem illam litterarum DD formam probem; sed hoc ipsum facit, ut de *Gadarensibus* s. *Gadarenis Iudaeae*, quamvis innumeris locis ab Octaviani inde temporibus a veteribus scriptoribus celebrato populo, hos titulos non ita bene accipiendos esse censeam; Lehnus II. p. 269., *Catarienses* sub

Comite Illyrici, quos Pannonios fuisse nullum mihi dubium superest, cum Catharensibus in tit. Mogont. eosdem fuisse quasi rem exploratam affirmans, Numerum utrum Gadarensium Iudaeae an Gaddanorum Arabiae (cf. Not. Or. p. 82. §. 5. c. annot. mea) declarare deberet, ambegit I. p. 161. — *Olinone*] *Olicione* €, *Olicione* ℥, *Olinouae* aa. De loco quem nullus vetus scriptor memorat, post Beat. Rhenanum recentiores scriptores, paucis tantum exceptis, consentiunt in hod. viculo *Hole* prope Basileam quaerendum esse. Rhenanus (Rer. Germanicar. lib. I. p. 12. ed. Basil. 1531. fol.) Dux Sequanici, inquit „apud *Olinonem castellum*, ubi hodie nemusculum est, vulgo *Holè* dictum, et viculus, veteris villae nomine proxime Basileam, praesidium perpetuum habebat pro custodia limitis in Rheno contra Alemannos. Ibi loci liber praefectarum Romanarum [i. e. Notit. Dignn.] *milites Batavienses* commemorat^o, et III. p. 145. „*Olinonem* hodie Basilienses vocant *Holè*, nam amant aspirations Germani. Protenditur versus vicum Altschvilerium. Ibi non solum numismata Romana reperiuntur, sed et sepulchra et sarcophagi. Vulgi commentum est illic habitasse regem^o. Ex Rhenano hauserunt Lazius (Comm. rei p. R. XII. 2, 1.), Ortelius h. v. et Pancirolus („. Olinoni degebant. Olinam fluvium Ptolomaeus in alia parte Galliae statuit. Hic Olino est nomen vici prope Basileam cum nemusculo“), item Bucher. Belg. Rom. p. 496., Dunod. *Hist. des Seq.* p. 30.* et Schoepflin. I. p. 50. et 188., qui

^o) F. J. Dunod *Histoire des Sequanois*. Paris. 1735. 4°. p. 30.: „Olino, Forteresse de l'ancienne Province Séquanoise, étoit le lieu de la résidence du Duc qui commandoit sur la frontière. Il y avoit une garnison, dont les Soldats sont apellés Latavienses dans la Notice, d'où l'on conclut qu'ils étoient de Latavie en Phénicie. N'y auroit-il point ici une faute de Copiste? et ne faudroit-il pas lire Batavi au lieu de Latavienses? car il est plus probable que cette garnison étoit de troupes Hollandoises, que de Phéniciens dont le Pais est si éloigné, et n'étoit pas sous l'Empire d'Occident dont la Forteresse d'Orno dépendoit. L'on voit dans la Notice la figure [?] de cette Forteresse. Elle est plus belle que celle de toutes les autres. [? scilicet]“

ita descripsit: „Locus est in colle, qui valleculam Binningensem [Arialbinnensem] ingredientibus ad dextram est, vix M. P. ab urbe distans. Ne hoc quidem tempore exolevit nomen, vocatur enim *Holée*“; eandemque sententiam secuti sunt Guil- limann. *Habsburg.* II. c. 6., Urstis. *chronic.* Basil. II. 1. p. 71., D'Anvill. v. *Olino*, Ioa. Müllerus (*Allgem. Gesch.* lib. VIII. c. 5.), Mannert. II. 1. p. 240., Ukert. II. 2. p. 498., Ebelius ac Meyerus Knonaviensis cum lexicor. geogrr. compileribus et Forbigero III. p. 236. Dubia tamen et Schoepflino illa explicatio visa est, quam primus Dunodus reliquit, de quo idem Schoepfl. p. 189. sic refert: „Dunodus, a Sequanicae Historiae Auctore diversus, in tractatu suo *Decouverte de la Ville d'Antre* Part. II. c. XII. p. 195. ita scribit: *Olino marqué dans la Notice pour le Camp ordinaire des Romains, est Cita, qui est près de Vesoul, dont on voit encore presentement les forts et les lignes, les entrées et les issues des legions, et tous leurs retranchemens. Charrier à une petite lieu de Vesoul, étoit le Camp de la Cavallerie, et Cita de l'Infanterie. Le nom de Cita veut dire Cité, une ville considerable, ou demouroit souvent le Gouverneur Romain.* pag. seq. *S'il faut encore l'allusion d'Olino, peut être que le nom de village voisin, Echenau la Moline, vient du Camp d'Olino, plutôt que des Moulins, qui y sont*“. Sed hanc coniecturam nihili faciendam esse, etiam Schoepfli- nus indicavit. Reichardus dedit: „*Olino, Not. Imp. Ollans*“ et in tab. geogr. Galliae vocabulum prope Vesontionem, ubi hod. vicus *Roulans* (Cannabich. *Frankr.* p. 310.) situs est, posuit; infelici sane non minus quam Dunodianum commento, nam limitanei milites non ita in interioribus provinciis stativa le-

tata pagina vacabat, dum ceteri Duces omnes plura sub
ita tria castella cap. XXXVII. maiora quam in iis pictu-
maler castellis representandus erat. cf.

XXXVII.] *Castella sur le bord du Rhin*

sur le Rhin

avoit prob-

He stea

18

19.

bere solebant. Leichtlenio (*Schwaben* p. 208. et in adiecta tab. geogr.) *Olino* in hod. vico *Olsburg* quaerenda est visa, eumque Sprunerus sequi voluisse videtur; quod tamen non comprobandum est: vicus Aargoviensis *Olsberg* (non *Olsburg*) ad rivum *Violenbach* dictum, nomen suum a vocabulo *Oelberg* habet (cf. Meyeri Knonav. *Erdk. der Schweiz. Eidg.* II. ed. II. p. 194.), neque situs vici, celeberrimae Augustae Rauracorum (*Aeugst*) vicini, huic opinioni magis favet quam eorum qui *Hole* Olinonis nomine cohonestare voluerunt. Quae mihi vera videtur sententia, eius notitiam debeo C. L. Rothio, qui in annalib. litterariis inscriptis *Mittheilungen der Gesellsch. für vaterl. Alterth. in Basel*, a. 1843. 4^o. editis I. p. 42. sq. ita disputavit: „Bekanntlich hat man seit Beat. Rhenanus ziemlich allgemein den Weiler Holee bei Basel für Olino gehalten, wofür aber nichts als die Namensähnlichkeit angeführt werden konnte. Ochs *Gesch. v. Basel* I. S. 113. erwähnt eines solothurn. Gelehrten, der auf Olten rieth. Julius Leichtlen (*Forsch. im Gebiete der Gesch.* 4. Heft 1825.) nennt den Violenbach Olina und das Kloster Olsburg 'Olino', wo bloss eine und zwar ganz unbedeutende Ruine ist. Dagegen scheint es wenig bekannt geworden zu sein, dass die wahrscheinlichste Vermutung schon i. J. 1787. ausgesprochen und mit guten Gründen unterstützt worden ist. Der Abbe Grandier nemlich zählt in seiner *Histoire ecclésiastique, militaire, civile et littéraire de l'Alsace* I. S. 23. Strasb. 1787. die verschiedenen Muthmassungen der Gelehrten über Olino auf, macht aber gegen alle geltend, dass jene Orte zu militärischen Zwecken nicht passten. Hingegen das Dorf Edenburg, früher Oelenburg oder Oelenburgheim, zwischen Kühnheim und Biesheim unter Neubreisach gelegen u. im 30jähr. Kriege sehr heruntergekommen, eigne sich seiner Lage nach sehr gut zu einer Festung, besonders auch wegen der Nähe des Rheins. Dort sei ein grosser Schutthügel, in dem man schon bedeutende römische Antiquitäten, Vasen, Ziegel mit dem Stempel der XXIsten Legion, Münzen u. s. w. gefunden habe. Auch bedeute Olino im Keltischen l'endroit voi-

sin du fleuve. *Später war auch Iul. Leichtlen einmal auf diese Vermutung gekommen, s. dessen Forschungen 1s Heft 1818. S. 104. Ebenso, wie ich höre, der ausgezeichnete Archäolog Herr geistl. Rath Schreiber in Freiburg. Auch ich gelangte unabhängig zu derselben Ansicht, als ich in Schöpflins Als. diplomatica S. 484. in einer Urkunde v. J. 1248 einen Abt von Oelenberg oder Olimberg in Sundgovia erwähnt fand: Klöster deuten oft auf alte Orte^a.*

PAG. 105*. γ. 3.] *Offitiis et infra officiales B. — militum magistrorum D.*

— γ. 4.] *Praesentium omis. C. praesentium habent aa.*

— γ. 5.] *VIR₊ (PRO VTR₁) A, uti BC, utrunque cc. Vocabulum omiserunt aa.*

— γγ. 10. 11.] *Exceptores singulares. aa.*

CAPVT XXXVI.

AD PAG. 106*. γ. 2.] *Armoritani C. — eiusque insignia add. cc. — Quid Tractus significet, annotationis ad Not. Or. p. 291. exposuimus. neque verum est quod Raepsaetius (Oeuvres. 1838. III. p. 78. sqq.) de tractibus civilibus protulit, neque fere quicquam iustum est in hac eiusdem viri (p. 80.) tractus definitione: „Le Tractus était donc, sous le rapport civil, un gouvernement général comprenant plusieurs comtés ou provinces, localement gouvernés par des comtes particuliers, et, sous le rapport militaire, un gouvernement général sur les milites comitatenses et limitaneos“. Etiam Gothofredus in glossario nomico Th. C. „Tractus pro dioecesi“ non recte explicavit: vocabulo τεχνικῶς non nisi ad militarem imperii divisionem significandam eo tempore, ad quod nobis spectandum est, usos esse, ex huius ipsius Notitiae locis, in quibus illud legitur, aperte comprobari videtur, atque hoc quidem etiam abbas Dubos* recte perspexit. idemque et de iis locis*

*) *Histoire critique... de la monarchie franç. Amsterd. 1734. 4^o.*

contenderim, qui *tractum Orientis* (ut Theodosii II. Novell. Ne duciani. tit. IV. §. 1. et De patrimonialib. tit. V. c. 2. §. 1.) sive *totius Orientalis tractus partes* memorant (ut Anast. L. 23. Iust. C. de cursu p. XII. 51.); ita etiam *Illyrici tractus* in L. 8. Th. C. de metallis X. 19. Daciam Ripensem Moesiamque primam sub Ducibus constitutas significat, unde *per Macedoniam et Illyrici tractum*, non per *Macedoniae et Illyrici tractus* imperatores posuerunt, nam dioecesi Macedoniae eiusdemve provinciis nullus Comes rei militaris aut Dux praefuit; ita *Aegyptiaci tractus* appellatio in L. 3. Th. C. de indictionib. XI. 5. regiones quae sub Comite rei militaris per Aegyptum essent, designat. De Tractu Armoricano et Nervicano, parte eorum quos Ammianus p. 553* transcriptus *Gallicanos Tractus* nuncupavit, supra p. 547* sqq. diximus, ubi de ~~Comite~~ Litoris Saxonici per Britanniam egimus, quod litus huic Tractui oppanditur, qui secundum huius capituli §. II. veterum Cellarum sive Gallorum inter Garumnam Sequanamque sitam patriam (Caes. B. G. I. 1.) comprehendebat. itaque haec Notitia iis repugnat qui Armoricanum tractum Ligeri Sequanaque inclusum fuisse rettulerunt, ut D'Anvill. *Not. de la G.* p. 103., Ritterus in *Allg. Weltgesch.* tom. V. part. III. p. 76. sq., aliique multi, dum paullo cautius Aquitaniam utramque improprie huic tractui adscribi putaverunt Valesius* *Not. Galliar.* p. 43. et Ukert. II. 2. p. 333. sed in eo erraverunt omnes, et quod in Caesaris commentariis non nisi populos inter Ligerim Sequanamque habitantes Armoricis, quo Celtico

I. p. 70., quem librum non sine meo meique libri damno nunc tandem ntendum recepi. „*Nous voyons par la Notice de l'Empire, que les Romains donnoient le nom particulier de Tractus à ces commandemens [militaires], dont l'étenduë ne répondoit en aucune maniere à celle d'une des 17 Provinces des Gaules*“.

*) „Armoricanus“ inquit „tractus per annos amplius IOCCC Ligere et Sequana terminabatur, h. e. totam oram Britanniae Minoris [Bretagne] et Nortmanniae [Normandie], seu provincias Lugdunensem II. et III. continebat“. Cf. etiam Cellar. I. p. 157. sq. §. LVI.

vocabulo maritimas oras inhabitantes, *παραθαλασσίους* sive *παρωκεανίους* significari constat, adscribi, et quod praesidia hoc capite enumerata in iisdem finibus omnia fuisse opinati sunt. Caesar enim de B. G. haec habet: II. 34. „ Venetos, Unellos, Osismios, Curiosolitas, Sesuvios, Aulercos, Rhedones, quae sunt maritimae civitates oceanumque adtingunt“; V. 53. mentionem facit „earum civitatum quae Armoricae adpellantur“, tum VII. 75. loquitur de „universis civitatibus quae oceanum adtingunt, quaeque eorum consuetudine Armoricae adpellantur; quo sunt in numero Curiosolites, Rhedones, Ambibari, Caletes, Osismii, Lemovices, Veneti, Unelli“; denique apud Hirtium VIII. 31. memorantur „ceteraeque civitates positae in ultimis Galliae finibus, oceano coniunctae, quae Armoricae adpellantur“. Itaque apparet Armoricas civitates quas Caesar enumerat, partim et in dextra Sequanae, ut Caletes sive Caletae (sic Ptol. II. 7 (8). eos appellat), partim et in sinistra Ligeris ripa, ut Lemovices, qui Aquitaniae Primae populus fuit, (unde pro '*Lemovices*' post alios etiam Zeussius '*Lexovii*', ut est B. G. III. 9. 11. 17., legi vult) quaerendas esse, et ita ipse D'Anvillius hos populos collocavit. Et Ambibari etiam, si cum Cluverio Zeussioque eos pro Ambiliatis, qui B. G. III. 9. memorantur, eosdemque pro Ambilatis sumimus, quos primos inter Aquitanicos, in sinistra Ligeris sedentes Plin. H. N. IV. 19. sect. 33. recenset, isti de Aremoricae finibus opinioni repugnant. Quid quod Plinio H. N. IV. 17. sect. 31., quem errasse plerique fere omnes significare satis habere solent, „inde (a Garumna) ad Pyrenaei montis excursum Aquitanica (Gallia), Aremorica antea dicta“ extenditur? * Neque Ausonii versus epist. IX. 35. sqq.

„Sunt et Aremorici qui laudent ostrea ponti,

*) Quod Plinius ibidem „a Scalde ad Sequanam Belgica“ dixit, id ad divisionem sub Iul. Caesare institutam referendum est [cf. B. G. II. 4.], et quod sect. seq. dixit „Lugdunensis Gallia habet Lexovios, Vellocasses, Galletos“ [i. e. Caletas Ptol.], id ad divisionem sub Octaviano Caesare factam pertinet.

Et quae Pictonici legit accola litoris, et quae

Mira Caledonius nonnumquam detegit aestus*,

quod non nulli volunt, Pictonicum litus Aremoricum non fuisse probant. Eutropii p. 549*, Apollinaris Sidonii p. 558*. et Zosimi p. 557*. exhibiti loci de finibus Aremoricae certiores nos non faciunt, non magis quam ubi Claudius Rutilius (Itin. I. γ. 213.) praesidem Exsuperantium laudat, quod Aremoricas oras postliminium pacis amare docuisset. Sed quod dixi, praesidia hoc Notitiae capite enumerata non omnia inter Sequanam Ligerimque extitisse, sponte apparebit, ubi Blabiam hod. *Blaye*, Rotomagum *Rouen* esse ostenderimus (cf. annot. ad p. 107*. γγ. 1. et 10.). In peculiarem errorem incidit Dubos, cum ex verbis §i II. efficere voluit, tractum Armoricanum usque ad Rheni ostia sese extendisse *, qui error eo magis vitandus erat,

*) Pag. 71. tanquam ipsa Notitia ita haberet, dat „*Ce Commandement (du Duc ou General du commandement Armorique) renferme cinq Provinces entieres, sçavoir, les 2 Aquitaines, la Senonoise, la 3me Lyonoise et la 2de Lyonoise, et il s'étend encore jusques dans le pays des Nerviens, c'est-à dire jusqu'à l'embouchure du Rhin dans l'Océan. Ainsi le Commandement Armorique comprenoit trois Cités de la seconde Belgique, sçavoir, celle de Boulogne, celle des Morins, et enfin celle des Nerviens, qui étoit à l'extrémité des Gaules et touchoit au Rhin. On avoit apparemment renfermé dans le Gouvernement Armorique et Nervien ces 3 Cités, situées entre le Rhin et les confins de la seconde Lyonoise qui est notre Normandie, afin que toutes les troupes et toutes les flottes destinées à la garde des côtes de la Gaule sur l'Océan, fussent sous les ordres du même Officier, du Duc qui commanderoit dans ce Gouvernement*“. Et paullo post, p. 74. sq. huic Duci imperium maritimum ab ostiis Rheni usque ad Lapurdum (*Bayonne*) adscribit. Apparet scriptorem utrumque ducatum, et Tractus Armoricani Nervicanique et Belgicae Secundae commiscuisse illumque etiam versus Hispaniam nimium extendisse, per totam Novempopulanam, quod vereor ne Bosius fecerit nonnullis capituli XL. versibus, qui omnino ad hunc Armoricanum ducatum non pertinent, huc tractis: eum tractum qui ab Ambianorum finibus, intra quos Samarae (*Somme*) ostia sunt, septentrionem versus extendebatur, sub proprio Belgicae Secundae Duce fuisse sequenti capite docemur. Vide etiam eiusdem Bosii disputationem in inferiore nota ad p. 107. γγ. 14. sq.

quod Ducem Belgicae Secundae sub dispositione Magistri Peditum Praesentalis fuisse constat (vide p. 23*. §. 17.), Duces vero Armorici Nervicani ac Sequanici Tractuum sub altero ex Magistris Equitum, sive Praesentali sive, quod potius crediderim, Galliarum, fuisse apparet. cf. p. 223*. et 809*. Aliorum de Aremoricis disputationes, ut Broweri fusius hunc locum commentantis ad Venant. Fortun. carm. III. 6. (8. ed. Luchi) §§. 3. sq. „Ultima quamvis sit regio Armorica in orbe,

Felicis [episcopi Namnetici] meritis cernitur esse prior“ iam percensere non attinet; sed Panciroli errores ne semper recoquantur, annotationem eius breviter examinemus: „Armorica tractus in Gallias, nunc Normandia, ac Britannia dicitur [et latius etiam meridiem versus extendebatur]. Caesar Baro[nius] in codice Vaticanae bibl. de rebus Britannis se legisse scribit, Maximum tyrannum, cum Gallias irvasisset, ac vicinos Britanniae Aremoricos expulisset, vacuum provinciam inter Britannos milites novos colonos factos divisisse. Unde ea provincia minor Britannia est dicta“. [scilicet secundum fabulas ad Gildae, Nennique enarrationes apud Henricum Huntingdonensem, Galfridum Monumethensem, Guilelmum Malmesburiensem et si qui sunt alii, exornatas, quas vel Zosimi locus p. 557*. exhibitus refellit et ex recentioribus etiam scriptoribus non nulli refutaverunt, ut e. gr. Browerus l. c., alii denuo protulerunt, ex quibus unum Galletium (*Diss. histor. sur l'origine des Bretons, sur leur etabl. dans l'Armorique* etc. Paris. 1739.) nominasse sufficiat. ante Romanos e Britannia insula expulsos, quo tempore haec Notitia diu composita fuit, Minoris Britanniae vocabulum inauditum fuit; occidentalis imperii partes omnino corruerant, ante quam

„Vicit Aremoricas animosa Britannia gentes

Et dedit imposito nomina prisca iugo“,

ut Scaligeri versibus utar. „Cum ab Anglis“ (Einhardi verba sunt Annal. ad a. 786. ap. Pertz. Monum. I. p. 169.) „ac Saxonibus Britannia insula fuisset invasa, magna pars incolarum eius mare traiciens in ultimis Galliae finibus Venetorum et Corio-

solitarum regiones occupavit⁴. Cf. etiam Gregor. Turon. Hist. Franc. IV. c. 4. sq. et Bedae H. E. II. 10. item Zeuss. p. 578. sq.] „Ea est inter Sequanam et Ligerim. Hic est Maximus Clemens, qui Maximam Sequanorum et Maximam Caesariensem a se denominavit⁴. [immo cf. supra p. 489*. sq. ad p. 72*. ꝥ. 13., p. 505*. sq. ad p. 74*. ꝥ. 9. et p. 808*. sq.] „Sed tempore huius Notitiae iam Maximo extincto, haec regio Britannia minor erat appellanda. Forte cum latius extenderetur, antiquo nomine Armorici est nuncupata. Apud Ptolomaeum legitur etiam Aquitaniam olim Aremaricam vocatam, [immo; constat Armoricae vocabulum ap. Ptol. omnino non legi.] continet Lexouicos, et Turones ad mare Britannicum, extenditurque, inquit Notitia, in alias V provincias...⁴. ac si Lexovii non Secundae, Turones non Tertiae Lugdunensis populi fuissent; ac si de aliis praeter Lexovios Turonesque provinciis V Notitia loqueretur: sed iam nimium Pancirolianis erroribus honorem tribuimus. Cur interiores quoque Galliarum partes huic Duci commissae fuerint, infra videbimus ad §. II.

In castellorum inscriptionibus discrepant A: e) *Corimofismis* [monstrosa haec forma explicatur ex annot. ad p. 107*. ꝥꝥ. 4. sq.] k) *Rotomage*; C: b) *Litus Saxoniciani*, e) *Cornmofismis*; C: b) *Litt⁹ Saxonitian*, e) *Gerinnofismis*, h) *Alleto*; d: b) *Grannona*, d) *Venetis*; ee: b) *Grannona*, d) *Venetis*; e³: c) *Bladia*, h) *Alæto*, k) *Rothomago*, l) *Abriacatis*; ee¹: e) *Ofismis*, h) *Alæto*, k) *Rothomago*, l) *Abriacatus*. Et pro *intall* in libro mandatorum editi habent INTALL.

— ꝥꝥ. 6. sq.] *Tractus* omis. C. — *Armonicani* B. — et omis. C. — *Neruciani* omnes, et sine dubio recte, quamquam Ios. Scaliger (Auson. lectt. II. 6. et 14.) *Ebruicani* legendum esse censuit et Browerus* l. c. p. 57. ei accessit et in actis quoque

*) Verum non est quod hic asserit „civitatis *Ebroicorum* nobilis agrum vicinum Aremoricis apud Aethicum et Vibium Sequestrum describi⁴: neuter id nomen habet, sed est in Notitia provinciar. Gallianar. quarta inter Lugdunensis Secundae civitates civitas *Ebroicorum*, hod. *Étreux*, dépt. de l'Eure.

ss. Quintini, Crispini et Crispiniani, ubi Rictius Varus scribitur *Nervici limitis* praefectus, *Ebruci limitis* corrigere voluit. verum in epistola quoque s. Paulini ad Victricium Rotomagensis episcopum a Valesio (Not. Gall. p. 568.) et D'Anvillio (Not. de la G. p. 482.) cit. de *remotissimo Nervici limitis tractu* legimus. Neque vero, praesertim cum iam Bucherius (Belg. Rom. p. 382.) monuerit, ne Nervicani tractus incolae cum Nervii confunderentur, cum D'Anvillio, cuius tab. geogr. Gall. ant. *Nervicanum tractum* usque ad Scaldis ostia extensum repraesentat, equidem dixerim: „ainsi, le nom des Nervii s'est étendu jusqu'à la mer, dans un espace qui devoit séparer le pays des Morini d'avec l'embouchure de l'Escaut“; sed Nervicani vocabulum ideo potius Armoricano tractui additum fuisse crediderim, tum quod Nerviorum nomen eo tempore ad Sequanam usque pertinuit, quae Valesii etiam opinio fuit, tum quod per Isaram (*Oise*) usque ad veteres ipsos Nervios extendebatur. cf. annot. ad §. II. Ex praesidiis statim enumeratis certe nullum in ipsis veterum Nerviorum finibus fuit. Nervicanam totius huius tractus partem inter Sequanam Samaramque fuisse censeo. Cf. etiam annot. ad pag. sq. §§. 2. 3. — §§. 8. sq.] *Novae*. vide supra p. 783*. ad p. 102*. §§. 18. sq. Bucher. p. 496. „ex ipsis Armoricis paulo ante rebellibus [cf. annot. ad p. 119*. §§. 2. sq.] lectam puto“. — *Armonicae* s^{ta}. — *Grannona* h. l. omnes. infra §§. 11. 12. *Grannono*, unde post Valesii suspicionem D'Anvill. p. 358. sqq. diversa fuisse oppida *Grannonum* et *Grannonam* sumpsit et in tabula geographica Galliae antiquae significavit. quod mihi displicet: D'Anvillius non observavit Notitiam pro suo more primum unam, deinde alteram numerorum militarium speciem totam percensere; post Tribunum Cohortis sequuntur Praefecti militum: Cohors Nova Armorica et Milites Grannonenses in eodem Baiocassium oppido stativa habebant, cuius rei exempla multa in capp. XXXI. sqq. exstant. neque si quis quam misera sit condicio scripturae in codd. mss. hanc Notitiam exhibentibus cognoverit, eum discrepantia inter *na* et *no* offendet. Priorum scriptorum sen-

tentias rettulit D'Anvill. l. c.: Sanso [et Bucher. l. c.]; *Grannonum* in hod. opp. *Granville s. Grandville* (dépt. de la Manche; cf. *Cannabich, Erdbeschr. Frankr.* Vimar. 1820. 8°. p. 401.), *Valesius* p. 236. *Grannonam* in opp. *Garande s. Guerande* (dépt. Loire infer., cf. *Cannab.* p. 443.) quaesivit, de *Grannono*, utrum a *Grannona* diversum atque ubi quaerendum esset, se nescire fassus. *De la Barre* (*Mém. des inscr.* VIII. p. 419.) *Grannonam* in hodierno *Lo Crenan* (dépt. Finisterre, entre *Brest et Quimper*) repperisse sibi visus est; sed hoc oppidum *Loc Ronan s. Loc Renan* (= locus sancti Renani sive Ronani) appellari palam est. (cf. *Cannab.* p. 428.) *Grannonam* D'Anvillius statuit esse „*Port en Bessin, où l'on reconnoît les vestiges d'un ancien havre, ou navale, qui devoit être protégé par quelque place, munie d'une garnison, et qui n'existe plus*“. et aperte situs huius *Portus Baiocassini* optime huic Notitiae convenit. Pro *Grannono* cum Sansone D'Anvillius illam *Granvillam* inter *Constantiam* et *Abrincatuorum* civitatem sumi posse putavit. *Ukert.* II. 2. p. 488. „*Grannonum, Port en Bessin*“, *Reichardus*: „*Grannonum.* Scr. med. aev. [scil. ignoravit, ubi legeretur], *Granville*“. *Grauinum* *Tab. Peut.* I. A. huc non traxerim, ut faciendum esse suspicatur *Bruz. la Mart. v. Grannona*; fuit inter *lulibonam* (*Lillebonne, Seine inf.*) et *Bononiam* (*Boulogne, Pas de Calais*), hod. *Grainville la Teinturière* ad *Durdanum fl.* (*Seine inf.* cf. *Cannabich.* p. 360.) sec. D'Anvill. h. v., cui accesserunt *Reichardus*, *Ukertus*, *Lapieus*, *Sprunerus*, alii. *Grannonae* vocabulum olim ex *Grānanoua*, i. e. *Grātiana noua* corruptum esse mihi visum est, sed hoc aequè incertum est, ac si quis a *Granniis*, *Norvegiae meridionalis* populo *, vel a *Granis***

*) Apud *Iornand.* de reb. Getic. c. 3. inter „*Scanziae nationes*“ celebrantur *Granni*. cf. *Zeuss.* p. 506. sq.

**) *Isidor.* Or. XIX. 23, 7. „*Non nullae gentes . . . et in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vindicant, ut videmus cirros Germanorum, granos et cinnabar Gothorum . . .*“. *DuCanngius* v. *Grani*: „*si Savaronem et Salmasium audimus, dicuntur Capilli sparsi ac discriminati,*

Celticoque vocabulo *granawr*, unde Apollinis *Granni* nomen deducendum esse non nulli voluerunt, originem pteret. Ceterum ut alia multa civitatum populorumque nomina in utraque freti Gallici ora mire inter se conveniunt, ita cum hac statione, quae p. seq. ꝥ. 12. iterum, si me audis, recensetur, conferendi sunt Gariannonenses Gariannono sub Britannico Comite Litoris Saxonici merentes. p. 81*. ꝥꝥ. 4. sq. — *litore* recte Bd . — *Saxo- nio* ABC . De Litore Saxonico dixi supra p. 547*. sq. Ex comparatione huius loci cum sequentis cap. §. I. num. 1. apparet totam oram Normandiae septentrionalis usque ad Morinos illud Saxonici litoris per Gallias nomen gessisse, cuius meridionalis portio, ex mea quidem sententia, usque ad Samaram, sub hoc Duce, septentrionalis autem, i. e. a Samara usque in Germaniae inferioris fines, sub Duce Belgicae Secundae fuit, cui ipsas quoque Germaniae Secundae, quae proprium rei militaris Comitem Ducemve non habebat, navigabiles partes pariter atque Duci Germaniae Primae subfuisse non dubito.

PAG. 107*. ꝥ. 1.] Hos ꝥꝥ. omis. E . — *militum* ff. — *Carro- nentium* ABC . *Camonensium* a¹⁵. Pancirolus: „Hi ex Carro- nio Hispaniae urbe apud Plinium erant contracti“. Immo, Plin. H. N. II. 103. sect. 106. „In Carrinensi Hispaniae agro. “. Neque *Καρόριον* Ptol. II. 5 (6). Callaicorum Lucensium oppidum mediterraneum (cave credas esse *Coruña*) huc pertinere credo: de *Garronensibus* s. Garumnensibus, Aquitaniae populo, de quo p. 281*. adp. 36*. ꝥ. 20. diximus, hoc vocabulum accipio; milites inde nominati „intra Gallias cum v. ill. Mag. Eqq. Galliarum“ fuerunt. — *Blabia*. Cum Salvagerio (*de la Sauvagère Recueil d'antiq. dans les Gaules. Par. 1770. 4^o. p. 492.*) Aquitaniae Secundae oppidum h. l. designari puto, quod militari praesidio defensum celebrat Auson. epist. X. 15. sq.

„ glarea trita viarum

Fert militarem ad Blaviam“.

quia cum sint in fine rotundati, granorum formam efficiunt. . . . Sed videtur haec vox . . . significasse . . . barbae eam partem quae infra nares est seu mystacem [*Schnurrbart*]^a, ut ex Ernulfo Roffensi probat.

It. Ant. p. 458.: De Aquitania in Gallias. Item a Burdigala Augustodunum M. P. CCLXXIII. sic: Blavio [al. Blavuto, Blanuto, Blavito, Blauto, Blaunto, Flavio] M. P. XVIII. Tamnum M. P. XVI. Tab. Pent. I. A „Burdigalo. IX. Blama [leg. Blaviu]. XXII. lamnum“. *Blavia* habet etiam Geogr. Rav. IV. 40.; Gregor. Tur. Glor. confess. c. 46.: „Blaviense castellum super litus amnis Garumnae“; Testam. Bertichramni (Mabillon. Anall. p. 259.): „castrum Blavit super alveum Garonnae“. Mihi constat esse hod. munitum oppidum *Blaye* (*dépt. de la Gironde*; cf. Cannabich. p. 578. sq.). Et Pancirolus Blabiam de Garumnensi oppido *Blaye* accepit, sed adiecit inepte „forte legendum Carnutorum Blesiac“. Bucherius l. c. „hodie *Blavet*“ et Valesius p. 89., D'Anvillius p. 164. sq. et Ukertus II. 2. p. 485. alique horum pedissequi ut contra aperta §i II. verba negant Armoricanum tractum usque ad Garumnam sese extendisse, ita negant etiam hanc d. q. a. Blabiam hod. *Blaye* esse, illamque ad ostia Blaveti fluvii (*dépt. du Morbihan*), certum loci nomen non edentes collocant. Valesius eo progressus est, ut in hac Notitia pro *Blabia* scribi voluerit *Blabita*. „crediderimque“ inquit „*Blavittam* castrum Armoricae maritimum, quod et *Blavetum* nomine fluvii sui appellant, ibi designari“. *Blavetum* Venetorum oppidum supra hod. *Port-Louis* contra hod. opp. *l'Orient* (*Morbihan*), quod mediae aetatis scriptores etiam Blaviam appellaverunt, a nullo veteri scriptore memorari memini. Ceterum contra illam Valesii aliorumque opinionem id quoque adduxerim, quod Garronnenses Aquitanicae Blabiae facilius quam Lugdunensi adscribuntur, et quod Lugdunensis *Blavia*, si tandem idem nomen tempore huius Notitiae iam gessit, Venetorum capiti propinquior fuit. neque intra eiusdem parvi populi fines duabus Praefecturis opus fuerit, maxime cum Dio Cass. XXXIX. 40. diserte testetur: αἱ τε γὰρ πόλεις ἐπ' ἐρυνυῶν χωρίων ἰδρυμέναι ἀπρόσιτοι ἦσαν, καὶ ὁ ὠκεανὸς πάσας ὡς εἰπεῖν αὐτὰς περικλυζῶν ἄπορον μὲν τῷ πεζῷ, ἄπυρον δὲ καὶ τῇ ναυτικῇ τὴν πρὸς θολήν καὶ πλημμυρῶν καὶ ἀναρρέων ἐν τῇ ἀμπώτιδι καὶ ἐν τῇ ῥαχίᾳ ἐποίει.

— γγ. 2. sq.] *benetorum benetis* mss., ut fere *b* pro *o* ponere solent. Pancirolus: „Hi milites genere Mauri, Veneti sunt appellati, quia in Venetis morabantur, sicut sequentes Mauri Osismiaci sunt nuncupati, quia apud Osismios habitabant. Hos et Venetos in Tertia Lugdunensi Itinerarium [vult Notitiam provinciar. Gallicanar.] locat, quam regionem sub Nervicanis Notitia complecti videtur“. De *Maurorum* vocabulo vid. ad Not. Or. p. 188. not. 20.; supra cap. V. VII. hi Mauri Veneti non memorantur. Quod de Venetis Nervicanis adscriptis Pancirolus dicit, falsum esse, ex iis quae ad superiores γγ. 6. sq. annotavimus, sponte apparet. De his Venetis, Osismiorum vicinis, Ἰλλυριῶν Ἐνετοῖς (Herodot. I. 196.) cognatis, ut Polyb. II. 17. testari videtur („Οὐνετοί [ad mare Adriaticum sedentes] τοῖς μὲν ἔθεισι καὶ τῷ κόσμῳ βραχὺ διαφέροντες Κελτῶν, γλώττη δ' ἄλλοιά χρώμενοι.), quosque Strabo (IV. 4. p. 195., ed. Almel. p. 298.) οἰκιστὰς εἶναι τῶν κατὰ τὴν Ἀδρίαν putavit *, Caes. B. G. III. 8.: „Huius est civitatis [Venetiam vocat III. 9., maritimam oceanumque adtingentem II. 34.] longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum, quod et naves habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare consuerunt [quasque accuratius describit Strab. l. c.], et scientia atque usu nauticarum rerum reliquos antecedunt; et in magno inpetu maris atque aperto paucis portibus interiectis quos tenent ipsi, omnes fere qui eo mari uti consuerant, habent vectigales“. Ptol. II. 7 (8). „Τὴν δὲ δεσμικὴν παράλιον ὑπὸ τοὺς Ὀσιμίους ἔχουσι Οὐνετοί, ὧν πόλις Δαριόριον“. Et Plin. etiam H. N. IV. 18. sect. 32. Venetos inter Lugdunensis Galliae populos enumerat. Strabo * autem (IV. p. 194. s. ed.

* Admodum memorabilis est hic Strabonis locus: Τούτους οἰμαὶ τοὺς Οὐνετοὺς οἰκιστὰς εἶναι τῶν κατὰ τὴν Ἀδρίαν. καὶ γὰρ οἱ ἔλλοι πάντες σχεδὸν τι οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Κελτοὶ μεταπέστησαν ἐκ τῆς ὑπὲρ τῶν Ἀλπεων γῆς, καθάπερ καὶ οἱ Βοῶι καὶ οἱ Σέρονες· διὰ δὲ τὴν ὁμοθυμίαν Παφλαγῶνας φασὶν αὐτοῖς· λέγω δ' οὐκ ἰσχυρίζομενος, ἀρκεῖ γὰρ περὶ τῶν τοιούτων τὸ εἶκος. Ἐνθένδε οἱ Ὀσιμίσι οἱ εἶσιν κ. τ. λ. Cf. Liv. V. 34.

Almel. p. 297.) Βελγῶν esse Venetos neglegenter affirmavit et reclamantibus etiam recentioribus, Valesio, D'Anvillio, Ukerto II. 2. p. 334., Georgio II. 95. Venetorum nomine modo universum huius populi territorium, *le Vannois en Bretagne*, modo, ut h. l., principale oppidum eorum, *Dariorigum* Ptolemaeo, *Dartoritum* Tab. Peut. I. A, *Venetis in Britannia in paludibus* Geogr. Rav. IV. 39. dictum, significatur. Merito quidem D'Anvillius p. 262. Valesium reprehendit affirmantem (p. 591.) in Tab. Peut. Venetorum caput et urbem primariam nomine gentis *Venetos* vocari; sed ipse Valesius seq. p. de Tabula Peut. accuratius dixit et alios locos adduxit, quibus *Veneti urbs, civitas Venetica* sive *Venetum* memoratur. Hodieque Bretones civitatem *Vannes (dépt. du Morbihan, cf. Cannabich. p. 431. sq.)* nominare *Wenet* sive *Guenet* testatur D'Anvill. l. c., e quo haec quoque enotanda esse videntur: *L'emplacement de Dariorigum ne répondoit pas précisément à celui que Vennes occupe aujourd'hui selon D. Lobineau. Il veut que Dariorig fût situé sur une pointe de terre, qui est isolée deux fois par jour au montant de la marée... Cet emplacement seroit-il celui d'un terrain que la mer enveloppe ainsi au fond du Morbihan, à une lieue au-dessous de Vennes, et que l'on nomme Durouec? Et ce nom de Durouec auroit-il quelque rapport à Dariorig?* Cf. etiam Salvagerium p. 278., Cellar. I. p. 159. §. LVIII.

— ὕ. 4. sq.] *Osismia Corumosismis* aa. *Osismia A, Osismis BCD, insismiis E.* Cf. annot. p. 255*. sq. ad p. 28*. ὕ. 4. et p. 281*. ad p. 36*. ὕ. 15. Hic quoque exemplum habemus vocabuli a populo ad eius metropolin translati, quam Ptolemaeus *Ὀνοργάνιον*, Tab. Peut. I. A *Vorgium* vocat; apud Geogr. Rav. IV. 39. corruptum vocabulum *Chris* ex *Osismis* enatum esse opinor. est hod. *Karhez* s. *Corhaiz, dépt. du Finisterre.*

— ὕ. 6. sq.] *Superventores iuniores* supra p. 28*. ὕ. 6. et p. 36*. ὕ. 17. inter *Pseudocomitatenses* qui fuerunt intra Gallias cum v. ill. *Mag. Eqq. Galliarum*, memorantur, et dixi de hoc militum genere ad Not. Or. p. 446. sq. not. 18. — *Mannacias* a⁴. *Nannetias* aut *Nannetas* Bucherius l. c., *Namnetas* legendum

esse Valesius p. 367. et D'Anvillius p. 240. coniectaverunt, de cuius coniecturae, in quam ipse quoque statim incideram, veritate nullum mihi dubium superest. Valesii haec sunt verba: „emendandum puto *Namnatas*, aut *Namnatis*, sive *Namnetas* vel *Namnetis*“. Aliud exemplum oppidi a populo suo appellati praebet metropolis hodiernae praefecturae Ligeris inferioris *Nantes* (Cannabich. p. 439. sqq.). Caes. B. G. III. 9. et Plin. H. N. IV. 18. sect. 32. *Nannetes*. Strab. IV. 2. (p. 191.) „ὁ δὲ Λείγηρ μεταξὺ Πικτιόνων τε καὶ Ναμνιτῶν ἐκβάλλει“. Ptol. II. 7 (8). „ἔφ' οὗς (Venetos) Σαμνῖται πλησιάζοντες τῇ Λείγερι ποταμῷ“. horum oppidum non nominat; sed paullo post: „μεθ' οὗς (Aulercios Cenomanos) Ναμνηται, ἃν πόλις Κονδοῦνικον [al. Κονδιοῦνικον, Κονδιοῦνικον]“. Notit. prov. Gall. inter Lugdunensis III. civitates quinto loco *Nannetum* habet, quam *Namneticam* s. *Namnetensem* Venantius Fort. et Gregorius Turon. appellant. Titulus Mannheim. (Act. acad. I. p. 21., repet. Orell. n. 188.): ARGIOTALVS | SMERTVLITANI | F. NAMNIS EQV. | ALA INDIANA | STIP. X. et c. Cf. Vales. l. c., Cellar. I. p. 158., D'Anvill. p. 239. sq. 441. sq., Ukert. II. 2. p. 334. 484. sq. *

*) Mannert. II. 1. ed. II. 1804. p. 166. sq. *Namnetas* Ptolemaei a *Nannetibus* Strabonis Pliniique diversum populum fuisse contendit, hosque a Ptol. *Samnitas* vocari; neque *Condivicnum* cum hodierna civitate *Nantes* convenire. Sed haec Mannerti disputatio, vel si *Samnitas* recte suoque iusto loco memorasset Ptolemaeus, parum id quod ipse voluit, probat. Neque Reichardus audiendus est, qui suo more propter levissimam soni similitudinem castellum Gunthacharii (*Chateau Gontier, Mayenne*, cf. Cannab. p. 455.) ex *Condivicno* enatum esse opinatur. „Veritas“ inquit „est in propinquo, si Ptolemaeo, *Namnetis* hanc urbem adscribenti, fidem habemus. Quam vero gentem ab eodem vitiose collocatam esse, in aprico est. *Namnetas* enim et *Samnitas* diversas haud fuisse gentes, colligimus ex Strabone (p. 190. et 198. ed. Cas.) qui utramque in eandem transtulit regionem. Quare toto coelo erravit D'Anvillius, *Nantes* eligens“. Scilicet ab oppido *Chateau-Gontier* *Namnetas* (*Nantes*) usque uno die cursu publico utens pervenias. ceterum Reichardus didicisse debebat *Meduanae* (*Mayenne*) fluvii vallem totam *Nannetum* non fuisse. Cf. etiam Zeuss. p. 205.

— §. 8.] *Martentium* ABCD. cf. p. 254* ad p. 28* §. 1. — *Aleto*. Pancirolus: „Aleto in Neruicano littore. alii Aletham scribunt“. Immo, in Armoricano litore. Alibi de *Aleto* ante saec. IX. mentionem factam non invenimus. *Aletum* Lugdunensis Tertiae oppidum sive *civitas Alita* sub nominibus *Alet*, *Guich-* [i. e. vicus] *Alet*, *Pou* [i. e. pagus] *Alet* s. *Elet* retinetur. fuit episcopalis olim sedes prope S. *Servan* et oppidum S. *Maclovii* (*S. Malo, Ille et Vilaine*), ubi Rinctius (*la Rance*) in mare effunditur. Bucher. Belg. Rom. p. 496. „Aleto, hodie S. *Malo*“. Valesius p. 12. „Visuntur“ inquit „hodieque ruinae et rudera murorum, et portus eo in loco, castrumque *Solidorum*, vulgo *Solidor* aut *Solidors* dictum. Aleto diruto sedes episcopatus translata est in paeninsulam S. *Maclovii*...“ Insignis locus est et ex quo *Mannerti* (II. 1. p. 157. 155.) opinio, ac si hoc *Aletum* idem esset atque *Tabulae Pent. Fanum Martis*, quod in vico *Sauvagère* prope *Dinan* (*dépt. Côtes du Nord*) quaeri voluit, bene refutatur, qui in *Vita S. Maclovii Aletensis* episcopi a *Mabillonio* edita legitur p. 219. „Est vicina quasi altera insula, non tamen a terris tam longe semota, sed spatium latior, rupibus altior, in qua antiquissima *civitas Aletis* est sita, quae a meridiana parte Rinctio fluvio illic mari influenti lambitur, ab aquilone freto interrumpente a prius dicta insula separatur. Civitas ergo illa eo tempore populis et navibus commerciis frequentata...“ Cf. C. a S. Paulo Geogr. sacr. ed. Holst. p. 150., *Cellar.* I. p. 160. §. LXI., *D'Anvill.* p. 50. sq., *Ukert.* II. 2. p. 487., *Cannabich.* p. 410. sq.

— §. 9.] *Prima Flavia* ABCD, *Primae Flaviae* E(?) editi. *Prima Flavia Gallicana Constantia* (i. e. *Constantiae* stativa habens) cap. V. (p. 27* §. 29.) inter XVIII Pseudocomitatenses legitur, eademque *Prima Flavia Gallicana* cap. VII. (p. 36* §. 11.), sed et alia *Prima Flavia* ibid. §. 16., quae posterior p. 28* §. 5. *Prima Flavia Melis* appellatur. Illa prior pseudocomitatensis h. l. indicatur. — *Constantiae Lugdunensis Secundae* p. 119* i. f. legitur, et consentiunt *Notitiae Gall.*, in quibus *Civitas Constantia* s. *Constantinorum* novissimo loco inter Lug-

dunensis II. civitates ponitur. Quam Unellorum Constantiam, Constantinam urbem s. civitatem ap. Gregor. Tur. V. 19. VIII. 31. dictam, hod. oppidum *Coutances* (dép. de la Manche, cf. Cannab. p. 399.) esse consentiunt Valesius p. 156., Bouquet. I. p. 122., D'Anvill. p. 243., Ukert. II. 2. p. 487., alii. Neglegentius itaque Amm. Marc. XV. 11, 3. et de hoc oppido scripsit: „Matrona et Sequana . . . consociatim . . . prope castra Constantia funduntur in mare“. Reichardus v. *Legedia* (quod oppidum Tab. Peut. I. A memoratum cum civitate Constantia idem fuisse sibi, non mihi, persuasit) „verba *prope castra* ad vivum non resecanda“ esse suadet, eaque ita interpretatur „cum D'Anvillio, ut castra in regione iis subdita (*Cotentin* et r.) circa ostium sita sint intelligenda“. sed verum est totum illum Ammiani de Galliis locum erroribus scatere. Constantiam, secundum Ordericum Vitalem ap. Vales. et D'Anvill. cit. a Constantio Chloro, Constantini M. patre, conditam denominatamque cum *Cosedia* confuderunt Sanso Brietiusque; cum *Cronciatono* Venelorum (ap. Ptol.; *Cronciacoonum* Tab. Peut. I. A) idem oppidum fuisse voluit Valesius l. c., repugnante D'Anvillio; Mannertus autem (II. 1. p. 160.) cum *Carocotino* It. Ant. p. 381., de quo valde inter se dissentiunt Valesius et D'Anvillius, Constantiam fortasse eandem civitatem fuisse opinatus est.

— ὕ 10.] *Ursarientium* mss. cf. p. 246*. sq. ad p. 27*. ὕ. 8.
 — *Rhotomago* \mathfrak{D} , *Rothomago* $\epsilon^2, 3, 4, 5, 7$. Ptol. II. 7 (8). $\mu\epsilon\theta'$ οὗς (Arvios) μέχρι τοῦ Σηκοάνα Οὐνελιοκάσιοι, ὧν πόλις Πατόμαγος. Ammian. XV. 11, 12. corrupte „Secundam Lugdunensem *Rothomagi* et Turones *Mediolanum* ostendunt et *Tricassini*“. It. Ant. p. 382. *Ratomago* [al. *Latomago*, *Lacomago*] et p. 384. *Rathomago* [al. *Rothomago*, *Rotomago*, *Rotomagomao*]. Tab. Peut. I. A *Ratumagus*; in numm. ap. Mionnet. I. p. 82. suppl. I. p. 149. *Ratumacos*; Notitt. Gall. *Civitas Rotomagensium* Lugd. II. et passim ap. Gregor. Tur. *civitas Rothomagensis*. Constat esse caput hodiernae praefecturae Sequanae inferioris *Rouen* (Cannab. p. 355. sqq.), de quo sic Ordericus Vitalis ap. Vales. p. 482.

„Super Sequanam fluvium urbem Rotomagum construi praecipit C. Iulius Caesar in loco aptissimo, ubi ad orientale caput urbis Albula (*Aubette*) fluvius cum Rodebecco (*Robec*) et ab occasu Matrona (*Marne*) in Sequanam influit“. Recentiores vocabuli scripturae *Rodomacum*, *Rodomum*, *Rotumo* in scr. med. aevi passim occurrunt. Cf. etiam interp. ad ll. citt., Cellar. p. 165. sq. §. LXXII., D'Anvill. p. 559. sq., Mannert. I. 1. p. 168., Ukert. II. 2. p. 546.

— §. 11.] Populi nomen in eius urbem capitalem, quae *Ivyeva* ap. Ptolemaeum vocatur, ut saepius factum esse vidimus, translatum est. Hodie *Avranches*. cf. p. 254*. sq. ad p. 28*. §. 2.

§. 12. sq.] *Grannonentium* **ACDE**, *Graunonensium* **e**. — *Grannono* omnes. Vide annot. p. 823*. sq. ad p. 106*. §. 9.

— §. 14. sq.] *Armonicani* **C**. — *provincias* **BD**. — *Quinque provincias* h. l. enumeratas ab iis *Quinque provinciis* quae supra p. 47*. §. 16. sq. p. 53*. §. 8. indicantur, diversas esse et sponte apparet et diligentius p. 344*. sq. 384*. sq. 470*. sq. ostendimus. Supina Panciroli negligentia fuit, qui omnino eorum quae proxime praecesserunt oblitus hanc annotationem adiecit: „Horum praesidia Notitia recenset, quia totus hic Tractus Britanniam respiciens a Transrhenanis Barbaris vexatus, Romanorum iugo excusso, in libertatem se receperat. Zosimus in VI. [cf. supra p. 556*. sq. exhibitum locum] Id fuit circa annum sal. CCCCXI. Unde cum in hoc tractu non amplius essent Duces Romani nec Praepositi, his omissis satis fuit quinque provincias in Armorico tractu et Nervicano nominasse“. Mediterranearum duarum quas Armoricanus Nervicanusque Tractus complectebatur, provinciarum, i. e. Aquitaniae Primae Senoniaeque sive Lugdunensis Quartae, nulla quidem praesidia supra recensita sunt, neque habuisse videntur: nam navales militum praefecturae fuerunt omnes hoc capite enumeratae, pariter atque capp. XXXVII. et XXXIX. recensitae, eaque in maritimis oppidis sive prope maiorum fluviorum ostia conditis stativa habebant. nihilo vero minus

Duci suberant atque ad Limitem illi tuendum commissum eae quoque partes pertinebant, in quas per navigabilia flumina, pro ut barbarorum incursiones postularent, militia quasi dispensari distribuique potuit. quam rem etiam Dubos * ita expli-

*) *Histoire critique de l'établissement de la monarchie française dans les Gaules. Amsterd. 1734. 4°. p. 74. sqq. „Quoique nous n'ayons que de foibles lueurs de ce qui se passoit dans les Gaules sous le bas Empire, nous ne laissons pas cependant d'entrevoir les raisons qui portèrent Constantin, ou celui de ses Successeurs qui avoit réglé les districts de chacun des commandemens sur le pied où ils étoient lorsque la Notice fut rédigée, à mettre sous un seul et même Chef toutes les forces destinées à garder les côtes de cette grande Province sur l'Océan. [Cave credas totam occidentalem Galliarum maritimam oram sub uno Duce Tractus Armorici Nervicanique fuisse, neque praetereundum est, quod rebus militaribus per Gallias summo loco praefuerunt Magister Peditum in praesenti, sub cuius dispositione praeter duos omnes Duces limitum fuerunt, et Magistri Equitum duo, unus praesentalis, alter per Gallias, atque hic per Gallias quidem Duces Tractuuum Sequanici et Armorici Nervicanique sub dispositione habuisse dicendus videtur. cf. p. 23*. §§. 10...20. et annot. p. 223*.] Comme les flottes ennemies n'avertissent point des lieux où elles prétendent faire leur descentes, une seule flotte qui est [en] mer, avec un pareil dessein, donne de l'inquietude à deux cens lieuës de côte. Aujourd'hui c'est un lieu qui est menacé, et demain c'en est un autre; si tous les bätimens et toutes les troupes destinées à la garde de cette côte ne sont point sous les ordres du même Officier, et s'il ne peut point à son plaisir les faire passer d'un endroit à un autre, le bien du service en doit souffrir beaucoup. Dire que l'Officier qui commande dans le Pays où l'alarme cesse, enverra sur le champ ses forces dans le Pays qui commence d'être menacé par l'armée navale des ennemis, c'est n'avoir point une idée juste de cette espece de guerre; c'est encore ne pas connoître à quel point la jalousie regne ordinairement entre les Officiers de même grade qui commandent chacun en chef dans des départemens voisins, et combien elle apporte d'obstacle au service du Prince. Voilà donc ce qui aura fait comprendre dans le même commandement, non seulement la seconde et la troisième Lyonnaise, ainsi que la première Aquitaine et la seconde Aquitaine, mais encore une partie de la seconde Belgique, c'est-à-dire, toute la côte de*

cavit, ut eius disputationem subiungendam censuerim. Panciroli autem erroneam de hac Notitia post Tractum Armoricanum Nervicanumque a barbaris occupatum conscripta opinionem id ipsum satis refellit, quod eadem Notitia et eiusdem Armoricani et Belgici tractus Duces et maritima sub his Ducibus constituta praesidia diserte enumerat.

— γγ. 16...20. sic habent ABCD : *Per Aquitaniam primam et secundam | Senoniam secundam | Lugdonensem [Lugdunensem CD] | et tertiam |* ; in E nomina *Senoniam secundam Lugdunensem* unum versum efficiunt.

cette Province là, de maniere que le commandement Maritime commençoit à l'Embonchure du Rhin, et s'étendoit jusqu'à Bayonne. [Gravem hunc errorem in his huius Ducatus finibus indicandis commissum supra p. 820*. notavimus.] Quant aux raisons qui auroient fait aussi renfermer dans ce gouvernement Tours et quelques autres Cités Méditerranées de la troisième Lyonoise, et toute la quatrième Lyonoise ou la Senonoise, dont aucune Cité n'étoit baignée par la mer, voici ce que j'imagine. Non seulement les Saxons et les autres Barbares qui faisoient alors le metier de Pirates, descendoient souvent sur les côtes; mais... ils remontoient les fleuves sur leurs barques legeres; souvent il leur arrivoit de mettre pied à terre à cinquante lieux de la mer. Il étoit donc nécessaire d'entretenir dans les rivieres des flotes composées de barques et d'autres bâtimens plats, et il convenoit que les bassins et les arsenaux de ces flotes fussent fort avant dans les terres, afin que ces ennemis qui venoient par mer ne pussent point les surprendre. Ainsi la nécessité de mettre les petits bâtimens des flotes qui gardoient la Loire et la Seine, dans des bassins où ils fussent en sureté, et la convenance qu'il y avoit à leur donner ces abris dans le district du commandement Armorique, y auront fait comprendre la Province Senonoise. Nous verrons que la flote destinée à garder la Seine, avoit son bassin et ses arsenaux à Paris [cf. p. 119*. γγ. 6. sq.], qui étoit de cette Province. Il se peut bien faire encore que les différentes flotes qui étoient aux ordres du Commandant de ce district, et qui étoient destinées, soit pour croiser sur les Pirates, soit pour garder le lit des fleuves, tirassent de cette Province des bois de construction, des chanvres, et d'autres matieres dont elles avoient besoin journellement.

- ꝥ. 16.] Vid. p. 491*. ad p. 72*. ꝥ. 14.
 - ꝥ. 17.] Vid. ibid. ad ꝥ. 15.
 - ꝥꝥ. 18...20.] Vid. p. 495*. ad p. 72*. ꝥꝥ. 19...21.
 - ꝥ. 21.] *offitium* B, ut solet, et sic in sqq. et in fine capitis *officiales*.
 - ꝥ. 24.] *praesentialium* aa.
 - ꝥ. 25.] *altero a parte Equitum* excidisse videtur.
 - ꝥ. 29.] *Regendarium* f^t.
- PAG. 108*. ꝥꝥ. 1. 2.] *Exceptores singulares*, iunctim, ut solent, aa.
- ꝥ. 3.] *reliquos* omisit e^t.

CAPVT XXXVII.

— ꝥ. 5.] *Belgicae secunde* D, *Belgice secunde* C. *cum insignibus*. add. e⁶7. — De huius Tractus finibus satis ad superius caput et ad cap. XXV. itemque p. 486*. sq. ad p. 72*. ꝥꝥ. 8. 9. disputavimus *, unde sponte etiam apparet, quam nihili sit Panciroli, cui Belgica prima nunc Brabantia, Secunda nunc Flandria est, annotatio haec: „Alius Dux Belgicae Primae forte tum a Barbaris detentae non nominatur“: et postea: „Belgicae item primae, cuius metropolitae sunt Triueri, nullus in tota Notitia Dux apparet, quod illa provincia ab hostibus esset detenta“. immo, haec Notitia composita fuit ante quam

*) Orosii I. 2. (p. 25. ed. Haverc.) descriptio, quae iisdem omnibus verbis apud Aethicum quem vocant, legitur (Pomp. Mela Abr. Gronovii. L. B. 1722. 8^o. p. 728. sq.) nulli tempori convenit: „Gallia Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni et Germaniam, ab euro Alpes Penninas [interiacet Maxima Sequanorum], a meridie provinciam Narbonensem [scilicet si totam Rhodani vallem a lacu Lemanno usque ad Helvios Belgicae adtribuas], ab occasu provinciam Lugdunensem, a circio oceanum Britannicum, a septentrione Britanniam insulam [!]“.

„Francus Germanum Primum Belgamque Secundum
Sternebat, Rhenumque, ferox Alamanne, bibebas,
Romanis ripis et utroque superbus in agro
Vel civis vel victor eras . . .“

ut Sidon. Apoll. carm. VII. γγ. 73. sqq. habet, et apertae stultitiae est Belgicam Primam a Francis Hunnisque detentam sibi fingere, dum totus Tractus Armoricanus Nervicanusque, Belgica secunda, Germania Prima Tractusque Mogontiacensis ac Maxima Sequanorum suos Duces Romanos, Tractus Argentoratensis suum Comitem rei militaris, ceteraque omnes Galliarum provinciae suos, ut antea, rectores, quos omnes haec Notitia percenset, haberent. Quod Gothofredus in comm. ad L. 9. Th. C. de re militari VII. 1. hanc Notitiam „item Ducem Belgicae Primae et Ducem Belgicae Secundae“ fuisse docere scripsit, levitatis neglegentiaeque crimen, quod non ita saepe fecit, commisisse dicendus est. Cf. suprâ p. 594*. sq. Hunc Belgicae Secundae Ducem sub dispositione Magistri Peditum praesentalis fuisse cap. V. §. I. B docet.

In libro mandatorum hic quoque editi INTALL̄ habent. In castellorum inscriptionibus *Litus saxonicum* habent **BCD**ret, et **A** *Portūe patiaci*, **E** *Portus patiati*, ceteri *Portu aepatiaci*.

— γ. 10.] *litore* recte **BCD**, de quo *Litore Saxonico* ad capp. XXV. et XXXVI. egimus. — Cluverius Germ. ant. lib. II. c. 28. i. f. p. 132. „Hic locus“ inquit „cui nomen *Marci* [sive *Marcae* s. *Marca*?], haud dubie is est, qui hodieque, paullo supra portum Ambletoeliensem, dicitur vulgari vocabulo *Marquise*“. *Ambleteuse* et *Marquise* oppidula non procul a freto Gallico sita sunt, in praefectura *Pas de Calais* dicta. (cf. Cannabich. *Erdbesch.* *Frankr.* p. 205.) *Bücher*. Belg. Rom. p. 494. „hodie“ annotat „*Mardick*, portus celebris et capacissimus prope Dunkercam, nam *Dick* ad priscam vocem *Marc* additum, nihil aliud Flandris sonat, quam colliculus arenaceus, quales hic ad mare plurimi. et sententiam hanc confirmat prisca militaris via, quae Atrebatō per Minariacum et Casletum seu Castellum Morinorum ad *Mardick* usque deducitur, adhuc hodie superstes

et satis integra. Etiam secundum Malbrancium a D'Anvillio cit. locus in hod. vico *Mardick* (*dépt. du Nord*, cf. Canab. p. 219.), secundum Valesium autem p. 315. et D'Anvillium p. 433. in loco *Merk*, *Merg* sive *Mark*, *Marque* inter oppida Calesium (*Calais*) et Gravenengas (*Gravelines*) quaerendus est, quam sententiam sequimur; Bucherianam non expresse comprobatur *Wastelain* *Descr. de la Gaule Belgique*. Insulis 1761. 4^o. p. 386.; Reichardus: „*Marci portus* [?] scr. med. aev. [?], *Marcq*“; Ukertus (II. 2. p. 555.) nihil decidere ausus est. In quodam meo Notitiae exemplo, quod olim beati Crameri Kiliensis fuit, haec eius annotatio legitur: „Pro *Marcis* Chiffletius *Mardicis* volebat, in *Portu Mardicio* Iulii Caesaris quaerens *Portum Iccium*. Id reprehendens Guil. Somner, ipse coniectat *Marquisis*, avibus haud credo felicioribus. Vid. illa in libello: Iulii Caesaris *Portus Iccius* illustratus etc. edit. Edm. Gibson. Oxon. 1694. 8^o. p. 21. sqq.“

PAG. 109*. γγ. 1. sq.] Versum 1. A sic habet: *Clasfes* [om. *Praefectus*] *iambrica in lococo Quartensi*, C: *Pref. class lam^bce in loco Quartensi*, C: *Equites classis sam|brica in loco coquartensi*, d: * *Sambricae in loco Coquartensi*. In ea desunt verba *Praefectus classis*, ut statim *Saxonico Sambricae* iungantur. Etiam B *iambricae* habet. Vocabulum siue om. C. — *Hornens* CC. — De praefectis classium fusius dicam ad p. 118*. γ. 6. Pancirolus sic verba fecit; „Pro *Sambrica Samarobrigam* Ptolomaeus legit, quod est oppidum apud Phrudin fluvium. Caesar in commentariis, Cicero ad Trebatium et Itinerarium Samarobrinam, Sceda Volserii Sammarobrinam [Tab. Peut. I. B. *Sammarobriua*] appellant, vulgo ut aliqui volunt, dicitur *Cambray*, seu *Cambracensis*“. Magis ad rem loquitur Bucherius Belg. Rom. p. 494. ita: „De hac classe *Sambrica* tres esse possunt sententiae. Prima ad portum *Witsand* ponit, ad quem in mare decurrit rivulus cognominis *Sombre*. et portum eum iam inde a tempore Normannorum ultra a. Chr. 1300. frequentatissimum fuisse infra docebo; tametsi iam arenis oppletus sit et nullus. Secunda ad ostium

Somonae fluvii Picardiae collocat: quem olim quoque Samarum dictum, urbs Ambianorum *Samarobrica* s. *Samarobriga*, hodie *Amiens* testatur. et patens est istius fluminis ostium commodumque ad classem seu recipiendam, seu contra Saxonas mare illud infestantes emittendam. Ita classis Samarica Notitiae per contractionem esset Sambrica. Tertia ad Sabim Hannoniae fluvium constituit; qui hodie vernacule *Sambre* dicitur. Qui fluvius qua parte Bavaco maxime vicinus fluit, vicum habet sibi adsitum, *Quartes* dictum: habet et alterum, parum inde distantem nomine *Hargnies*, utrumque plurimis antiquitatibus illustrem. prorsus ut et fluvii nomen *Sambra*, et vicorum *Quartensis* et *Hornensis* voces nos eo manu ducere videantur. Nec ignotae sunt aliae Romanorum similes et amnicæ classes. . . . Sed neque inutilis haec Sambrica classis extitisset, quando Namurcum usque et infra comeatui Lagiensi prope Tungros praesidio, et similibus forte aliis subvehendo servire potuerit. Ita haec sententia supra ceteras arrideret; si Notitia eo loci sub Duce Belgicae II. non magis litoralia quam mediterranea loca persequi, aut non magis maritima classe contra Saxonas, quam amnica pro Lagio tunc eguisse videretur. Ne quid de assiduo Romanorum in Britanniam e Belgica traiectione dicam; cui multo magis quam unius alteriusve castelli comeatui subvehendo indulgeri debuit classis; quae nulla in Notitia alia, quam ista: tametsi alii adhuc portus. Quare aut de Sambrica ad Witsand classe, aut de Samarica ad ostium Samarum seu Somonae fluvii commodius capi posse videtur. Valesius p. 499.: „*Classis Sambrica* haec videtur dicta a *Sambra* flumine, ut *classis Ararica* ab Arare. [p. 119*. §. 5., et *Classis fluminis Rhodani* p. 118*. §. 19., *Classes Histricae* p. 92*. §. 17. p. 96*. §. 26. p. 99*. §. 18. et Not. Or. p. 106. §. 7., p. 109. §. 17. etc.] *Sambra* autem fluvius, aut est *Sabis* vel *Saba*, *la Sambre*, . . . aut potius *Samara* vel *Sumina*, *la Somme*, in Oceanum effluens, qui et *Sambra* nuncupatus sit. Nam in Notitia sermo ibi est de ora Belgicae II. deque locis maritimis. Crederet forte aliquis Sam-

bricam nomen esse non fluminis, sed loci in quo classis stabat, nimirum *Sambre*, qui est locus ad mare non procul a Montibus S. Angilberti, inter Witsantum et Sangaram, sed eam interpretationem verba Notitiae ferre non possunt aut capere. . . . In codd. scriptum reperitur *Praefectus classis Lambricae in loco Quaterni*. Sed *Lambricam* et *locum Quaterni* ignorare me fateor: nisi forte *Lambrica* sit *Brica* (*Bricque*) locus ad mare inter Alteiam et Quantiam fluvios, sed Quantiae multo propior quam Alteiae. . . .“ sed hic obliviscitur Valesius quod paullo ante recte monuit ipse, talem interpretationem, *Lambricae* pro nomine loci, non pro adiectivo summentem ipsis Notitiae verbis refutari. Sanso cum Valesio *Sambricae* de classe Suminae interpretatus Locum Quartensem in oppido *Crottoy* ad dextram Suminae in mare excurrentis ripam condito (*dépt. de la Somme*, cf. Cannab. p. 195.) quaeri voluit. Ortelius, ut Bruz. la Mart. v. *Quartensis* et D'Anvillius referunt, locos Quartensem in hod. *Wert* [*Weert*], Hornensem in hod. *Horn* s. *Hoorn* quaesivit, quæ vici sunt ad laevam Mosae fl. in Neerlandico territorio Limburgensi, sed non prope flumen, ut classis ibi stationem habuisse possit, neque in Belgica Secunda, sed in Germania Secunda; atque hoc quidem etiam D'Anvillius recte observavit, in cuius tamen tab. geogr. Gall. ant. *Hornensis locus* ad Sabim quidem, sed intra Germaniae Secundae fines collocatus est, quamvis ipse p. 373. scripsisset: „*La position du locus Quartensis est fixée indubitablement* [?] *à Quarte sur la Sambre*. vid. p. 537. *Le Hornensis ne m'est pas connu d'une manière aussi positive; et c'est par conjecture qu'en examinant les lieux sur le bord de la même rivière en descendant plus bas, l'emplacement de Marchienne [au Pont, in Hannonia, cf. Cannabich. Erdb. der Nederl. Vinar. 1820. 8. p. 699.] me paroît le plus convenable, se trouvant au confluent d'une petite rivière, dont le nom de Hour ou Heur, a quelque affinité à celui de Hornensis locus*“. Si re vera hic locus ad rivum *Heure* referendus esset, vocabulum illud fortasse *Horuensis* s. *Horensis* scribendum foret. De Quartensi

loco, quem etiam Bruz. la Mart. ad Sabim (*Sambre*) collocandum esse opinatus est, haec D'Anvillius: „ce nom est conservé très-purement dans celui de *Quarte*, sur le bord de la *Sambre*, en conformité de ce que porte la Notice. . . On peut tenir pour certain, que ce nom de *Quarte* vient de la distance à l'égard d'un lieu principal et dominant dans la contrée. C'étoit le droit des capitales de compter ainsi les distances sur les grandes voies qui en sortoient, jusqu'aux confins de leurs dépendances. *Bavai* est le chef-lieu voisin de *Quarte*, et dans le territoire duquel *Quarte* se trouve compris. La grande voie romaine qui conduisoit de *Bavai* à *Reims*, et dont on reconnoît la direction et les vestiges en beaucoup d'endroits, passe à *Quarte*. La mesure que je me suis procurée du centre de *Bavai* à *Quarte* est de 4500 toises, peu de chose de plus, ce qui répond précisément à quatre lieues gauloises, selon l'évaluation de la lieue gauloise à 1134 toises. Que le nom de *Quarte* soit effectivement *Quarta*, c'est ce que l'on apprend d'un titre de la collégiale de *S. Geri* (*S. Gaugerici*) à *Cambrai*, et de l'an 1125, dans lequel *Altare* de *Quarta* supra *Sambram* désigne l'église de *Quarte*“.* Fateor quidem haec ad persuadendum non inepta videri, et persuaserunt etiam Ukerto II. 2. p. 544. not. 19. p. 550. de utroque loco; item

*) D'Anvillium sive potius Bucherium sequitur Wastelain p. 429. „Locus Quartensis et Hornensis sont les villages de *Quarte* et de *Hargnies*. Le premier est ainsi nommé à cause qu'il est éloigné de 4 lieues gauloises, ou de 2 lieues communes, de *Bavai Capitale du Peuple*. Sa situation est sur le bord de la *Sambre*: *Hargnies* en est un peu reculé; c'est le locus *Hornensis*. Il en est fait mention dans la *Not. de l'Empire*. . . C'est-là que les Romains avoient leurs *Arsenaux* pour la flotte destinée à garder la *Meuse*, qui avoit son bassin dans le lit de la *Sambre*. Par ces préparatifs les Romains tâchoient de se mettre en état de s'opposer aux cruelles dévastations des *Saxons*, qui remontoient la *Meuse* jusqu'à des lieux éloignés de son embouchure“. Et hunc locum falso citatum excerpit Schayes *Les Pays-Bas avant et durant la domination Rom.* Bruxell. 1838. tom. II. p. 249. not. i.

Reichardo qui in tab. geogr. Gall., pariter atque Sprunerus, Quartensem locum ibi collocavit, ubi *Quarte* hodie exstat, et de Hornensi in indicibus ad tabb. suas dedit: „Hornensis locus. Scr. med. aev. *Marchienne au Pont*“. neque vero D’Anvillius ab omni scrupulo nos liberavit: primum enim in portu potius maritimo sive mari propiori quam in mediterraneo quodam classem stetisse veri videtur similis, ut ceteri quoque et hoc et superiore capite nominati loci comprobant; adde titulum Bononiae s. Gessoriaci (*Boulogne-sur-mer*) repertum: D. M | Q. ARRENIO | VERECUNDO | TR(ierarcho) CL(assis) BR(itanicae) | HEREDES FC. (Orell. p. 3603.); deinde Beda H. E. IV. 1. „portum cui nomen est *Quantavic* [ad Quantiam vicus? sive *Quintus vicus?*]“, unde navigatur in Britanniam, memoravit; constat autem ex Capitularibus regum Francor. Quantovicum esse §. *Josse sur mer*. (cf. Pertz Monum. Germ. tom. I. legum p. 359. 490.) tum loci qui a numeris vocabulum inditum habent, non omnes a miliarium sive leugarum numeris appellati sunt, ut e. gr. vicos ad lacum Ripanum (*Wallenstätter-See*), qui hodieque *Terzen*, *Quarten* et *Quinten* vocantur, a militum olim stativa ibi habentium numeris appellatos esse perhibent. Suminam autem fluvium (*la Somme*) Samarac nomen olim gessisse vel si alia indicia non exstarent, quae tamen exstant, (cf. Vales. p. 539.) satis unum *Samarobritae* s. *Samarobrigae* nomen doceret. *Samara* vero et *Sambra* nihil nisi eiusdem vocabuli diversae formae sunt. Itaque apud Ambianos potius quam apud Nervios Quartensem Hornensemque locos quaesierim, quamvis neque Hornensem pro *Hornoy*, vico in Ambianis (cf. Cannab. *Frankr.* p. 194.), cumque Vale-sio Quartensem pro *Crottoy* interpreter, neque negaverim vicum *Quarte* nomen suum a quarto a Bagaco lapide habere. videant alii an legendum sit *Quantensi* sive *Quantiensi*. Ceterum loci appellatio quaeri potest utrum hic *vicum* vel *pagum* aut *stationem* vel *portum* significet; illud accipimus propterea quod coniunctione sive ita uti solita sit haec Notitia, ut eam inter duo utriusque castelli locive, in quo alternis

vicibus milites stativa haberent, nomina collocet. cf. annot. ad p. 91*. §. 24. supra p. 672*.

— §. 3.] *Tribunus* omis. *€*. — *Nerviorum*. cf. p. 228*. ad p. 24*. §. 18. — *portue patiaci* *ABC*, *portuae patiaci* *D*, *portus patiaci* *€*, *Portuae paciacy* *a¹,²*, *Protuaepaciacy* *a¹,¹⁵*, *Portu aepatiacy* *de¹*, *Portu epatiacy* *e²*, *Portuae patiaci* *e³,⁵,⁷*. Pancirolus: „Forte locus est quem *Petrumuiaco* Scheda Volserii appellat“. Tabulae Peut. I. B *Petrum. uiaco* cum *Petromantalo* sive *Petromantatio* It. Ant. p. 382. 384. idem oppidum fuisse plerique sere omnes consentiunt, quod constat in *Lugdunensi Secunda*, non in *Belgica Secunda* quaerendum esse. Bucher. Belg. Rom. p. 495. „Sunt“ inquit „qui vicum putent, quem ad ostium fluminis *Althieae* (quo *Artesia Picardiaque* distinguuntur) incolae hodie vocant *Pas d'Authy*. Sed vox ista vernacula recentior est, quam ut tantam antiquitatem attingere possit. Puto legendum *Portu Gessoriaci*, exili litterarum mutatione. Quod si est, *Classis* illa *Sambrica*, *Mardicum* inter et *Gessoriacum*, (quod *Bononiam* etiam dici Peut. Tab. testatur) prorsus ad *Witsand*, in extremo *Promontorii*, quod *Iium* *Ptolemaeus* appellat, procurso et quasi naso extiterit; qui etiamnum *Blancnest* appellatur, unde et brevissimus et vix 25 milium est in *Britanniam* e *Belgica* transitus. nam *Gessoriacum* longius recedit. Hi portus omnes *Morinorum* erant, quos praesidia ista contra *Saxonas* eo maxime *Oceani* tractu *piraticam* exercentes tuebantur et ad *fretum* opportune excubabant. *Taruana* gentis caput hic siletur, seu tum diruta, seu quod *Romani* iam fatiscentes nonnisi modica loca milite insiderent“. Sed isti coniecturae, per se satis probabili neque nimis audaci, quam *Valesius* (p. 232.) quoque suam fecit, legendum esse *Portu Gesoriacy*, quem *Galli* post *Constantinum Bononiam* vocarunt (hod. *Boulogne sur-mer*), *D'Anvillius* (p. 531.) opposuit, ipsius huius *Notitiae* conscriptae tempore *Bononiae* vocabulum in locum *Gessoriaci* iam successisse. quod argumentum fateor non magni ponderis videri, cum exeunte quarto p. Chr. n. saeculo, ut hic ipse liber non

uno loco testatur, modo antiquioribus civitatum oppidorum-que nominibus, modo recentiori more populorum appellationibus uterentur; Bononia vero Morinorum sive *Boulogne-sur-mer* nullo alio loco hac ipsa Notitia memoretur. D'Anvillii opinionem, portum d. q. a. in *Veteri burgo*, *Oudenburgh* inter *Ostende* et *Bruges* quaerendum esse*, accepit etiam Ukert. II. 2. p. 551. Utut est, nomen *Aepatiaci* corruptum esse videtur. de *portu Aduatico* s. *Aduaticorum* ad Sabim fl. cogitarem, nisi hoc nomen in Germaniam Secundam nos abstraheret. itaque usque dum meliora doceamur, si quis Valesii coniecturam reiciat, fortasse eam recipiat quae mihi in mentem venit, *portu levaciaco* s. *levaciorum* legendum eumque ad *Tabudam* (*Hont* fl. sive *Scaldim* occidentalem) quaerendum esse. *Leracos* Belgicae ex Caes. B. G. V. 39. novimus, de quorum

*) In hunc modum disputavit p. 530. „c'est sur la côte qui s'étend depuis le district des Morini, jusqu'à l'embouchure de l'Escaut, où se terminoit la Belgique, qu'il faut chercher le portus Aepatiaci. Le lieu que l'on tient avoir été autrefois le plus fréquenté dans le canton voisin de la mer, est celui que pour cette raison on a appelé Aldoburgum, Ouden-borg, ou le vieux Bourg. La rivière d'Iper, dont l'embouchure est aujourd'hui à Nieuport, ne s'y rendoit autrefois que par un bras qu'elle détachoit, et elle continuoit son cours parallèlement à la côte, communiquant à la mer par une seconde embouchure près d'Ostende, puis d'Aldeborg tendant à Bruges, en conseroant le nom d'Iper. Les cartes dressées il y a 200 ans nous représentent les choses dans cet état, auquel en creusant plusieurs canaux on a apporté du changement depuis ce tems-là. On sçait encore que Bruges communiquoit à la mer, non seulement par un canal vers Lamins-feeet, qui a pris le nom de Sluys ou d'Ecluse, mais encore par un autre, qui se débouchoit dans un port, dont le nom étoit Scarp-haut, qui fut détruit par la violence des marées en 1334, et dont on voit quelques vestiges auprès de Blankenberg. Or, en supposant que la position d'Ald-borg, comme n'étant pas précisément sur le ritage, ne puisse représenter le portus Aepatiaci; il y a quelque apparence que celui dont on vient de faire la découverte, peut en tenir lieu“.

sedibus cf. D'Anvill. p. 411. sq., Ukert. II. 2. p. 374. ibiq. citt. scriptores.

„Hic desunt“ putat Pancirolus „quinque Praefecti cum totidem praesidiis, qui infra post Ducem Moguntiacensem cum aliis recensentur, videlicet [p. 120*. ꝥꝥ. 10...21.]“ Sed nihil deest, atque Praefecti Lactorum Gentiliumque infra recensiti sub Ducibus limitaneis non fuisse apparent.

— ꝥ. 4.] *Offitium* et infra *offitiales* B. — *Dux* omiserunt praeter C omnes.

— ꝥ. 7.] Pro *Numerarium* habent *Cornicularium* aadff, *Cornicularium*. | *Numerarium* et. et tamen ipse Pancirolus annotavit: „Loco Numerarii, qui hic desideratur, habebat Cornicularium, quo fere omnes alii Duces carebant“. Immo, et hic Dux Cornicularium non habebat, quales secundum hanc Notitiam non nisi Dux Arabiae, qui simul provinciae Praeses erat (Not. Or. p. 83. ꝥ. 12.), item Dux et Praeses Mauretaniae Caesariensis (Not. Occ. p. 87*. ꝥ. 14.) atque Dux provinciae Tripolitanae (Not. Occ. p. 89*. ꝥ. 20.) in Officio habebant.

— ꝥꝥ. 12. 13.] *Exceptores singulares* iunctim aa.

CAPVT 37A.

PAGG. 110*. 111*.] Acerbam iacturam fecimus, quod ex codicibus, quibus hanc Notitiam debemus, omnibus sive, ut accuratius loquar, ex codice olim Spirensi folium, quo huius Ducis Germaniae Primae descriptio cum pictura olim continebatur, infelici fato excidit. nam haec una causa est, ex qua hac pictura descriptioneque hodie caremus, non ea quam Pancirolus deliratio nobis iterum iterumque obtrudit, haec: „Quatuor Germaniae primae civitates Itinerarium [i. e. Notitia provinciar. Gallicanar.] recitat, Maguntium, cuius tractui Comes praerat [immo, Dux, ut statim post ipse Pancirolus dicit; vid. cap. XXXIX.], Argentoratum, quod Dux tuebatur [immo, Comes. vid. cap. XXVIII.], Nemctum, nunc Spiram, et

Vangiones, nunc Wormensienses, quibus praefectus erat hic Dux [immo, Nemetas Vangionesque praefecturas sub Duce Mogontiacensi constitutas habuisse, aperte testatur cap. XXXIX. §. I. A numm. 4. et 6.], quem in indice Notitiae [p. 5*. ꝥ. 7., item p. 23*. ꝥ. 18.] praenominatis annectit; sed eius insignia, officia militesque praetermittit. Prius enim Franci eam regionem vastaverant: itaque cessante hoc Duce, vix Dux tractus Maguntiacensis, et Comes Argentoratensis in ea provincia hostibus resistebant. Demum circa annum salutis 450. succenso ab Attila Hunnorum Rege Maguntio Germaniae primae metropoli, atque Argentorato, etiam eorum Comes et Dux esse desierunt. Quare huius quoque provinciae Ducis cum insignibus, officia, et numeri omittuntur. Vel Pancirolus vidisse debebat, Ducem non esse sine iis qui ducerentur; sed, ut cum Lichtenbergio nostro loquar, sibi cultrum ille sine manubrio laminaque fecit. Tum Ptolemaei Dionisque Cassii locos paullo post exhibendos profert, deinde sic pergit: „Harum [legionum] forte pars usque ad Notitiae tempora in Germania prima permansit; sed ea a Barbaris tota pene occupata, eius Dux cum militibus esse desiit... Germaniae secundae nullus Dux in universa Notitia nominatur: vel quod unus Dux utranque Germaniam tueri olim consuevisset, vel quod tota ea provincia a Barbaris detineretur. immo, ex neutra harum caussarum, sed quod Germania Secunda sub ipsorum Magistrorum Militum imperio erat, qui pro necessitate commoditateque, ubi non sufficerent qui perpetuo legionibus, auxiliis, numeris, classibus, Lætis praefecti erant, militares rectores provinciae praesidiisve imponerent. Centiens in alios errores Pancirolum is unus error abduxit, quod huius Notitiae compositionem medio demum saeculo quinto p. Chr. n. adscripsit. Non possum quin hoc loco non nullos versiculos insolentis iactationis plenas ex Mamertini paneg. Maximiano A. dicto c. 7. exhibeam iisdemque alios non nullos ex Salviano quasi opponam. atque ille „Tu primus omnium imperatorum“ inquit „probasti Romani imperii nullum esse terminum, nisi qui Tuorum

esset armorum. Atqui Rhenum antea videbatur ipsa sic natura duxisse, ut eo limite Romanæ provinciae ab immanitate barbariae vindicarentur. Et quis unquam ante Vos principes non gratulatus est Gallias illo amne muniri? . . . Licet Rhenus arescat tenuique lapsu vix leves calculos perspicuo vado pellat, nullus inde metus est. quicquid ultra Rhenum prospicio, Romanum est^a. Salvianus autem (de gub. dei VII. 12.) „excitata est“ increpat „in perniciem ac dedectis nostrum gens quae de loco in locum pergens, de urbe in urbem transiens universa vastaret. ac primum a solo patrio effusa est in Germaniam Primam, nomine barbaram, dictione Romanam; post cuius exitium primum arsit regio Belgarum, deinde opes Aquitanorum luxuriantium, et post haec corpus omnium Galliarum“. Atque ex hoc ipso Salviani loco, quem fusius interpretatus est Bucherius (Belg. Rom. Leodii 1655. fol. p. 402. sqq.), etiam hic scriptor suam de Notitiae Imperii aetate opinionem, qua illam „circiter a. p. Chr. CCCCXXXVII. vel sequentem“ editam putavit, facile corrigere poterat.

Utinam Eumenius, quamvis aridus rhetor, fecisset quod in orat. pro restaur. schol. c. 18. se facere posse videri voluit: „quid ego alarum et cohortium castra percenseam toto Rheni et Istri et Euphratis limite restituta? . . . quot ubique muri vix repertis veterum fundamentorum vestigiis excitantur?“ tum facilius videremus quonam modo, quem nunc non ita facile quis explicabit, Germaniae Primae regiones inter hunc eius Ducem ac Comitem tractus Argentoratensis Ducemque Mogontiacensem dispertitae fuissent: totam Rheni fluminis oram a finibus Maximae Sequanorum usque ad Ducatus Mogontiacensis fines Comes Argentoratensis (cf. p. 597*. sq. ad p. 85*. y. 6.), et inde usque ad Antonnacum (*Andernach*), supra Arolae Ubiorum (*Ahr*) fl. ostia situm, Dux Mogontiacensis (cf. cap. XXXIX.) cohibebat. ubi tandem locus fuit Duci Germaniae Primae? Cuius quaestionis solvendae cum nemo quem sciam, periculum fecerit *, dicam quod sentio: provincias militares,

*) Nam quod Schoepflin. Als. ill. I. p. 310. sq. §. LVIII. protulit, et

si ita dicere licet, non utique cum civilibus eosdem fines habuisse, non uno loco iam vidimus (cf. p. 483*.); itaque cum post medium quartum saeculum propter crebriores gravioresque Alamannorum aliorumque transrhenanorum barbarorum infestationes * praeter Ducem suum iam prius institutum, postquam utraque Germania unum primum, deinde duos rei militaris Comites acceperat (cf. supra p. 591* sqq.), etiam Comes Argentoratensis Duxque Mogontiacensis Germaniae Primae apponeretur (cf. supra p. 589* sqq.), hi quidem intra novas suas sedes res militares regebant invadentesque barbaros dispalantes, si dis placet, repellebant ac prosequabantur in Alamanniam Germaniamque magnam; Duci vero Germaniae Primae iniunctum fuit, a tergo, ex finibus Belgicae Primae Germaniaeque Secundae, et succurrere praesidiis ripensibus et ipsum cum suis ripam Rheni tueri, ubi per invasionum ne-

per se falsum est, et sibi ipsum contradicit: „Omnis ergo res militaris Germaniae Primae a Duce Mogontiacensi et a Comite Argentoratensi sub Magistro Equitum Galliae recta fuit“. Fallitur: et Comitem Argentoratensem et Ducem Mogontiacensem sub dispositione Magistri Peditum Praesentalis fuisse ex ipsa Notitia (p. 23*. γγ. 7. et 20.) constat. atque non omnem rem militarem sub illo Comite illoque Duce fuisse, idem paullo post ipse adicit: „Sed ... eadem Germania Prima quoque habuit, uti diximus, Ducem, qui rerum militarium causa in eadem hac urbe Mogontiacensi sedebat“. Credant alii, non ego. ceterum Schoepflinus in tantum constitutionis rei publicae, quam haec Notitia describit, ignarus fuit, ut utrum Comites Ducesque limitanei etiam togatam, ut ipse vocat, iuris dictionem haberent, necne, incertus haereret. Cf. supra p. 597*.

*) Ita e. gr. Zosim. III. 1. ad ann. 354. „... ἡ δὲ Κωνσταντία... θεωμένος δὲ τὰ πανταχοῦ Ῥωμαίοις ὑπήκοα βαρβαρικαῖς ἐφοδοῖς ἀπειλημένα, καὶ Φράγκους μὲν καὶ Ἀλαμανοὺς καὶ Σάξονας ἤδη τεσσαράκοντα πόλεις ἐπικειμένας τῷ Ῥήνῳ κατειληφότας, καὶ αὐτὰς μὲν ἀνασταίτους πεποιηκότας, τοὺς δὲ τούτων οὐκ ἔλαττον ἀπειρον ὄντας πλῆθος λήϊσαμένους μετὰ πλοῦτου λάφυρων ἀναριθμήτου, Κουάδους δὲ καὶ Σαυρομάτας ἐπὶ πολλῆς ἀδείας Παιονίαν κατατρέχοντας καὶ τὴν ἀνωτέρω Μυσίαν κ. τ. λ.

cessitatem illi militares rectores a suis stationibus avocarentur, itemque mediterranea provinciarum confinia, tractum quem ab Hunnis aequè falso quam a cane denominatum fuisse opinantur (*den Hunsrück*), Eifliam cum Arduennensibus regionibus quod ad res militares pertineret, commode gubernare. Quantum caveri opus fuerit, ne denudarentur praesidia, sed ut in locum aliorum evocatorum statim alia succederent, alterumque alterius tergum tegetet, uno exemplo, qualia etiam innumera olim inter Scotos Anglosque utriusque populi confinia viderunt, demonstrare liceat, ex Ammian. XXVII. 10. init. desumpto, ubi ad ann. 368. haec rettulit: „Sub idem fere tempus Valentiniano ad expeditionem caute, ut rebatur, profecto Alamannus regalis Rando nomine, diu praestruens quod cogitabat, Mogontiacum praesidiis vacuum cum expeditis ad latrocinandum latenter irrepsit. et quoniam casu Christiani ritus inventi celebrari sollemnitate, impraepedite cuiusque modi fortunae virile et muliebre secus cum supellectili non parva indefensum abduxit*. Magister Peditum praesentis sine dubio Treviris sedem suam ordinariam habuit (cf. p. 598*), idemque, si recte coniectavi, Ducem Germaniae Primae in comitatu suo habere solebat eoque pro vicario suo utebatur ad eum tractum regendum, qui tum acerrime praeter ceteris infestabatur, id est Rheni ripam per Germaniam Superiorem, quotiens ipsum Magistrum Militum per alias Galliarum sive totius Occidentalis imperii limites, qui fere omnes sub ipsius dispositione fuisse leguntur p. 23*, belli sollicitudines circumagitant. Neque vero praeterierim etiam navalem per Rhenum militiam, de qua neque sub Comite Argenteratensi neque sub Duce Mogontiacensi disertam haec Notitia mentionem fecit*, fortasse sub huius Ducis Germa-

*) Ita e. gr. nemo facile dubitabit, Confluentibus,
„vel qua Germanis sub portibus ostia solvit“

Mosella (Auson. Mos. p. 473.), classem, liburnas lembosque lusoriasque aut musculos in statione fuisse; haec autem Notitia infra (p. 117*. p. 11.)

niae Primae dispositione fuisse. nullum enim dubium et historiarum scriptores et ipsae leges relinquunt, quin suas classes hic tractus haberet: nam ut ipsi barbari „per totum paene orbem pedibus et navigando vagati sunt“ (Vopisc. in Probo c. 18.), ita Romanos tam in Orientis quam in Occidentis partibus per flumina limitanea illis suas classes obiciebant; et e. gr. idem Vopisc. in Bonos. c. 15. de incensis quodam tempore a Germanis Romanis lusoriis rettulit. cf. etiam annot. ad Not. Or. p. 450. sq. not. 32.

Hunc Ducem Germaniae Primae ex iis fuisse, „quibus Rheni mandata est custodia“, ut legimus L. 9. Th. C. de re militari, supra p. 590*. sqq. vidimus. Unius tantum quem sciam eiusce modi Ducis (nam de Comitibus rei militaris per Germanias ad ea quae in commentario de Comite Argentoratensi protulimus, et de Severiano Duce, ad quem L. 1. Th. C. de postlimin. V. 5. a. 366. emissa est, ad p. 594*. referre lectorem licet) nominatim mentio facta est apud Ammian. XXIX. 4, 7. ad ann. 371. „Bitheridum vero et Hortarium nationis eiusdem [Alamannorum] primates item regere milites iussit [Valentinianus]. e quibus Hortarius proditus relatione *Florentii** *Germaniae Ducis*, contra rem p. quaedam ad Macrianum scripsisse barbarosque optimates, veritate tormentis expressa, conflavit flamma poenali“.

Fines provinciae Germaniae Primae, de quibus p. 482*. sqq. ad p. 72*. §. 6. egimus, cum finibus huius ducatus non omnino eosdem fuisse supra proposuimus. Ptolemaei locum, ad quem

Milites Defensores, i. e. levis armaturae pedites (cf. annot. ad Not. Or. p. 195. not. 49.), ei castello adscribit.

*) „*Ms. Germaniaca*“ annotatum habent editi libri. Sed postquam Pancirolus „Florentium Magontiaci Ducem fuisse“ pro suo ἀναβόλοισις odio scripserat, alii, ut Lehmannus in Chronico Spirensi lib. I. c. 9., Ammiano *Moguntiaci* pro *Germaniae* (sive *Germaniae I.* scripserit Ammianus) obtrudunt, alii, ut Schoepflinus, falsam scripturam falsis argumentis tueri conati sunt. Cf. infra commentar. ad cap. XXXIX.

Pancirolos provocavit [II. 8 (9).] constat mendis laborare; est autem hic: Τῆς δὲ παρὰ τὸν Ῥῆνον χώρας ἡ μὲν ἀπὸ θαλάσσης μέχρι τοῦ Ὀβρίγκα [vulgo Ὀβρίγγα, al. Ὀβρίγμα, Ὀμβρίκα, Ὀμβρίγγα] ποταμοῦ καλεῖται Γερμανία ἡ κάτω, ἐν ἣ πόλεις ἀπὸ δυσμῶν τοῦ Ῥῆνου ποταμοῦ τῶν μὲν Βατανῶν μεσόγειος Βατανόδορον. ἢ φ' ἦν Οὐέτερα λεγίων λ' Οὐλίπια, εἶτα Ἀγριππινησίς, εἶτα Βόννα [al. Βόνα, Βώννα] λεγίων ἁ Ἀθηναϊκή, εἶτα Τραιανὴ λεγίων, εἶτα Μοκοντίακον. Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ὀβρίγκα ποταμοῦ πρὸς μεσημβρίαν καλεῖται Γερμανία ἡ ἄνω, ἐν ἣ πόλεις ἀρχομένων ἀπὸ τοῦ Ὀβρίγκα ποταμοῦ Νεμετῶν μὲν Νοϊόμαγος, Ρουφιᾶνα· Οὐαγγιόνων δὲ Βορρητόμαγος, Ἀργεντόρατον λεγίων ἡ σεβαστή· Τριβόκων δὲ Βρενκόμαγος, Ἐλκηβος· Ραυρικῶν δὲ Αὐγούστα Ραυρικῶν, Ἀργεντουαρία. Ὑπὸ δὲ τούτους καὶ τοὺς Λευκοὺς παρήκουσι Λόγγονες κ. τ. λ. de quo loco etiam nota ** p. 595*. sq. conferenda est. Obiter moneo de Isidori confusione, Etym. XIV. 4, 4. „Duae sunt autem Germaniae, Superior iuxta septentrionalem oceanum, Inferior circa Rhenum“.

Quae de legionibus Pancirolos effutit, ut cuique quam falsa sint, adspicere in promptu sit, ex ed. Venet. a. 1593. publicata repeto accurate: „Augustus in Germania Superiore ad Danubium quatuor legiones locauerat XI. Augustam, XIII. Geminam, Piam, Fidelem, XIII. Geminam Martiam Victricem, & XVI. Claudius XI. Augustam in Britanniam a se subactam translulit, quæ cum bello ciuili Vitellio adhaesisset, à Vespasiano per Illyricū est dispersa, XIII. Gemina in Pannoniam traducta, primò & ipsa pro Vitellio pugnauit: Exinde a Nerone in Dalmatiam deducta, pro Othone in Italiam venit; quo occiso in Britanniam reuersa, demum in superiorem Germaniam rediit. XVI. cum pro Vitellio pugnasset, tandem in sua castra est remissa“. Nemo facile ex eiusce modi verborum serie ea recognoscet quae apud Dionem Cass. LV. 23. sq. relata sunt, sed quae paruum pondus ad eorum temporum historiam, de quibus nobis agendum est, explicandam habent.

PAG. 110*. ὃ. 3. sq.] Hanc rubricam etiam Andreas du

Chesne, *Histor. Francor. Scriptt.* tom. I. Paris. 1636. fol. p. 3. dedit.

— y. 9. et PAG. 111*. yy. 1. sqq.] Utrum *Principem* ex eodem corpore an ex officiis Magistrorum Militum praesentium habuerit, non definierim (cf. quae supra p. 715*. sq. ad p. 97*. y. 9. observavimus); neque post *Numcrarium* et *Commentariensem* eosdem omnes officiales, ut in ceterorum Ducum officii, enumeratos fuisse exploratum habemus. *Cornicularium* inter huius Ducis officiales fuisse negaverim. cf. p. 844*. ad p. 109*. y. 7.

CAPVT XXXVIII.

PAG. 112*.] De finibus potestatis huius Ducis Britanniarum, quae dioecesis etiam duos Comites rei militaris habuit (capp. XXV. XXVI.), in univcrsum supra p. 580*. sqq. ad p. 82*. verba fecimus: accuratius iidem ex hoc ipso capite poterunt explicari. Quo tempore primum proprium Ducem habere Britanniae coeperint, ex Ammiano, si integrum possideremus, cognosci posse puo; nunc neque a veteribus relaturn neque a recentioribus exquisitum est. A Constantino hunc quoque ducatum primum ordinatum esse censuerim: videri quidem possit, sub Constantio ac Iuliano nondum eum introductum fuisse, quoniam, ut Ammianus XX. 1. ad a. 360. enarrat, Iulianus Caesar Lupicinum Magistrum Armarum cum Herulis et Batavis duobusque Moesiacorum numeris contra Scotos Pictosque loca limitibus vicina vastantes in Britannias ire iussit, ut haec ratione vel vi componeret. „adulta hieme dux ante dictus Bononiam [*Boulogne*] venit, quaesitisque navigiis et omni imposito milite, observato flatu secundo ventorum, ad Rutupias [cf. p. 574*. sqq.] sitas ex adverso defertur, petitque Lundinium, ut exinde suscepto pro rei qualitate consilio festinare ocus ad procinctum“. (cf. etiam eund. XXVII. 8, 4. sqq.) at coniectatio illa non tenet: nam pari modo cum Ful-

lofaudes dux Britanniarum, anno 368., hostium insidiis circumventus esset, Severus Comes Domesticorum alique post hunc, ut sequius gesta corrigerent, in Britanniam e Gallis mittuntur (ut idem Ammianus XXVII. 8. 1. sqq. rettulit); inter quos opitulatores etiam Theodosius, Theodosii I. imp. pater, insequenti anno ipse Britanniarum Dux ac paulo post (a. 370.) Magister Equitum fuit (Ammian. XXVII. 1, 4. XXVIII. 3. et 5, 15. XXIX. 5, 4. cf. supra p. 499*). idemque Dulcitiū, ducem scientia rei militaris insignem, quem p. 442* Aemiliae Consularem a. 357. fuisse vidimus, ad se mitti poposcit (Ammian. XXVII. 8, 10.); eundemque anno quoque 369. Britanniarum Ducem fuisse legimus ap. eund. XXVIII. 3, 6. De Theodosio ac Dulcitiō ducibus conferatur etiam Gothofredi prosopogr. Th. C. De sedē Ducis Britanniarum ordinaria Eburaci (*York*) eam fuisse non dubito.

— §. 2.] *Britanniorum* ACD, *Britanniorum* B, *Britannorum* E. — cum insignibus addunt e^{6,7}.

In pictura libri mandatorum inscriptionem, quam ex A dedimus, quocum BE conveniunt, sic habet D: FL | INTALL | COMORD | PR |, editi sic: FL. | INTALL | COMORD | PR | praeter e^{6,7}, ubi est: F.L. | I.N.T.A.LL | CO.M.ORD | P.R. In castrorum inscriptionibus ita variant codices: b) *Sexte* AE. c) *psidiūm* A, *Vresidiūm* E. f) *Albeia* A, *Arbela* e^{6,7}. g) *Dictum* E. h) *Concagios* E. k) *Merterts* E. l) *Braboniac* e^{6,7}. m) *Magloūe* AE. o) *Longouitio* E, *Longovico* det. p) *Deruentione* A, *Deruentione* D.

— §§. 7. sq.] *Britanniorum* ACD, *Britannorum* BE.

— §. 9.] Stationis nomen, *Eburacum* sive *Eboracum*, neque mss., neque editi libri exhibent, neque lacunae indicium praebent. (cf. p. 506*.) Si quis falsum istum Ricardum Corinensem * sequitur, possit *Sextae* pro ipso Eburaci vocabulo

) Rectius etiam p. 497. scripsissem, Pseudo-Ricardus: nam postea didici non ipsum Ricardum Corinensem post medium saeculum XIII. [per errorem operarum p. 497*. expressum est XIII.] composuisse,

sumere, ut bis idem positum fuisset, prius ad Legionem, alterum ad stationem referendum, unde librarius alterum *Sextae* omisisset: nam is ipsam Romanorum coloniam Eboracum Sextae nomen gessisse I. 6, 32. asserit. „Eboraci Fausto et Rufo coss.“ i. e. a. 210. „Impp. Severus et Antoninus AA. Caeciliae“ L. 1. Iust. Cod. de rei vind. III. 32. ediderunt. COL. EBVR. i. e. Colonia Eburacum in lapidibus nummisque legitur, et de „Britanniae municipio, cui Eboraci nomen“, habemus ap. Aur. Vict. de Caes. c. 20. §. 27. ed. Arntzen., eandemque „civitatem“ absolute nominat Spart. in Sever. c. 22., Eboracum oppidum Beda H. E. I. 5. De Eburaco conferendi sunt Camden. p. 407. sqq., Camden-Gibson. p. 717. sqq., Thomae Galei Antonini iter Britanniar. Lond. 1709. 4o. p. 19. sqq., Cellar. I. p. 345. §. LV., Mannert. II. 2. ed. II. p. 123., Georgii II. p. 136. et de hodierna civitate York Bruz. la Mart. h. v., Hasselii *Erdbeschr. des brit. Reichs* p. 295.; imprimis Gortoni *Topographical Dictionary of Great Britain*. Lond. 1833. 8o. III voll. adhibui, e quo * non nulla

sed procul dubio Havniensem professorem Car. Iulium Bertram post medium saeculum XVIII. confinxisse istam Britannicarum gentium historiam, quam Angli hodieque pro genuino monachi ordinis S. Benedicti Westmonasteriensis opere habere solent, ut ipse in hunc errorem incideram, cum illam annotationem ad Notitiam Occ. scriberem. Itaque utendo isto libro, quo non nisi ex Gilesii Anglica versione uti potui, tempus me perdisse confiteor. ceterum editos ad capp. XXII. XXV. XXVI. commentarios, ubi aliquoties Pseudo-Ricardi testimonio me decipi passus sum, revocare neque fieri potest, neque si fieri posset, operae pretium est. Vide Car. Wex, Prolegomenon in Taciti Agric. in programmate gymnas. Suerin. a. 1845. 4o. publicato, eiusdemque viri commentarium in „*Rhein. Mus. für Philologie*. Bonn. 1846. 8o. p. 346...53.

*) York. *A maritime county, far exceeding in size any other in the kingdom, bounded on the N. by Westmoreland and Durham, on the E. by the German ocean, on the S. by the river Humber and the counties of Lincoln, Nottingham, Derby and Chester; and on the W. by Lancashire and Westmoreland. From the latter counties it is chiefly separated by hills and moorlands, which have been termed the English Apennines, and its northern border line is formed throughout by the ri-*

subiungenda videntur. Fr. Drakii apud Anglos aestimatissimum librum, *Eboracum, or the history and antiquities of the*

ver Tees. Its most ancient inhabitants of whom we have any account were the British tribes called Brigantes, whose dominion extended over a wide tract of country. In the invasion of Britain by the Romans this region was overrun by Ostorius Scapula; and its inhabitants being defeated by Petilius Cerealis, at length submitted to Agricola. In the reign of Antoninus Pius the Brigantes revolted against the Roman government, but they were reduced to subjection by Lollius Urbicus. During the later period of the Roman ascendancy in Britain this county formed a part of the province called *Maxima Caesariensis*; and after the departure of the Romans it was, from its situation, peculiarly exposed to the predatory incursions of the Picts and Scots. This county was intersected from S. to N. by the *Watling Street*, which was crossed obliquely by the *Ermin Street*, entering Yorkshire on the south-east, and by the *Rykniel Street*, entering it on the south-west. In this spacious county were several Roman stations: as *Eboracum* (York), *Catarracton* (Catterick), *Latarae* (Bowes), *Olicana* (Ilkley), *Isurium* (Aldborough), *Cambodunum* (Slack), *Calcaria* (Tadcaster), *Praetorium* or *Prætorium*, probably near *Flamborough Head*; *Legiolum*, at *Castleford*, near the confluence of the rivers *Aire* and *Calder*, and *Ad Danum*, supposed to be at or near *Doncaster*. At York, and in other places have been found a multitude of inscribed stones, altars, urns, coins, and other Roman antiquities. . . . The 3 grand divisions of the county are named, from their relative situations, the North, West, and East Ridings. . . . Et post: „York. An ancient city, having exclusive jurisdiction over the district called the Ainstey of York, which constitutes a distinct county. The ancient Britons had probably a considerable settlement at this place, and the Romans, after their conquest of the country, established a colony here, which Richard of Cirencester says was called *Sexta*, from its being the station of the sixth legion, termed the *Victorious*; and that it was afterwards distinguished by the presence of many emperors, and raised to the privileges of a municipal city. It is called in the writings of Ptolemy and Antoninus, *Eboracum*, an appellation probably derived from its British name [locus ad Urum aquam]. The emperor Adrian resided here in 124, Severus died in this city in 212, and a memorial of his funeral obsequies still subsists, at a place on the west side of the

city of York etc. Lond. 1736. fol. mihi ut compararem frustraneam operam impendi. Secundum Galeum „Eboracum vel Eburacum formatur a voce Britannica: fuerit ea *Wruch, Vruch, Ebrauch, Effreoch*, [Saxonice *Eoorric*,] vis vocabuli est supra Urum fl. (*Ouse*), qui licet hodie ad Eburacum *Isis* vocatur, olim per totum aquarum suarum cursum nomen Uri retinebat, et hinc certe Latini Eburacum expresserunt“. Pancirolus: „locus deest, ubi haec legio excubabat. Ptolomaeus* eam apud Eboracos collocat. Dion [LV. 23.] scribit sextam legionem postea in duas divisam [τὸ μὲν ἐν Βρεττανίᾳ τῇ κάτω, τὸ τῶν Νικητόρων, τὸ δὲ ἐν Ἰουδαίᾳ, τὸ σιδηροῦν]... unde haec legio Victrix dimidia [!] permansit. Ptolomaeus alias duas legiones in Britannia ponit, Vicesimam Victricem [l. c. Κορναῖοι, ἐν οἷς πόλις Ληούανα καὶ λεγίων κ' νικηφόρος, Οὐίροκόσιον.] et Secundam Augustam, quarum Notitia non meminit [immo, legio II. Aug. memorata est sub Comite lit. Sax. per Brit. p. 81*. γ. 8. **], forte alio translatae aut in cohortes erant transfusae“, aut Legio XX. Victrix in Victoribus

city, where are 3 sandhills, called Severus's Hills. Here also died the Emperor Constantius Chlorus in 307. Many traces of Roman residence have at various times been brought to light, as altars, urns, and coins; and there are some remains of Roman architecture....“

*) Ptolem. II. 2 (3). Βρίγαντες, ἐν οἷς πόλεις... Ἐβόρακον λεγίων ε' νικηφόρος, Καμουνλόδουρον. Galeus p. 19. opinatur Brigantium civitatem Eburacum non fuisse, „sed Brigantium mendose scriptum esse pro Segontio, vel pro *Brecannic*: cui loco lineae meliories Ptolemaei melius conveniunt“. Sed Galei suspicio falsa est.

**) Addidissemet notae cuius postrema pars p. 572*. legitur, etiam hunc Londinensem titulum nunc Oxonii servatum e Galeo p. 68., (s. Marmor. Oxoniens. 1763. fol. max. Inscr. Latinar. tab. II. n. X.) nisi sero huius libri comparandi copiam nactus essem: D N | VIVIO· MARE|ANO· M·L· E·G· II | AVG· IANVARIA | MA·XINA· ENIVNX | PIENTISSIMA POSV|IT NE MOIAM (memoriam). Item hunc Aquensem (in oppido *Bath*) repertum: CMVRRIVS | CFARNIENSIS | FOROIVLINO|DESTVSNIL· | LEG II ADFP | IVLI SECVNDI | ANXXVSTIP | N S ibid. p. 133.

Britannicianis quaerenda est; nam haec legio inde a Claudii imp. temporibus, inferiore Rheno relicto, Britanniam non reliquit. cf. Borghesi *Iscr. Rom. del Reno* p. 43. Dio Cassius legionem vicensimam, τοὺς εἰκοστὸς οἱ καὶ Οὐαλέρειοι καὶ Νικήτορες ὀνομασμένοι, ἐν Βρειτανίᾳ τῇ ἄνω stativa habere affirmavit, putatque procul dubio *Devae*, (ibique stetisse nummi lapidesque testantur, quos vide e. c. ap. Galeum p. 51. sq.*; Geographi Rav. V. 31. *Dena victrix* idem illud testatur.) ubi Pseudo-Ricardus fines Flaviae Secundaeque Britanniae ponit; verum ad marginem Leunclaviani exemplaris pro ἄνω est κάτω, ut non multum tribuendum sit argumentis Cellarii I. p. 326. sq. §§. XI. sq. et Mannerti II. 2. ed. II. p. 107. sq. Iunctas tres legiones II., VI., XX. vide ad p. 81*. §. 8. supra p. 573*.; vicensimam ac secundam legimus in hoc lapide Westmorlandico ap. Camden-Gibson. p. 808. et accuratius p. 815.: --- C. VARRONIVS | --- ESSVS · LEG XX V V. [= legionis vicensimae valentis victricis] | --- AEL · LVCANVS | -- R · LEG II AVG CA^o sed posteriores duo versus recentioris aetatis sunt elegantiusque scripti. Aliam easdem duas legiones memorantem inscriptionem vicina rupes sic fere exhibet (ap. Camd. Gibs. p. 816.): LEG II AVG XXW. De Sexta legione Eburaci degente praeter Ptol. Dionemque II. citt. etiam lapides nummique conferendi sunt. equidem si post Borghesium ** plura de eadem verba face-

*) Ap. eund. p. 133. exstant tituli Aquis Solis (*Bath*) reperti hi: DIS MANIVS | MVALERIVM | FILLATINVSEQ | MLES (= *NLES* sive *MLES*) LEG XXX (= *XX ann.*) | XXX STIPENXX | H S E et alter: IVLIVS VITA | LIS. FABRICIUS | IS. LEG. XX. V. V. | STIPENDIOR | IX. ANRVN. XXIX | NATIONE BEL | GA. EX COLLEGO | FABRICE. | ELATV | S. H. S. E.

**) Qui in libro *Iscriz. del Reno* p. 25. sq. ita disputavit: „.due legioni si ebbero col numero 71, ambedue d'antica fondazione, cioè la Ferrata che residieva in Oriente, e quella ch'ebbe il soprannome di Vincitrice non saprei dir quando, ma sicuramente innanzi Nerone. Una pietra corretta dal Kellermann Vig. 40. ci parla di un suo centurione che dopo la spedizione Britannica dal Claudio fù donato dei premj mi-

rem, audacior esse merito increparer. — Etiam Legionem IX. Victricem Eburaci per aliquod tempus degisse e lapide inibi reperto comprobari annotavit Wesseling. ad It. l. c., legiturque etiam leg. VIII. in nummis Gallieni atque Carausii. cf. Eckhel. VIII. p. 489. Vid. quoque Tac. Hist. III. 22. p. 572*. not.* exhib. et Agricol. c. 26.

litari OB. RES. PROSPERE. GESTAS. CONTRA. ASTVRES, della qual guerra non trovo altro sentore. Se le è data esandio l'appellazione di Claudia, attribuendole tre iscrizioni che ricordano la LEG. VI. CLAVD. P. F (Grut. 387, 8., Murat. 696, 5., Marini Aro. 771). Ma uno di quei marmi era assai corroso, gli altri provengono da descrittori di poca autorità, per cui tengo che invece di VI si avesse dovuto leggervi o XI o VII CLAVD. Quello dato due volte dal Muratori p. 717, 5. e p. 2023, 3. con LEG. VI. G. P. F si accusa scantonato dal canto del numero, ond' è chiaro che spetta alla Settima Gemina. Questa legione era da prima in Ispagna, ove le medaglie di Acci e di Saragozza la ricordano sotto Augusto e sotto Tiberio. Fu dessa che fece prencipe Galba (Tac. Hist. V. 16.), ed al cominciare dell' impero di Vespasiano fu fatta venire dalla Spagna in Germania per la ribellione di Civile (Tac. IV. 68. V. 14.). Otto figuline e quattro marmi del Steiner ci attestano, che si fermò nella provincia inferiore, finchè ai tempi di Adriano fu trasportata in Inghilterra, siccome apprendiamo da un nobilissimo frammento del Grutero 457, 2. [. CANDIDATO | IMP. DIVI. HADRIANI. AB. ACT. SENAT. QVAESTOR. PROV | NARB. TRIB. MIL. LEG. VI. VICT. CVM. QVA. EX. GERM. IN | BRITANN. TRANSIT. . .] Troviamo infatti che sotto Antonino Pio vi lavorava alla costruzione del vallo (Orelli n. 845. [IMP. CAES. T. AELIO | HADRIANO. ANTONINO | AVG. PIO. P. P. VEXILLATIO. LEG. VI. VICTR. P. P. | PER. M. P. III. DCLXVI.]), ed impariamo da Tolomeo e dall' Itinerario Antoniniano, che aveva i quartieri a Yorck, nei quali perseverava quando Dione scriveva la sua storia, ed anche ai tempi del tcrzo Gordiano. Fa meraviglia come fin qui non si sia veduta memoria di lei sulle medaglie legionarie di Gallieno e di Carausio, sembrando che a quei tempi dovesse sussistere ancora, giacchè dalla Notizia si ricorda il Praefectus legionis sextae sub disp. Ducis Britanniarum^a. Cf. Eckhel. Doctr. num. VII. p. 402. 404. sq. Raschii Lexic. rei num. v. Leg. VI. Conferendus etiam est titulus Lingonensis ap. Grut. 92, 2.: H. D. D | DEABVS. MAIR (matribus) | IVLIVS. REGVLVS. NI | LES. LEGIONIS. VI | ANTONIANE. A | ABSARIVS. EXVO | PRO. SE. ET. SVIS | V. S. L. M.

PAG. 113*. γγ. 1. sq.] *Dalma*: Α, *Dalmat. aa.* Cf. supra p. 31*. γγ. 17. 18. — *praesidio* ff. Geogr. Rav. V. 31. „in ipsa Britannia... Camulossesa, Praesidium, Brigomono...“ ad quae priora duo vocabula Galeus *Camulon* adscripsit et annotavit: „An Camulon sextae [legionis] praesidium“. sed apparet *Praesidium* ap. Geographum proprium oppidi nomen esse. Nomen *Brigomono* idem pro *Bargeny* accepit et annotavit: „Ptolemaeo Rerigonium, et Berigonium“. Camden. p. 320. „Ab hoc castro (*Kenilworth*), si prospectum non impedirent sylvae, praecipuum totius agri oppidum videres (vix enim V milliaribus abest) quod nos *Warwick* vocamus, Saxones *Warringvic*, Nennius et Britanni *Caer Guarvic* et *Caer Leon* *. quae omnia nomina quum a *quarth* Britannica dictione, quae *praesidium* significat, vel a Legionibus quae locorum defensionem imponebantur, profluxisse videantur, quodammodo persuaserunt, hoc illud oppidum esse quod *Praesidium* Romanis in Britannia dicebatur, ubi . . Praefectus Equitum Dalmatarum . . egit. . . Sed hoc Praesidium fuisse et Annalium nostrorum auctoritas docet, qui Romanas legiones hic consedissee memorant, et ipse etiam situs in provinciae paene umbilico innotuit; aequali enim spatio hinc ab orientali Norfolciae, illinc ab occidentali Cambriae littore disiungitur, cuiusmodi situm *Praesidium* Corsicae oppidum, in ipsa media insula positum, obtinuit. Nec mirum si praesidium et militum stationem hic Romani habuerint, cum Avonae flumini satis praerupta immineret, et omnes aditus ex ipso saxo sint effossi. Moenibus et fossis munitum fuisse apparet, castrum vero et natura et opere firmissimum, Warwicensium Comitum sedem ad africanum praetendit, oppidumque ipsis aedificiis speciosis est exornatum.“ cf. Camden-Gibson. p. 501., Hassel. p. 235. sq. Camdenum secuti sunt Bruz. la Mart., Bischoffius Möllerusque et Reichardus; ceteros quos consului recentiores geographi locum

*) Nennii §. 7. *Cair ligion* est *Deva*, *Chester*, *Cair lion* autem *Isca Silurum*, *Caerleon upon Usk*.

omnino praeterierunt. Mibi non satis probabile esse videtur, hoc Praesidium quasi in umbilico insulae quaerendum esse, cum cetera castella omnia, quotquot hoc capite recensentur, septentrionalibus dioeceseos partibus adscribenda sint, minusque displicet quod Sprunerus fecit, *Praetorium* in comitatu Eburacensi It. Ant. p. 464. 466., plerisque fere omnibus recentioribus cum Camdeno et Galeo, recte puto, *Patrington*, *Mannerto Kingston upon Hull*, aliis *Hornsea*, aliis *Flamborough* (cf. Hassel. p. 296. sq.), cum Praesidio eundem locum fuisse optinari. cf. infra ad §§. 20. sq. *Patrington* Gortonus dicit esse „an ancient market town and parish in the south division of the wapentake of Holderness, situated on a branch of the Humber, where a creek forms a kind of haven for smallcraft, which convey corn to Hull and London, and import lime and coal from the West Riding.“. monendum autem est Praetorii (Praesidii) nomen in Spruneriana tab. geogr. perperam inter Lindum (*Lincoln*) et *Ad Abum* (prope *Barton*) in Coritanis positum esse, cum ad septentrionale *Abi* (*Humber*) fl. litus in Parisorum finibus ab aliis omnibus recte quaeratur. Ceterum frustra Wessel. ad It. Ant. p. 464. contra iustam Camdeni sententiam verba fecit, ut demonstraret verba *a limite* recte explicari potuisse i. e. *a vallo*: vallum (Hadriani murus) totum intra limitem fuit: verba i. e. *a vallo* ab imperito, quamvis antiquo librario sciolo assuta sunt.

— §. 3.] *Crippianorum* C. Pancirolus: „*Crispiana* est Pannoniae [Secundae] oppidum apud Itinerarium [Ant. p. 267., ab Arrabona XXV M. P. totidemque a Cimbrianis remotum (cf. ad p. 98*. §. 9. et ad Not. Or. p. 466. not. 33.), unde Mannert. III. p. 681. sq. apud hod. vicum *Sarkany* inter civitates *Stuhlweissenburg* et *Raab* quaerendum esse censet], a quo hi potuerunt denominari. sed forte legendum *Crepstinorum*, qui in scheda Volseri [i. e. Tab. Pent. I. A ubi inter confuse partimque perperam scripta Germanicorum populorum nomina etiam corruptum nomen *CHREPSTINI* sive potius *RREPSTINI* legi posse videtur] populi sunt e regione *Dorilaniae* [? *Britanniae*] in

Belgica secundum Rhenum, ex quibus hi facile contrahi poterant. Facilius poterant a quodam Crispo, fortasse a Constantini filio eius nominis, vocabulum sumpsisse, ut a Germanico Germaniciani, a Tetrico Tetriciani, ut alae Alexandriana, Antoniniana, Deciana, Gordiana, Philippiana, Severiana aliaeque eiusmodi vocabula ad imperatorum nomina formata sunt. cf. Henzen. in *Jahrbb. des Ver. v. A. F. im Rheinl.* XIII. p. 74. sqq., qui tamen ei regulae, in *ianus* exeuntia vocabula ab hominum nominibus deducenda esse, nimium tribuere videtur, ut e. gr. Cimbriani (Not. Or. p. 102. num. 9.) ostendunt, ne dicam de iis nominibus quae a provinciis, ut Pannoniciani, ala Picentiana, vel a legionum numeris, ut Tertiani, vel a muneribus, ut Stablesiani, formata sunt, et r. Neque nunc mihi satis probatum est Alam Aprianam (Not. Or. p. 68. B. 9.) non ab Apris colonia, sed ab Apro quodam, ut Henzenius (p. 75. l. c.) censorie innuit, appellatam fuisse. De nominibus virorum impositis militum Numeris vide etiam Fabrett. p. 535. ad num. LVII. Ceterum *Crispinianorum* scripsit Camdenus. — Danum, sec. It. Ant. p. 475. 478. a Lindo [*Lincoln*] XXXV, ab Eburaco [*York*] XXXVII M. P. remotum, hodie *Duncaster* comitatus Eburacensis (Haßel. p. 298.); Dano Pseudo-Ric. Corin. adscripsit „ibi intras Maximam Caesariensem“, quae loquendi forma ex Itin. Hieros. deprompta est. de Dano Camdenus p. 399. sq. sic disputavit: „*Danus*, vulgo *Don* et *Dune*, ita uti videtur nominatus quod pressiori et inferiori in solum labitur alveo, id enim *Dan* Britannis significat, primum *Sheafeld* [*Sheffield*] oppidum praeterit... Dispartito deinde alveo *Danus* vetusto oppido allabens nomen impertit suum, quod nos hodie *Duncaster*, Scoti *Doncaster*, Saxones *Donacester*, Nennius *CaerDaun*, sed Antoninus *Danum*, uti et Notitiarum liber, qui prodidit Praefectum Equitum Crispinianorum ibi sub Duce Brit. stationem habuisse...“ cf. Camden-Gibson. p. 707., Gale p. 97., Cellar. I. p. 346. §. 55., Büsching. p. 733., qui viam Romanam hic superesse testatur, Volkmann. IV. p. 25. et Mannert. II. 2. ed. II. p. 150.; sed hic quidem p. seq. diversam sententiam

defendere conatus est, secundum quam Danum in hod. vico *Wintheringham* (*Lincolnshire*, cf. Hassel. p. 262.) ad Abum (*Humber*) fl. quaerendum foret, quod certe neque cum numeris Itinerarii convenit, quicquid dicat Mannertus, neque oppidi fluviique nomina patiuntur. Surita quoque falsus est, cum ad It. Ant. l. c. annotaret, ap. Ptolem. [II. 2 (3).] in Durotrigibus fortasse Δούριον pro Δάρον esse; nam id Δούριον hod. *Dorchester* Dorcestriae est. Iam Pancirolus rectum vidit: „Dano penes vallum Itinerarium collocat. vulgo Daneaster [sic] dictum“. Gortonus: „*Doncaster, co. York. A large and handsome corporation and market-town, having separate jurisdiction, but locally situated in the wapentake of Strafforth and Tichhill, West Riding of Yorkshire; situated on the river Don, and, as its name implies, in ancient times defended by a castle. The origin of this town may be attributed to the establishment of a passage over the river in the line of the Roman road, and there was doubtless the station called Danum, or Ad Danum, in the Itin. of Ant. . . . The river Don, here navigable, supplies the means of communication with several towns in the S. of Yorkshire, and the northern part of Lincolnshire. . .*“

— §§. 4. sq.] *cataphractorum* A, *Cataphractoriorum* aaff. Cf. p. 40*. §. 16. cum annot. p. 291*. — *Morbium* a nullo veteri scriptore memoratur. Camdenus p. 451. sq. „Procedit hinc [a castro *Egremont*] litus paulatim se subtrahendo, et ut ex rudetis apparet, ubique a Romanis permunitum fuit. Ultimus enim erat Romani imperii limes, et hanc oram Scoti inprimis infestam habuerant, cum ex Hibernia in hanc insulam quasi belli diluvio inundarent. *Moresby* viculum ex his munimentis fuisse, par est existimare. Multa inscriptorum lapidum fragmenta ibi eruuntur, quorum unus LVCIVM SEVERINVM ORDINATVM, alter COH. VII. prae se fert, sed nullus adhuc repertus *Morbium* fuisse docet, ubi Equites Cataphractarii meruerunt, quod nomen tamen quodammodo subindicat. Post hoc Derventio flumen oceano se occulit. . .“ (*Moresby* prope Portum album, *Whitehaven*, *Cumbriae*, septentrionem versus, non ita

procul a mari conditus viculus est. Gorton. „Moresby, co. Cumberl. A parish and township in Allerdale ward above Darwent; bounded on the west by the Irish Sea;... this parish, in the opinion of Horsley, was the Roman station Ar-beia“.) Apud Camden-Gibson. p.821. legitur ille titulus sic: DEO SILVAN--- | COH. II. LING. | CVI FRAEES--- | G. POMPEIVS M--- | SATVRNIN--- | Cohortem Secundam Lingonum p. 114*. num. 10. Congavatae adscriptam habemus. Additus est hic alter Moresbii repertus: ----- | ----- | OB PROSPERITATEM | CVLMINIS | INSTITVTI | : Cf. sis Bruz. la Martin. h. v. Secundum Reichardum *Morbium* est hod. *Workington*, non procul a Derventionis ostiis, in Cumbria, de quo Hassel. p. 314. et impr. Gorton. „*Workington, co. Cumberl. A market and seaport town and parish in Allerdale ward, above Darwent, situated on the south bank of the river Derwent near the sea ... On an eminence in the vicinity is an ancient building, supposed to have been used as a watchtower; it commands very extensive views into Scotland*“.

— γγ. 6. sq.] *Barcariorum* a^{7,11,15}. Pancirolus: „forte legendum *Barcaniorum*, qui sunt populi Hircanis contermini Stephano et Q. Curtio: vel *Bracariorum*, qui sunt gentes Hispaniae“. Utrumque displicet. *barcarii* sunt qui in *barcis*, parvo navicularum genere, militant (*barcaruoli* s. *barcajuoli* Italice), ut supra p. 103*. γ. 5. et infra p. 118*. γ. 21. Gloss. Philox. „*Barca, σκάφος*“. cf. Du Cange lexic. v. *Barca*. omnino addendus est Lyd. de magg. II. 14. „... εἰσὶν ἔτι καὶ νῦν πορθμίδες τρεῖς τῇ ἀρχῇ πρὸς τὰς ἀντιπόρθμους διαπεραιώσεις ἐκ τῆς βασιλίδος ἐπὶ τὰς γείτονας ἡπείρους. βάρκας αὐτὰς ἀντι τοῦ ‘δρόμωνας’ πατρίως ἐκάλεσιν οἱ παλαιότεροι, καὶ κήλοκας οἶον ταχινάς, ὅτι κέλερ κατ’ αὐτοὺς ὁ ταχὺς λέγεται, καὶ σαρκιναρίας ἀντι τοῦ ‘ὀλκάδας’, ὅτι σάρκινα κατ’ αὐτοὺς τὸ ἄχθος καλεῖται“. Videsis etiam de *Naulariis* ad Not. Or. p. 445. sq. not. 16., item de *Liburnariis* ad p. 99*. γγ. 12. sqq. annotata, et quae de *Musculis* (Not. Or. p. 100.), de *Navibus annicis* et *Militibus* ibidem deputatis (Not. Or. p. 103.)

deque Praefecturis Classium Riparumque passim hac Notitia memoratis suo quaeque loco diximus. — *Tigrisientium* ABC, *Tigriensium* legit Camdenus. Pancirolus: „*Tigrisusam* oppidum apud Tigrim Plinius VI. 23. commemorat, unde forte hi milites *Tigrisenses* vel *Tigrisissenses* sunt vocati“. Tigres sive Tigrides navium genus sive certe liburnarum triremiumve quarundam nomen fuisse et ex Vergilii „...secat aequora Tigri“ (Aen. X. 166.) * et imprimis ex inscriptionibus probari potest, e. gr. ex Marin. *Atti* II. p. 410. D. M | L. VALERI. PA|PIRIANI | MIL. CL[assis] PR[aetoriae] MIS[enensis] | EX III. [i. e. tri-ride] TICRI|DE. NATIONE | ALEX. Q. V. A | XLV. *etc.* Veteres, ut hodieque solent, singulis sua vocabula navibus olim dedisse constat, a deorum deorumve, heroum, hominum animaliumque, a fluminum, urbium, regionum nominibus desumpta. Cf. praeter citatos ab Orellio n. 3611. Gorium (Inscr. in Etrur. *etc.* tom. III. Florent. 1743. 4^o. p. 72...84.), Dav. Ruhnkenium *Diss. de tutelis et insignib. navium*, in *Opuscc. Lugd. Bat.* 1807. 8^o. p. 267...285. ac, quo aegre careo, Clementem Cardinalium (*Memorie Romane* I. 2. p. 60., qui LXXX navium nomina habet), etiam Reinesium p. 530., Vernazzam (*diploma di Adriano. Torino* 1817. 4^o. p. 79...82.) Hasiumque ad Io. Laur. Lyd. de ostent. c. 46. (in Io. Lydo ed. Bekker. p. 400. sq.) qui laudat Pighii *Hercul. Prodic.* Antverp. 1587. 8^o. p. 502^a., apud quem tres tituli navium FIDEI, GALLI et ISIDIS leguntur. Utrum vero naves Tigris s. Tigridis nomine insignitae a rapido fluvio, an a rapida bestia Tigri appellatae essent, dubitari potest; at prior sententia, quae magis etiam Romanae iactantiae convenit, verae similior est, cum et triremis *Euphrates* inter Misensenses legatur ap. Reines. p. 530. n. XLVI. Sed tandem quaeri potest, utrum barcae illae, in quibus Arbeienses numeri militabant, ad formam sive similitudinem istarum navium Tigridum dictae fuerint, an, quod magis fortasse placebit, propterea quod id

*) Cf. Shakspearii *Macb.* I. 3. „*A sailor's wife... Her husband's to Aleppo gone, master o' the Tiger*“.

genus navibus inservirent: nam Isidor. Or. XIX. 1, 9. „Barca“ inquit „est quae cuncta navis commercia ad litus portat. hanc navis in pelago propter nimias undas suo suscipit gremio* ; ubi autem appropinquaverit ad portum, reddit vicem barca navi, quam accepit in pelago“. — *Arbeiam*, alibi non memoratam, in hodierno Cumbriae foro *Ireby* (cf. Hassel. p. 313.) propter sonum situmque quaerendum esse mihi visum erat, ante quam ap. Büsching. p. 741. legerem *soll das alte Ardeia [sic] seyn*“, aut Bruz. la Martin. Reichardumque h. v. consentientes viderem Camdenumque consulerem ita disserentem (p. 453.) „Hinc [ab ostiis Derventionis fl.] murum ad defendendum littus IV plus minus M. P. perductum fuisse credunt nonnulli, adeo continuae sunt parietinae ad *Oleni* sive *Eleni* ostium, *Elne* nunc nominant, qui non longum permensus iter ad fontes *Ierby* habet, forum non minimum, *Arbeiam* fuisse iudicamus, ubi Barcarum Tigrienses stationem egerunt; et ad ostium *Ellenbrough* i. e. Burgum ad Elenum, quem *Olenacum* [p. 115*. γγ. 4. sq.] fuisse, ubi Ala prima Herculea in praesidio erat, si coniecturae sit locus, tam ex antiquitatis vestigiis, quam nominis agnatione coniectarem. Tot enim inscripta saxa et statuae hic eruuntur, ut in columbariis, furnis, et caminis nihil sit frequentius; sed quae ita oblitterata sunt, ut praeter Romana nomina plane nihil elicias“. In Camden-Gibson. p. 826. sq. illi tituli Olenacenses leguntur ad Alam Augustam ac Cohortem Primam Delmatarum spectantes. Gorton. „Low-Ireby, co. Cumberl. A market town and township, forming, with High-Ireby, a parish, in Allerdale ward, below Darwent, situated near the source of the river Ellen. It is called Low Ireby and also Market Ireby, to distinguish it from the village of High Ireby, in its vicinity. Though now an inconsiderable place, its origin has been referred to a remote period; for Camden supposes, from the similarity of

*) Dum haec scribo, ante oculos meos praeterehitur Düsseldorfensis navis vaporibus acta, quae barca post puppim suspensam habet.

names, that is was the Arbeia of the Romans . . ; but this opinion is controverted by Horsley, who observes that no Roman antiquities have been discovered here^a. quam rationem non satis aptam esse ad probandam negationem, vix est quod exprimi oporteat. Cf. etiam Volkmann. IV. p. 401. sq. Horsleium in *Moresby* Arbeiam quaesivisse superiore annot. relatum est.

— ꝥ. 8. sq.] De Nervii vide annot. p. 228*. ad ꝥ. 18. et cf. p. 115*. ꝥ. 1. 6. — *Dictentium* ABCD. Pancirolus „Dicti stativa habebat [praefectus]. unde Dictenses vocati [Nervii milites]^a. — *đci* C. Non *Dictum* neque *Dictis*, sed *Dictium* huius loci nomen fuit; in Notitia *Dicti* est *Dicti*, ut *Sirmi*, *Aeli* aliaque huiusmodi, quod probatur vocabulo *Dixio* quod ap. Geogr. Rav. V. 31. inter *Devovicia* [*Delgovicia* s. *Delgovitia* It. Ant. p. 466. = *Wighton* s. *Weighton* in comit. Eburac., *East-Riding*, sec. Camden., Galeum ac Lap.] et *Lugundino*, *Coganges* [cf. seq. ꝥ.] habet. Itaque legerim *Dictiensium*, et valde, ne Camdenus de Dictio perperam opinatus sit, vereor, cum imprimis etiam huius ipsius Notitiae series stationum recensendarum argumentum e geogr. Rav. petitum comprobet. ille p. 388. haec habet: „Ex huius [i. e. *Aber Conwey*, i. e. Conovii, nunc *Conway*, fl. ostii, de quo vid. Hassel. p. 346.] opposito cis flumen prominet inflectente cubito, quasi stationem moliretur natura, promontoriolum, quod huius etiam agri censetur, *Gogarth* dictum. In quo, Conovio mare subeunti *Diganwy* antiqua urbs impendebat, quae multa ante secula ictu fulminis deflagravit. *Dictum* autem urbem esse credimus, ubi sub imperatoribus Praepositus Numeri Nerviorum Dictensium excubias egit. Quod autem *Diganwey* postea appellatum fuerit, quis non videt *Ganwey* ex *Conwey* profluxisse, et inde Anglicum nomen *Ganoc*: sic enim nominatum erat castellum, quod postea eo loci construxit Henricus III.^a cf. Camden-Gibson. p. 666. 672. et Gorton. v. *Eglwys-Rhos*, county *Carnarvon*. „Here are the ruins of castles *Fardre* and of *Diganwy*^a. sed Romana ea castella esse non indicat, nec probabile videtur. Consentiant cum Camdeno Bruz. la Martin. et Bischoffii Möllérique lexica. sed cum

cetera omnia nomina h. l. exhibita, si incerta *Praesidi*, *Maglo-nae* et *Magis* excipias, ad Maximam Caesariensem pertineant, malim hoc *Dictum* in comitatu Eburacensi aut Westmorelandiae Cumbriaeve quam in confinibus comitatum *Denbigh* et *Carnarvon* quaeri. Galeus p. 146. recentius nomen *Dixio* Geographi Rav. nullum adscripsit.

— §. 10.] *uigilium* *ASCa*. Pancirolus „quod vigiliis obire consuevissent, sunt denominati“. Sane, vigiles vigilant. nautas i. e. navales milites Scotis ex Hibernia irrumpentibus oppositos fuisse coniectaverim, similiter atque barcarii *Ar-beienses*. — *Concangios* (*Concogios* a⁴.) ad. *Coganges* Geogr. Rav. V. 31., ubi Galeus p. 146. recentius nomen *Cayngham* adscripsit. [*Cainham*, parochiatus in comitatu Salopiensi?] Pancirolus de *Congis* interiorem Valliae partem ad occidentem incolentibus sec. Tacit. Ann. XII. 32. et Polyd. Angl. hist. lib. II. *Concangios* oppidum derivatum opinatus est. sed nihil hi *Cangi* Taciti sive *Decantae* Ptolemaei ad hunc de quo agimus locum. Camdenus p. 447. sq. „*Candalia*, i. e. vallis ad *Kanum*. *Kan* enim fluvius qui saxis asperatus hanc vallem perstringit, nomen indidit, ad cuius occiduam ripam frequentissimum oppidum *Kendale*, sive *Kirke by Kandale*, i. e. fanum in valle ad *Canum* . . . vetustatis autem gloriam sibi nullam vendicat, nisi *Concangii* sint, apud quos Numerus *Vigilum* stationem olim habuit . . . *Com-Can* etenim idem sonat Britannice, quod *Candale* Anglice, et *Vallis ad Canum* Latine. Sed cum Latinae aures *Comcangios* non paterentur, *Concangios* leniori voce vocasse videantur“. cf. *Camden-Gibson*. p. 564., ubi cum Pancirolus *Cangi* Cornavorum ad hunc *Notitiae* locum trahuntur; sed p. 805. haec leguntur: „*Once indeed I was of opinion, that Kendal was the old Roman station Concangii; but time has informed me better. Lower in the river Can, there are two Water-falls* et c.“, ad quem locum p. 810. sq. haec annotata sunt: „*Not far from hence is Water-Crooke (so call'd from a remarkable crooking in the river), where upon the east-side of that river is an old square fort, the banks and*

ditches whereof are still visible. That it was Roman, the discovery of coins, broken Altars, and other pieces of Antiquity will not give us leave to make the least scruple of: which if our Author had found, 'tis possible he might have fix'd the Concangii rather here than in any other place; because in the Notitia it is plac'd, as it were, in the very middle of the Northern Stations. For whereas between York and Derwent, it speaks of 14 Stations, the Concangii is the 7th; and the very next that come after it are Lavatrae (Bowes), Verterae (Brough) and Brovoniacum (Browham [sed vide annot. ad seq. ꝛ. 14.]): both the two last in this country [Westmoreland], and the first upon the edge of it. Non nullos in hod. Kendal Concangios quaerere refert Volkmann. IV. p. 312.; itemque Bruz. la Mart. atque Bischoffius et Möllerus Concangios ex mutata Camdeni sententia, sed uterque novis admixtis erroribus in hod. Kendal Westmorelandiae quaerendos esse volunt. Gortonus: „Kendal, co. Westmores. An incorporated market town, locally situated in Kendale ward, but having a separate jurisdiction. It stands in a pleasant valley, watered by the river Ken or Kent, whence its appellation, which is a contraction of Kirkby Kendale, or the church in the vale of the Ken. Horsley supposes the Roman station of Concangium... to have been very near this place; and the remains of a baronial castle, on a hill to the east of the town, are said to occupy the site of a Roman fortress. Portion of 2 square and 2 round towers are yet standing, as also a considerable part of the wall surrounding the outer ballium; and in 1813, the fence encompassing these relics of antiquity was strengthened and extended, and other measures adopted for their preservation...“ Mihi locus ad confluentes Coker et Darwent in Cumbriae burgo Cockermouth (Volkmann. IV. p. 355. sq., Hassel. p. 313.), cuius vetustas extra dubium posita est, quaerendus esse videtur: supersunt Romanorum militum vestigia in ipso castelli suggestu, quod in clivo arte facto constiterat, propeque hunc locum lapides aliaque monumenta

Romanos ibi stetisse milites testantur, ut ex ipso Camdeno Gibsoni p. 822. didici. Quod ut coniectem, non tantum nominis sonus facit, sed imprimis loci situs inter stationes, quas rivos ipsumque navigabilem Derventionem non ita procul ab ora maris Irici, versus meridiem a muro Hadriani sive a Vallo, Romani habuerunt in hod. *Moresby* et *Keswick*, atque in *Ireby*, *Ellenborough*, Castris Exploratorum et *Wighton*. Coccium It. Ant. p. 481. huc non pertinet. Gortonus de *Cockermouth*, co. *Cumberland*. Runica, Saxonica, Nortmannicaque monumenta ibi superesse refert, de Romanis tacet; situm loci sic describit: „*A market town and borough in the Allerdale ward, above Darwent and parish of Brigham. Its situation is low, being placed between the rivers Darwent and Cocker, the latter of which divides the town into 2 equal parts. . .*“.

— ††. 11. sq.] De Exploratoribus cf. supra p. 286*. ad †. 2. ibique cit. annot. ad Not. Or. p. 488. sqq. not. 37. Ab eorum stativis proprium nomen habuerunt *Castra Exploratorum*, quae inter *Blatum Bulgium* (sec. Camden. *Bowlness* Cumbriae, sec. Horsleium autem, Mannertum ac recentiores *Middleby* Scotiae, sive accuratius *Birrens* prope illum locum. cf. Chalmers *Caledonia* I. p. 151. sq.) ac *Lugvallum* (*Carlisle*), ab utroque loco XII M. P. distantia habet It. Ant. p. 467., ubi ALA AVG. GORDIA OB VIRTUTEM APPELLATA olim steterat (Camden-Gibson. p. 828. sqq.). Cum recentioribus Anglis ac Mannerto p. 124. nostratibusque *Castra Exploratorum* in hod. vico *Netherby* ad *Esk* fl., ubi Camdenus Aesicam (p. 114*. †. 12.) quaesierat, reperiri opinor. Cf. Camden-Gibson. p. 828. 834. — *Lavatres* omnes. sed *Lavacris* ab initio scriptum fuisse mihi persuasum est: *Lavacra* (orum) nomen loci, quod recentiores modo *Lavatres*, modo *Lavatras*, modo *Lavatrim*, modo *Lavatra* scribunt, apud Ric. Corin. Gilesii p. 481. 489. *Lataris* legitur, olim fuisse statim probabitur. Memoratur locus praeter hanc Notitiam et Geogr. Rav. V. 31., qui *Lavaris* inter nomina *Vinonia* [*Vinovia* = *Binchester* episcopatus Dunelmensis] et *Cataractonion* [a cataracta rivi *Swale*, quae infra burgum *Richmond* apud locum

hodieque *Catterick* s. *Cotterick* dictum aestuat] etiam It. Ant. p. 468. et 476., primum in itinere „a Vallo ad portum Ritupis, sic: A Blato Bulgio Castra Exploratorum M. P. XII. Luguvallo M. P. XII. Voreda M. P. XIII. Brovonacis M. P. XIII. Verteris M. P. XIII. [al. XX.] Lavatris [*codd. Matritensis et Florentinus Laurentianus* lauacris] M. P. XIII. Cataractoni M. P. XVI. [al. XIII.] Isurium M. P. XXIII. Eburacum M. P. XVII.“ Et paullo post in itinere „a Londinio Luguvallo ad vallum: Eburaco Isubrigantum [= Isurium Brigantum] M. P. XVII. Cataractoni M. P. XXIII. Levatris [al. leuatric, *Wessel. Lavatris*] M. P. XVIII. Verteris M. P. XIII. Brocavo M. P. XX. Luguvallo M. P. XXII.“ Pseudo-Ric. Corin. l. c. sic habet: „Iter VIII. ab Eboraco Luguvalium usque sic: Cattaractoni M. P. XL. Lataris XVI. Vataris XVI. Brocavonacis XVIII. Vorreda XVIII. Luguballia XVIII.“ Consentiant locum in hod. oppidulo *Bowes* ad Gretam fl. in septentrionali agri Eburacensis parte, *North-Riding*, (Hassel. p. 296.) quaerendum esse Camden. p. 426., Camden-Gibson. p. 762. sq., Wessel. ad It. Ant. l. c., Bruz. la Mart. h. v., Volkmann. IV. p. 103., Maunert. II. 2. p. 126., Gilesius aliique recentiores. Galeus p. 40. „*Bowes* in saxeto de *Stanmore*. huius stationis expressa fit mentio in Not. Imp. Nominis vestigia adhuc superesse videntur in *Lartington* oppidulo in vicinia super *Laver* fluviolum [*North-Riding, county York*]. Ravennas *Lavaris* vocat, quod etiam nomen praeterlabentis fluvii non male refert. Floruit hoc oppidum tempore Severi Imperatoris, nam Virius Lupus sub eo Britanniae Praeses hic balneum exustum restituit“. Lapieus autem dedit: „Verteris, *sur la Tees riv. Lavatris, Bernard-Castle*“. Gortonus: „*Bowes N. R. co. York. A parish and township in the wapentake of Gilling west, situated on the edge of Stanmore, and on the banks of the river Greta. It consists principally of one street, extending nearly 3/4 of a mile from E. to W. It was anciently a Roman station, and soon after the Conquest, Alan, Earl of Richmond, built a castle here...*“ Prope *Bowes* effossi sunt lapides ita inscripti, ex Camd. Gibs. l. c. (Galeo p. 41.) repetendi:

DAE . . FORTVNAE | VIRIVS. LVPVS | LEG. AVG. PR. PR | BALINEVM.
 VI | IGNIS. EKVST|VM. COH. I. THR|ACVM REST|ITVIT. CVRANTE |
 VAL. FRON|TONE. PRAEF ---- | EQ. ALAE. VETTO | Item: IMP. CAE-
 SARI. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. Max. filio | DIVI. NERVAE. NEPOTI:
 TRAIANO. Hadria|NO. AVG. PONT. MAXM. ----- | COS.
 I. ---- P. P. COH. III. F. ---- | IO. SEV. | Et sequens particula:
 ----- | ----- | NO L. CAE | FRONTIVS |
 COH. I. THRAC. | -----

Prior ille titulus de Lavacrorum co-
 dicibus etiam comprobato vocabulo nullum fere dubium re-
 linquere videtur; nihilo tamen minus Camdenus sec. Gibson.
 p. 763. „Now seeing“ inquit „these Baths were also call'd La-
 vacra by the Latins, perhaps some critick or other will ima-
 gine that this place was call'd Lavatrae instead of Lavacra;
 yet I should rather derive it from that little river running
 hard by, which I hear is call'd Laver. This modern name
 Bowes (seeing the old town was burnt to the ground, accord-
 ing to a tradition among the inhabitants) seems to me to be
 deriv'd from that accident: for that which is burnt with fire
 is call'd by the Britains Boeth..“.

— §. 13.] Quinam fuerint hi *Directores*, quid direxerint,
 militesne navesve aut barcas, bellicas machinas vel ipsa ca-
 stella (cf. Duker. ad Flor. IV. 12, 26.) nemo quem sciam expo-
 suit. Labbaeus an nihil cogitaverit, cum verba *Directi veteres*
 in Indicem generalem reciperet, equidem nescio. quod verba
Directi (per errorem ita pro '*Directores*' scripsit) et *veteres*
 coniunxit, error est qui paullo post explicabitur. Nihilique
 etiam Panciroli explicatio haec est: „*Duroctorum* legionem in
 Moesia Inferiore ponit Ptolomaeus, cuius partem esse puto
 huc translatum. Ab oppido sunt denominati, quod *Durocor-
 tum* vocat Caesar, unde sumpta est haec legio“. Immo, ne-
 que Silistrienses (cf. annot. ad Not. Or. p. 466. not. 31.) neque
 Remenses (cf. annot. ad Not. Occ. p. 319*. ad §. 3.) hi Directo-
 res fuerunt. de corrupto nomine *ἰθυιζῶν* cogitandum non est;
 sed nec legendum est *Direptorum*, ut ab hostibus discinden-
 dis laudabile nomen habuissent, nec *Dilectorum*, quod pro

Delectorum haud ita raro in scriptis codicibus legi constat: utrumque quidem in mentem olim mihi venerat: iam vero persuasi mihi, Directorum nomen a militia in navigiis onerariis aut speculatoriis nuntiatoriisque (*Fracht- und Paket-Booten*) deductum fuisse, quibus „recta navigatione contempta litora devia sectari“ (L. 33. Th. C. de navicul. XIII. 5.) aut „mutatis directoriis“ (L. 3. Th. C. de can. frum. urb. Rom. XIII. 15.) iter facere non licebat. Gothofredus ad hanc L. 3. annotavit: „*Directorium* est iter rectum, recta navigatio . . . sic et *δηρο-γενοόμενος*, quasi dicas *director viarum*, mansionum, qui scil. viam dirigit, praeparat, ap. Suidam“; non bene, ut mihi quidem videtur: *director* illa litteras iter faciendum praescribentes (*Reise-Routen*) fuisse censeo. — *uerteris* ΑΒ, *uēteris* C, *uerterum* D, *veteris* E, *ueterum* aad, *veterum*, aliās *Veneris* ee, *veterum Veneris* ff, *veterum Venetis* ff. Pancirol. „*Directorum Veterum*, legendum *Verteris*, quemadmodum inscriptum est oppido [in pictura], et habent manuscripti, et Itinerarium“. De It. Ant. vide annot. proxime superiorem. Geogr. Rav. V. 31. habet *Valteris*, Pseudo-Ric. Corin. ap. Giles. p. 481. 489. *Vataris*. Recentiores, *Verterae(arum)* pro iusto nomine habentes, in eo consentiunt omnes, locum in hod. *Burgh* sive *Burgh upon Stanmore* Westmorelandiae (Hassel. p. 308.) quaerendum esse. mihi nomen loci *Vetera* potius fuisse quam *Verterae* videtur, quod *Caesaris* etiam *turri*, de qua mox dicetur, fortasse probari potest. Camdenus p. 449. „Hic [apud *Musgrave*] aquas Ituna (hod. *Eden* fl.) quasi remoratur, ut aliis rivulis consocietur, quorum uni vix duobus M. P. ab ipso Ituna *Verterae* incubuerunt, priscae memoriae oppidum, ab Antonino et Notitiarum libro memoratum . . . Nunc vero ipsum oppidum in tenuem vicum exiguo propugnaculo munitum et nomen in *Burgh* abiit, nostrates enim *Burgh upon Stanmore*, i. e. *Burgus* in Saxeto nuncupant . . . Burgum hunc *Verteras* fuisse vel affirmare ausim, quod distantia hinc a *Leuattris*, illinc a *Brovonaco* in Italica resoluta milliaria exacte Antonini numeris respondeat, quodque via militaris Romanorum suo aggere

etiamnum conspicua hac ducit ad Brovonacum per Aballabam . . . , ad quem locum Gibsonus p. 812. not. k haec addidit: „ Brough, consisting at present of two good villages: Upper, otherwise Church-Brough . . . Here also stands the Castle of Brough, and a tower call'd Caesar's tower; which is probably the Propugnaculum our Author speaks of, because the Castle was in his time raz'd to the ground (the walls of the Tower only remaining) which was lately rebuilt The other village is call'd Lower-Brough from its situation, and Market-Brough from a market held there every thursday“. Galeus p. 40. „Brough under Stainmore. ad viam militarem XX M. P. a Brocanacis, ut diximus sedent hae Verterae“. Gortonus „Brough, co. Westmorel. A market town and parish in East ward, situated upon a rivulet, 2 miles from the river Eden . . . It was the Verterae of the Romans, and a central station on the Maiden way between Bcwes and Brougham Upon a lofty eminence, near the church, stand the remains of Burgh Castle . . . ; but it is now rapidly disappearing for the materials. An urn filled with Roman silver coins was dug up in the neighbourhood of the castle in 1792.“ Et paullo post: „Brougham, or Burgham, co. Westmoreland. A parish and township in West ward; . . . Brougham Castle, a majestic and venerable pile, is situated on a woody eminence, at the confluence of the Eamont and Lowther rivers, a mile from Penrith, on the site of the Norman [sic] station Bonvoniacum [sic]. It is of Roman architecture, and was built by the Veteriponts and Cliffords“

— ††. 14. sq.] Defensores (de quibus cf. annot. ad Not. Or. p. 195. not. 49.) Seniores (cf. p. 36*. num. 36, ubi Defensores Iuniores intra Gallias Magistro Equitum adscripti sunt), sed utrum e legione comitatensi (p. 26*. †. 18.) an pseudocomitatensi (p. 28*. †. 3.), non constat. — *bāboniaco* €. Pancirol. „Brounacis et Brocouonacis Britanniae oppida Itinerarium ponit“. cf. itinerum indicem ex It. Ant. ad ††. 11. sq. supra exhibitum, unde probatur *Brovonaca* et *Brocarum* eun-

dem locum non fuisse, ut cum Camdeno p. 449. (Camd. Gibs. p. 808.) alii sumpserunt. *Brocavum* esse hod. *Brougham* s. *Browham* Westmorelandiae consentiunt omnes; *Brovonaca* (*Brovonacae* est ap. Mannertum, Reichardum, Forbigerum, alios, perperam, ut puto, ut Suritae '*Brovonacim*') Itinerarii cum *Braboniaco* Notitiae eundem locum fuisse non dubitatur. *Bravoniaco* Notitiam habere ad It. Ant. p. 467. annotarunt Simlerus ac Surita, *Broconiacum* in Notitiarum libro legi scripsit Camdenus, minus accurate omnes. Fortasse *Ravonia* ap. Geogr. Rav. V. 31., quod Galeus p. 146. *Ravonglasse* interpretatur, nihil nisi corruptum nomen *Bravoniacum* est. Pseud. Ric. Cor. ed. Giles. p. 481. 489. habet *Brocavonacis*. Contra Galeum p. 40., qui hod. oppidum *Kendal* [cf. supra ad §. 10.] locum veteris Brovónaci [rectius scribi puto *Brovonacorum* s. *Brovoniaci*] obtinere putavit, cum Horsleio Brit. Rom. III. 2. Wesselingius ad It. Ant. l. c. vult *Kirbythure*, „ubi Romani operis vestigia visuntur“, „cum Candalia extra viam militarem sit, et [quod ipso Galeus concessit] numeri (Itinerarii) obstant“. (Gorton. „*Kirkby Thore, co. Westmorel. A parish and township in the east ward. . . A great number of Roman coins and antiquities have been dug up here at several times*“. Idem volunt qui stationem, de qua agitur, in hod. *Whelp-Castle* infra oppidum *Appleby* ad Itunam (*Eden*) fl. reperiri scribunt, ut Mannert. p. 125., Reichard. h. v., Forbiger. III. p. 298. Lapius p. 141. habet „*Brovonacis, Aldstone-Moor*“. Hoc *Whelp-Castle* Camdenus pro *Gallago* s. *Calaco* veteri sumpsit: nam (ap. Camd. Gibs. p. 807.) legitur: „*From hence (Appleby) the river posts forward to the northwest by Buley-Castle, . . . and by Kirkby Thore [the present name 'Kirbythure' Gibs.], below which there appear the vast ruins of an old town: where also Roman coins are now and then dug up; and not long ago this inscription: DEO BELATVCAD|RO LIB. VOTV|M FECIT | IO-LVS. Age has quite worn out the old name; and they call it at this day Wheallep-Castle [Whelp-Castle scribendum esse Gibsonus annotat] . . . I should say this was the Gallagum*

[Κάλατον] mention'd by Ptolemy, and call'd by Antoninus Gallatum [Calacum, al. Galacum, al. Gallacum]. Which conjecture, as it agrees with the distances in the Itinerary, so it is partly favour'd by the present name" etc.

— γ. 16.] Solentium mss. Pancirolus „a Sole [Solis] Ciliciae oppido“ appellatos vult. sed cf. ad Not. Or. p. 217. not. 14. — *Maglone* €, *Magloue* ΑΒ(Ω?)αα, *Maglouae* deff. Camdenus p. 381. quem secuti sunt Bruz. la Mart. h. v. et Reichardus, *Maglonam* in *Machleneth* (*Machynleth* ad *Dovy* fl., cf. *Hassel*. p. 338.) in extremo agri Montis Gomerici (*Montgomeryshire*) angulo quaerendam esse coniectavit. Nimium meridiem versus evagatum esse sagacissimum topographum censeo: ipse locum item in *Westmorelandia* quaesierim putemque ad *Lona* sive *Lunae* fluvium situm fuisse, ubi infra locum *Orton* (*Hassel*. p. 308.) apud *Tebay*, supra *Burrowbridge* *Lona* alios rivulos excipit: per hunc locum via militaris a *Candalia* (*Kendal*) *Brocavum* (*Brougham*) ducebat. Nunc *Gortonus* coniecturam meam mihi confirmare videtur: „Orton or Overton, co. Westmorel. A market town and parish in East ward pleasantly situated on the road between Appleby and Kendal, near the river Lune. . . . Near Orton Scar is Castle Folds, formerly surrounded by a strong wall, with a small fort for the defence of the castle &c., during the incursions of the Scots, and upon the highest part of the Scar was a beacon, which communicated with those of Penrith, Stainmore and Whinsfell. . . . At a short distance from the town are the remains of a Castle, which appears to have been a very strong fortress: Dr. Burn, . . . joint editor of the 'History and Antiquities of Cumberland and Westmoreland', was vicar of this parish for 30 years. . . .“ Sed *Camdeni* opinionem ipse *Gortonus* recepit: „*Machynllaeth*, county *Montgomery*. A town in the parish and hundred of the same name, situated near the river *Dyft*, and adjacent to its conflux with the *Dulas*. The position of the town is extremely beautiful, the stupendous hill of *Arran-y-Gessel*, 2220 feet in height, appears impending over it. . . . This

place is supposed to be the Maglona of the Romans, where a lieutenant was stationed in the reign of Honorius. At a place called *Cefn Caer*, or the Ridge of the City, Roman coins have been found, and the traces of a circular intrenchment and a paved road discovered. A Roman fort is believed to have been at a little distance from the same place, and near its supposed site silver coins of Augustus and Tiberius were discovered...“

— †. 17.] *Pacantium* mss. et aa. Pancirolus „a Pace Iulia urbe Lusitaniae dicti, nunc *Badajoz* [immo, *Beja* in provincia Alenteiensi] vocatur, vel a Foro Iulio Octavianorum, Colonia Pacensi [hod. *Frejus*] dicta, quam Plinius III. 4. in Gallia Narbonensi collocat“. Mihi hos milites a cognomine *Pacis*, quod e. gr. legio I. gessit, appellatos videri ad p. 27*. †. 13. supra p. 249. annotavi. cf. infra p. 116*. †. 9. — *magis* aa. Pancir. „Itinerarium *Magium Vinium* Britanniae urbem esse dicit“; ita Simlerus quoque ad It. Ant. p. 479. (in Simleri Aethico Basil. ed. a. 1575. 16°. p. 286. ad p. 204.) nomen *Magiovinio* annotaverat „*Magis* liber Notit.“. Falso, *Magiovinium* s. *Magiovinium* It. Ant. p. 471. 476. 479. XLV tantum M. P. a Londinio septentrionem versus distans omnino huc non pertinet, ubi de praesidiis borealis Britanniae agitur. Neque Camdeni p. 354. (cf. Camd. Gibson. p. 585.) opinioni accesserim, qui locum in *Radnorshire* sibi visus est repperisse: „*Old-Radnor*, i. e. vetus Radnor, Britannice *Maiseueth-hean*, et ab edito situ *Pencrag*“. [Gorton. „*New Radnor or Maes-yfed, co. Radnor, S. W. A borough-town . . . on the banks of the Somergill river . . . few traces of its old fortifications or intrenchments are now visible . . .*“; et „*Old Radnor, or Pen-y-Craig, co. Radnor S. W. A parish . . . upon the southern bank of the Somergill river . . .*“] „. . . Si hanc *Maiseueth* fuisse *Magos* urbem dixero, quam Antoninus [p. 484. „*Magnis*“] *Magnos* vocare videtur, ubi, ut est in Notitiarum libro, Praef. militum Pacensium . . . egit, a veritate . . . non descivero. Huius enim tractus incolas *Magesetas* vocatos, Comitesque *Masegetenses* et *Magesetenses* apud me-

diae aetatis scriptores legimus . . .“ Denique nec *Magna* (nam Magnorum nomen habuisse mansionem illam It. Ant. l. c., convenientem eam cum *Magnis* Geogr. Rav. V. 31. primam [inter *Cicutio* et *Branogenium*] memoratis, quae etiam Galeus p. 143. hod. *Old-Radnor* esse annotavit, puto) in itinere a Muriduno Viroconium memoratum ad hunc Notitiae locum pertinere, quod Surita Camdenusque putaverunt, cum Wesselingio arbitrator, quamvis hunc paullo confidentius ita scripseris confitear: „illa [*Magis* Notit. h. l.] a Lavatris et Verteribus, ut ex stationum ordine, quem Notitia observare solet, cuius apertum est, haud longe aberat“. Verum est Notitiam hanc ordinem quendam observare, non tamen eum, ut nominis alicuius inter alia nomina positio cum locum cuius vocabulum in medio positum est, inter duo alia loca in medio positum fuisse indicaret; ceterum hoc nomen *Magis* non inter Lavacra Veteraque (ut mihi scribendum esse videtur), sed inter Maglonae Longique vici item satis incerta nominaque locaque positum legitur. Itaque nec pro certo affirmarim, v. *Magnis* Geogr. Rav. V. 31. inter Lugubalum et Babaglanda (quae nomina sec. Gal. p. 146. forent *Boulness* inter *Old Carlile* et *Ambleside*) cum *Magis* h. l. explicandis eundem locum designare. Quid, si de vico *Gretland* ad *Calder* fl. in comitatu Eburacensi, non ita procul ab oppido *Halifax* sito, cogitemus? de quo ap. Camden - Gibson. p. 707. sq. haec legimus: „*The river Calder, which flows along the borders between this [Nosthill] and Lancashire . . . runs by Gretland, situated on the very top of a hill, and accessible but on one side, where was digged up this votive altar, sacred, as it seems, to the tutelary God of the city of the Brigantes: DVI CI. BRIG. | ET NVM. GG. | T. AVR. AVRELIAN | VS DD PRO SE | ET SVIS. S. M. A. G. S.*“ et in altero eiusdem arae latere: „ANTONINO | III. ET GET. COSS | [i. e. a. Chr. 209.] . . .“ Et paullo post de loco *Eland* idem refert, lateres ibi effossos esse inscriptos „COH. IIII. BRE.“ An Breucorum? quarta eorum cohors dubito an aliunde nota non sit. Gruter. 515, 3. hanc inscr. repetiit. Gorton. „*Greetland, West-Riding*

county York. A township in the parish of Halifax and wapentake of Morley. . . Here was discovered a votive altar“ et c. „Elland, W. R. co. York. A township and chapelry in the parish of Halifax and wapentake of Morley, pleasantly situated on the river Calder. . .“.

— ʒʒ. 18. sq.] Hunc et seq. numerum, i. e. ʒʒ. nostros 18 ...24. omisit A, quinque lineis vacuis relictis; in B inde a vocab. *Longovicariorum* usque ad nomen *Derventione* omnia desunt, sed tantum spatium relictum est, ut quae desunt inscribi possint; ita D versus nostros 18. 19. et sequentis verba *Praefectus Numeri Supervenientium* omisit, duabus lineis vacuis relictis. E sic habet: „*Praefect^o numeri | longo vica Praefect^o numeri lon|ge vitio*“. *Longovicio* nobiscum Eaa, *Longovico* Deff, sed „emendatos codices habere *Longovicio*“ testatus est Pancirolus. At de hoc *Longovico* sive *Longovicio* pariter atque de Numero *Longovicariorum* altissimum silentium est in veteri non solum litteratura, sed et apud recentiores, quibus uti mihi datum est, nisi quod Camdenus, qui, ut ad p. 115*. ʒʒ. 1. sq. videbimus, etiam Alionam aliquando in eodem Dunelmensi Longocastro quaesivit, olim p. 445. affirmavit „ad ipsius fere trianguli [episcopatus Dunelmensis] medium exiguum vicum *Lanchester* Longovicum Notitiarum libri esse, et nomen et significationem argumentari; quod enim Latinis *Longovicus*, id est Saxonibus *Langceaster*“. Verum ipse Camdenus postea sec. Gibsonum p. 778. scripsit „*Lanchester I once imagin'd to be the old Longovicum*“. itaque priore opinione ab ipso recte quidem puto derelicta hanc dedit p. 795. ibid. „*The Lone. . . sees Lancaster on the south side of it, the chief town of this county, which the inhabitants more truly call Lancaster, and the Scots Loncastell, from the river Lon. Both its name at this day, and the river under it, in a manner prove it to be the Longovicum, where under the lieutenant of Britain (as the Notitia informs us) a Company of the Longovicarians, who took that name from the place, kept garrison*“. Bruz. la Mart. h. v. rettulit Camdeno esse *Lanchester*, aliis *Lan-*

caster; atque inter hos etiam Volkmann. IV. p. 287. est. Et Gortonus: „Lancaster, co. Lancaster. A market, borough, seaport and county town, under separate jurisdiction, but locally within the hundred of Lonsdale South of the sands. It is situated on the southern bank of the river Lon or Lune, at a considerable bend of the stream towards the S. W., before it becomes an estuary or open harbour. There can be little doubt that this place was the site of a Roman station. Camden supposes it to have been the Longovicum of Antoninus; and Whitaker contends that it was the station, designated Ad Alannam, by Richard of Cirencester; but though the name is uncertain, there is sufficient evidence of its having been a settlement of the Romans, in the coins, fragments of pottery, burnt bones, and other relics of antiquity, which have been discovered at different periods. A fortress existed at this place, under the government of the Anglo Saxons...“

Fortassis autem propius ad mare Hibernicum praesidium de quo agitur, quaerendum esse videbitur, ut contra Scotorum Pictorumque incursiones fines Romanos tueretur: ea enim praesidia quae per lineam valli condita erant, paullo post enumerata sunt. itaque veri non absimile videri potest, hunc Longum vicum esse *Longtown* s. *Langtown* in Cumbria, ubi Aesicae (*Esk*) fluvio rivus *Kirsop* s. *Kirksop* miscetur olimque fines erant inter Angliam Scotiamque (cf. Camden-Gibson. p. 834., Hassel. p. 313.); per hunc enim locum, ut Chalmersii tabula geogr. Britanniae septentr. sub Britannis Romanisque docet, via militaris a Luguvallio (*Carlisle*) Blatum Bulgium (*Birrens*; cf. supra ad §§. 11. sq.) et ad Castra Exploratorum (cf. ibid.) ducebat, vicinamque regionem Romanae antiquitatis vestigia multa exhibere constat. Neque tamen negaverim et nomen *vici* et ordinem enumeratorum praesidiorum magis pro metropoli cognominis comitatus *Lancaster* pugnare, ad cuius nomen Mordenius quoque in tab. Lancastriae, quae in Gibsoniano Camdeni exemplo est, nomen *Longovicum* adscriptum.

— §§. 20. sq.] De **ABD** cf. annot. proxime superiorem. **Æ** sic habet; *Praefectus numeri bonē|tium* || [p. 329. col. 2.] *Petueriēse De|ruentione*. **Ð** non nisi *petueriense Deruentione* exhibet. In **aa** est: *Prēf. nū Peturiense de Ruentione*. in **deff** sic: *Praefectus Numeri Deruentiensis (Deruentionis t^{1,2}, Deruentionensis t^{3,4,6,7}) Deruentione*. Nos scripturam codicis **Æ** dedimus. Pancirolus annotavit: „In codice manuscripto Ursini legitur *Numeri Bonensium, Peturiense Deuersione*; sed legendum *Deruentio*...“. Apparet ex syllabis *uenientium* istud *bonentium* et fortasse insuper eꝛ nomen *Petueriensis* enatum esse, ut scriptura quam exhibuimus, aut iusta sit, aut vocabulum *Petueriensis* abundet. *Supervenientes* eiusdem generis milites fuisse ac *Superventores*, de quibus ad Not. Or. p. 446. not. 18. diximus, fusius explicare non est opus. item supervacaneum est, ad explicandum nomen *Bonensium* sive *Boniensium*, quippe quod per corruptionem in nonnullos codices irrepsit, de *Bomio* [al. *Bono, Bonno, Bobio, Bocoio*], ab Isca Silurum (*Caerleon*) XXVII M. P. septentrionem versus distante sec. It. Ant. p. 484., quod rectius *Bouium* scribi Camdenus putavit *, sive de *Bovio* It. Ant. p. 469., ubi Simlerus „sive *Bonio*“ annotavit, quod a *Deva* (*Chester*) X, a *Mediolano* XX M. P. remotum fuit **, sive de *Vacomagorum* oppido *Bavariā* apud Ptol. II. 2 (3). et *Pseudo-Ric. Corin. I. 6, 47.*, quod hodieque *Bana* s. *Bona* s. *Boness* de situ ad rivum *Ness* appel-

*) Camden. p. 367. (cf. Camden-Gibson. p. 611.) aliique multi et nuper etiam *Lapies* hoc *Bomium*, ut ille corrupte pro *Bovio* scriptum esse opinatus est, propter nominis significationem in hod. *Cowbridge* (*Glamorganshire*), *Wesselingius* circa *Portbury*, *Mannertus* infra *Bridgewater* (*Somersetshire*) ad confluentes *Tone* et *Parret*, *Reichardus* „prope *Bridgend*“ quaesiverunt.

**) Camden. p. 341. (cf. Camden-Gibson. p. 556.) *Bovium* Itinerariū (ipse *Bonium* scripsit) quaesivit in hod. *Banchor* (*Flintshire*), *Wesselingius*, ampliandum ipse censens, refert *Horsleium* „circa *Stretton*“ quaesivisse, *Mannertus* p. 139. apud vicum *Harthill* fuisse putavit, *Lapies* in *Burwardsley*.

lari Chalmers. Caledon. I. p. 179. testatur, plura verba facere. Sed non pari confidentia reiecerim vocabulum *Petuariensis*, quamvis suspectum habeam: possit enim et ipsum ex alia nominis *Supervenientium* corruptione enatum esso; (nam ne XV praesidia pro XIV quae enumerata dedimus, olim recensita fuisse opinemur, ipsa pictura cum XIV castellis, quorum ultimo *Dervatione* inscriptum est, satis pugnare videtur) potest autem hic Numerus, nauticus, ut puto, a veteri statione ad Abum (*Humber*) fl. in Parisiis *Petuarium* nomen habuisse. Ptol. II. 2(3). *περι τὸν εὐλίμενον κόλπον Παρίσιοι καὶ πόλις Πλευναρία*, et sec. Pseudo-Ric. Corin. I. 6, 31. apud Parisios oppida sunt *Petuarium* et *Portus Felix*. idemque in itineribus suis, num. XVII., habet „. ad Abum, unde transis in Maximam [Caesariensem], ad *Petuarium* M. P. VI. deinde Eboraco“. Camdenus p. 414. sq. (Camd. Gibs. p. 738.) in burgo *Beverley* Eburacensis comitatus, *Galcus*, cuius annotationem subiunximus *,

*) Gale p. 24. sq. „*Dervatione*. *Aldby* ad fl. *Dervationem* . . . Sunt et aliae apud nos *Dervationes*: constat tamen in Not. Imp. fieri huius *Dervationis* mentionem, ubi scribitur, *sub dispositione Viri spectabilis ducis Britanniarum, Praefectus numeri Dervationensis Dervationis*. Interim *Petuarium* Ptolemaei et Parisiorum hic alicubi invenienda est. Non dubitarem cum Camdeno eandem facere cum *Beverlega* (*Beverley*), aut *Praetorio* (*Patrington*), nisi *Ravennas*, et proxime ab *Eboraco*, et ante *Delgovitiam* illam collocasset. Scribit ille fateor *Decuarium*, sed vitiose ut fere semper alia, emendandus haud dubie ex Ptolemaeo et *Notitia Imperii*, ubi *Peturiense Dervatione* occurrit. Quoniam nec Ptolemaeus, nec *Ravennas Dervationis* meminit, cum tamen uterque *Petuarium* commemoret, non longe absit ut arbitrer *Petuarium* hanc esse *Antonini Dervationem*. Primo, ut dixi, apud *Ravennatem* proxime succedit *Eboraco*, et praecedit *Delgovitiam*, qui ipsissimus est apud illum *Dervationis* situs. Deinde vocabulum *Varia* notat traiectum [*Fähre*], in hoc provinciali sermone; patetque hoc ex aliis apud nos *Variis*: ut *Vindovaria* in *Scotia* (*Queens-Ferry*), *Durnovaria* in *Durotrigibus* (*Dorchester*), et *Variis* illis (*Bodvay*) in *Itinere XI.* apud *Flintenses* [It. Ant. p. 482. „*Varis*“]. Traiectum ad *Dervationem* fuisse res ipsa indicat prope *Aldby*. Denique ideo Not. Imp. apposuit huic, epitheton illud, *Petuariensi* (ut mihi saltem videtur) distinctionis notam“.

in ipsa hac Derventione s. *Oldby*, D'Anvillius in vico *Brough* versus occ. ab oppido *Kingston upon Hull*, Mannertus p. 126. 187. hanc Petuariam cum *Praetorio* It. Ant. p. 466., de quo supra ad §§. 1. sq. dictum est, idem praesidium fuisse concludens (contra quam opinionem, a Forbigero p. 296. denuo acceptam, cf. Giles. p. 499.), apud opp. *Kingston*, Reichardus autem, soni similitudine sese decipi saepe passus, in hod. *Peterborough (Northamptonshire)* quaesivit, quamvis ipse Parisi sedem in orientali Eburacensis agri parte (*East-Riding*) recte assignaret. D'Anvillio consentiunt recentiores Angli, si Gilesio fidem facimus, affirmanti p. 487. „*Petuaria was certainly at Brough on the Humber*“, et p. 499. „*there is a Roman road still existing from Brough towards Weighton, and then over Barmby Moor to York*“. *Weighton, East Riding, county York*, ut Gortonus refert, „*is supposed to have been a Roman station; in the neighbourhood are several tumuli, in which human bones and remains of ancient armour have been found*“. Pancirolus incohaerentia secumque repugnantia haec annotavit: „... *Derventio* ... est civitas Britanniae, ubi milites castrametabantur, et inde nomen habuerunt [scil. secundum scripturam *derff*]. Forte hi Numeri *Bonenses* a *Bonio* Britanniae oppido apud Itinerarium sunt appellati. *Petuaria* vero est urbs Albionis Ptolomaco. Hos ergo Numeros *Bonenses* in oppido Deuersione Peturiensi degisse significatur. Hae sunt munitiones XIII, quibus praecrant Praefecti sub Duce Britanniae. Omnes sunt legio I., numeri X, equitum ordines III, efficiebant circiter 52 millia peditum, equites 300, prout computat Constantinus Porphyrogenneta de *Thematibus*“. — *Derventio*] It. Ant. p. 466. item Ps.-Ric. *Corin.* iter V. „*Eburacum: Derventione M. P. VII. Delgovicia M. P. XIII. Praetorio M. P. XXV.*“ *Geogr. Rav. V.* 31. „*Olerica, Derventione, Ravonia*“. *Bedae H. E. II.* 9. „... iuxta amnem *Derwentionem*, ubi tunc erat villa regalis...“ *Camden.* p. 413. „*Inde sed inferius [Malton et Montferrant] sui cognominis civitatem habuit [Derventio fl.]... Locum tamen signare non possum; ad*

Standfordbridge ex distantia fuisse colligamus, qui etiam a bello ibi commisso *Battlebridge* vocatur⁴; sed exactius idem ap. Camd. Gibson. p. 736. „*He [Rob. Marshall] shewed me, that at the distance from York I mention'd [VII M. P.], there is a little town seated upon the Derwent, called Auldby [Oldby], which signifies in Saxon the old habitation; where some remains of antiquity are still extant: and upon the top of the hill towards the river is to be seen the rubbish of an old castle: so that this cannot but be the Derventio. From hence the river flows through Stanfordbridge*“ et c. Et sic in *Mordeni tab. geogr. orientalis partis comitatus Eburacensis* legitur „*Derventio, nunc Auldby*“. Apud *Gortonum* oppidum non invenio. Post haec non erat quod discreparent recentiores, inter quos *Galeum* p. 24. et *Bruz. la Mart. h. v. Camdeno* assentientes video; *Mannertus* p. 126. locum prope vicum *Kezby* aut paullo plus versus meridiem quaeri vult; *Reichardus* autem, *Dervationem* *Itin. Ant.* eamque *Notitiae* diversas faciens, habet „*Derventio* *It. Ant. Gg. Rav.* Prope *Kezby*, ad fl. *Derwent*. *Derventio* *Not. Imp. Derby*“. Nimirum auribus sonique similitudini, parum solidioribus rationibus tribuere solitus est iste scriptor: civitas *Derby* ea *Derventio* est quae in *Pseudo-Ric. Corin. itinere XVIII.* memoratur, quaeque cum *Derbentione* ap. *Geogr. Rav. V. 31.* inter *Lutudarum* et *Salinis* positam eadem fuisse videtur, cognominis comitatus metropolis, eaque item ad *Dervationem* fl. sita est, sed ad eum qui fl. *Trent* miscetur, non ad eum, de quo ad h. l. dicendum erat, i. e. qui permeat comitatum *Eburacensem* inque fl. *Urum, Ouse*, exit (de *Derwent* fluviis rivisque in *Cumbria* eoque qui *Tinae* miscetur, in episcopatu *Dunelmensi*, hic non agi, ut novi errores evitentur, exprimi iuvat. *Derwent* est rapidus rivus; nam *Der* Gaelice ‘rapidum’ significat.): praesidia omnia hoc capite enumerata in borealibus *Angliae* partibus, in *Maxima Caesariensi* *Valentiaque* fuisse, iam supra monuimus. nihilominus nuper *Forbigerus III. p. 295.* *Reichardi* opinionem rettulisse satis habuit, veriore sententia omnino praetermissa. *Lapicus Derventio-*

nem in hod. „*Elwington sur la Derwent*“ repperisse sibi visus est, Gilesius denique ad suum Ric. Corin. l. c. ‘*Derventione*’ annotatum habet „*on the Derwent, near Stamford-Bridge*“ et Gortonus, quem vide ad p. 114*. §§. 10. sq. exhibitum, Derventionem stetisse, ubi nunc oppidum *Littlechester, county Derby* est, affirmat. Totum versum itaque sic explicem: Praefectus eius numeri Supervenientium, militum naviculariorum(?), qui ab oppido Petuaria, ibi sito, ubi nunc vicus *Brough on the Humber* conditus est, propterea quod olim ibi stativa habuerat, nomen gessit, iam autem Derventione in praesidio est, i. e. ubi hodie *Auldby s. Oldby* ad sinistram *Derwent s. Darwent* fl. ripam, in comitatus Eburacensis orientali parte (*East-Riding*), conspicitur. Ceterum haud praetereundum esse censeo, hodieque oppidum Derventionem (*Derwent*) in Cumbria, prope *Cockermouth* (cf. not. ad §. 10.) superesse, de quo Volkman. IV. p. 356.; id vero, si Concangios recte in hod. *Cockermouth* quaesivimus, Derventionemque, de qua h. l. sermo est, eandem esse cum Derventionem It. Ant. sumpsimus, h. l. indicatum non est.

Ex tabulis quae sequentibus tribus paginis exhibentur, facilius recentiorum de praesidiis PER LINEAM VALLI constitutis opiniones conspici poterunt.


— §. 22.] *Linea* h. l. non stricte longitudinem sine latitudine et altitudine, ut Varro olim definiit, sed tractum longiorem minus latum significat. atque ex genere quidem flexuosarum haec linea fuit: non omnia castella militumque stationes XXIII infra recensitas ad ipsum Vallum acclinasse sed non nullas meridiem versus sitas fuisse putant, neque vero de omnium situ satis nobis constat. De vallis Romanis verba facturus aegerrime fero, quod his libris, quos consuluisse velim, careo, Ioa. Warburtoni Vallo Romano Lond.? 1715.?, Horsleii Britannia Rom. Lond. 1732. fol. c. tabb., Alex. Gordoni Itinerar. septentrionale. Lond. 1726. sqq. II. fol. et Roy's *Military Antiquities*. Tria valla sive muros (si h. l. differentiam quae inter vallum ac murum obtinet, ut pote per se satis no-

Notitia Dign.	Geogr. Ravenn. V. 31.	Camden.	Camden.-Gibson.	Thom. Gale, Antiquitates Italicæ.
B a 1 SEGEDVNO	Serduno	Seton Northumberl.	Seghill Northumb.	?
-- 2 PONTE AELI ¹		Ponteland "	Pont-Eland "	
- b 1 CONDERCO	Conderco	Chester on the street Durham	Chester upon the street	?
- a 3 VINDOBALA	Vindovala	Wallsend Northumb.	Wallsend = Vindobala Notit. et Vindomora It. Aug.	Winchester
- b 2 HVNNO	Onno	Sevenshale "	Seavenshale	Hunwick et Esbcomb & Colerton
-- 3 CILVRNO	Celunno	Collerford "	Collerford aut Scil- cester	
- a 4 PROCOLITIA	Brocoliti	Colecester "	Frudhow-Castle up. Tyne Northumberl.	?
-- 5 BORCOVICIO	Volur- tion?	Borwick "	Borwick	?
-- 6 VINDOLANA	Vindolan- de	Winchester "	Old-Winchester	Dolande
-- 7 AESICA	Aesica	ap. Netherby Cum- berland.	ap. Netherby	Netherby ad Aesicam fl. Boulnesse
-- 8 MAGNIS ²	Magnis	Chester Northumb.	Chester	
-- 9 ANBOGLANNA	Babaglan- da?	Cambbeke Cumberl.	Ambleside Westmor. (appr. Gibs.) sed p. 836.	Ambleside. Willowford Cumb. ?
- b 4 PETRIANIS	Banna?	Penrith Cumberl.	Old-Perith	
-- 5 ABALLABA	Avalaria	Appleby Westmorel.	Apelby (s. Appleby)	Walwick
- a 10 CONGAVATA		prope Rose-Castle Cumberland.	prope Rose-Castle	
-- 11 AXELODVNO	Uxeludia- no	Hexham infra Col- lerford Northumberl.	Hexam [Hexham] upon Tyne	Hexham
-- 12 GABROSENTI	Gabro- centio	Gateshead Durham	Gateshead	Gateshead.] 145.
-- 13 TVNNOCELO	Fanocedi	Penbalcrag Nort- umberland.	Penbalcrag	?
-- 14 GLANNIBANTA ³		Banbrig Richmondsh.	ad ripam rivi Wents- beck North. sed sec. Gibs.	Caervorran.
-- 15 ALIONE ⁴		Lancaster ad Lonum fl. Lancashire.	Whitley-Castle on the Alue, Cumberl. *	
- c BREMETENNACO ⁵	Bresneten- nati Vete- ranorum?	Ribchester Lancash.	Overburrow Lanca- shire = Bremetona- cum. **	Overburrow p. 146.
- b 6 OLENACO ⁶		Ellenborough Cumb.	Linstoc Cumberl.	
- a 16 VIROSIDO		Werewic ap. Carlisle	Warwic	

1) It. Ant. p. 477. Ad Pontem (Farndon sec. Reynolds et Mannert; prope Sverston sec. Lapie) hu non pertinet. — 2) It. Ant. p. 494. Magnis (Kenchester s. Reyn. Mann., Hereford Lap.): non confundenda sunt haec Magna cum supra positis. — 3) It. Ant. p. 481. Clanoventa (Cockermouth sec. Reyn., Lancheater Horsl., Penrith Lap.) — 4) It. Ant. p. 481. Alone (Ambleside Reyn., Whitley-Castle Horsl., Town-End Lapie). — 5) It. Ant. l. c. Bremetonacl (Overborough Rauthmell Roman Antiqu.

la Martinière.	Volkman, Reisen.	Mannert. II.2. ed. 2. p. 116...118.	Reichardt thes. topogr. antiq.	Forbigeri Hdb. d. allg. Geogr. III. p. 298...301.
ind		<i>Sagedunum</i> = Cousinshouse. New-Castle up. Tyne	<i>Sagedunum</i> = prope Cousinshouse prope Carrawborough (cf. infra.) iuxta pag. Benwell	prope Cousinshouse New-Castle
r upon the	cf. IV. p. 187.	prope Benwel		Benwel
omora et Wal. ec. Gale = Dolande). shalle		<i>Vindobela</i> apud Rutchester prope Halton-Chesters	<i>Vindobela</i> = iuxta vic. Rutchester iuxta Halton-Chesters	ap. Rutchester ap. Halton-Chesters
ord s. Collier-Walwick. al. Scillester		prope Walwick-Chesters prope Carrawburgh	Walwick-Chesters prope Carrawborough	ap. Walwick-Chesters
k s. Warwickchester		<i>Borcovicus</i> = Housesteeds ap. Littlechesters	<i>Borcovicus</i> = Housesteeds prope Littlechester	} Confunduntur fort. ap. Littlechesters
herby		probabiliter Greatchesters	Greatchester	prob. Greatchesters
s. Magi olim ritann. nullo Amle (sic)	Ambleside? IV. 309. Penrith? IV. 337.	<i>Magna</i> , Carrvoran ad fl. Tippal. Burdoswald	Carrvoran ad fl. Tippal Burdoswald	fort. Carrvoran Burdoswald
y	Appleby IV. 381.	definit nequit.	Old-Penrith [sed et <i>Voreda</i> Itin. et <i>Bereda</i> Geogr. R. et Old-Penrith] Appleby	prob. Castlesteeds Incerti situs, sed Reich. Appleby
Castle sec.		Stanwicks, <i>Castellum Luguballit</i> s. Carl.	Stanwick e regione <i>Luguballit</i>	Stanwick
Dollerford.	Hexham IV. 213.; sed 404. Burgh up. sands.	<i>Azello-dunum</i> prob. Burgh 7. occ. a Carlisle	Brugh	Brugh
ead	Gateshead IV. 192.	fortasse Drumbrugh ad Solway firth	videtur Drumbrugh ad Ituna aest.	Drumbrough
outh sec. C. sec. alios.	Bowlness IV. 425.	Bowlness	Boulness	Boulness
ig sec. C. sec. = Clanoventa, ne et Lancast-	Clanoventa.	<i>Holm Cumbriae</i>	<i>Clanoventa</i> = Ellenborough	Mann. et Reich. repetuntur.
		Keswick ad Derwent. fl. <i>Cumbriae</i>	Withley-Castle, divers. ab <i>Alona</i> (prope Keswick) censemus.	Mann. repetitur.
ter. = Brementonacum	Overborough IV. 302.	ad oram marit.	<i>Bremetenracum</i> = Lancaster	Mann. et Reich. perperam ille, repetuntur.
rough = Olenagum		Kendal	<i>Galacum</i> , Not imp. [!]	[deest]
ck		prope Preston	<i>Calatum</i> et <i>Calatum</i> [deest].	[sic] Kendale. Mann. Reich. Camd. repet.

Overborough. Lond. 1746. 4o., Lancaster Reyn., *Garstang* Laple). -- 6) Ptol. II. 2(3). Ὀλίναξνα Brioppidum? ut Ὀλίναξνα legendum foret. Alii Ptolemaei Ἀλαύνα, Damnoniorum oppidum huc im esse existimaverunt. -- *) Sec. Gibson. Old-Town on the Alon. -- **) divers. a *Bremeturaco* 94.; *Bremeturacum*, hod. Brampton Cumb. sec. p. 835. -- 5) Iuxta Binchester p. 10. Onno male p. 147. -- †) *Alauna* = Allawal sec. Camd.; Whitley castell. sec. Halley; Alaunay Brietto.



tam, negligere licet) contra Pictos Caledoniosque olim Romani condiderunt, quorum vetustius, Agricolae, Antoninique Pii sive Lollii Urbici inter Clotam Bodotriamque (*the Friths of Clyde and of Forth*) erectum * ad hunc Notitiae locum non

*) Tacit. Agric. 23. „Quarta aetas [a. u. 835., p. Chr. 81.] obtinendis quae percurrerat, insumpta; ac, si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Britannia terminus. nam Clota et Bodotria, diversi maris [Hibernici Germanicique] aestibus per immensum revectae, angusto terrarum spatio dirimuntur; quod tum praesidiis firmabatur, atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus“. Cf. *Ibid.* c. 20. „... Sed ubi aetas [a. u. 832.] advenit, ... loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse praetentare, et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitibus excursibus popularetur...“ Agricolae opus a. p. Chr. 140. sub Antonino Pio per Lollium Urbicum vallo cum fossa viaque militari constructis perfectum est. vide Capitolin. in Ant. Pio c. 5., supra p. 499*. transcr. (et cf. ad explanationem muri caespiticii ibi memorati quae Veget. de R. M. I. 24. de castrorum munitionibus explicat. „Caespites circumciduntur e terra et ex illis velut murus instruitur, altus tribus pedibus supra terram, ita ut inante sit fossa, de qua levati sint caespites; deinde tumultuaria fossa fit lata pedes viii et alta pedes vii“. Item cf. Ruffi quae dicuntur leges militares c. 33. [post Veget. Scriver. 1607. 4^o. p. 119.] „Si quis vallum sibi adsignatum excesserit aut per murum castra fuerit ingressus, poena capitis adficiatur. si vero fossam castrorum transiliat, militiam amittit.“) et Pausan. VIII. 43. „Ἀντωνίνος . . . ἀπειτέμετο δὲ καὶ τῶν ἐν Βρετανίᾳ Βριγάντων τὴν πολλήν, ὅτι ἐπεσβαλεῖν καὶ οὗτοι σὺν ὅπλοις ἤρξαν ἐς τὴν Γενουλίαν μοῖραν, ἀπηκόους Ῥωμαίων“. Dio Cass. LXXII. 8. (ad a. 181. p. Chr.). . . ἡμέγιστος δὲ [πόλεμος] ὁ Βρετανικός. τῶν γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ἔθνῶν ὑπερβεβηκότων τὸ τεῖχος τὸ διορίζον αὐτοῦς τε καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα, . . . ὁ Κόμμοδος Μάρκελλον Οὐλπιον ἐπ’ αὐτοῦς ἐπέμψεν“. Hodieque idem murus sub appellationibus *Grames-* sive *Grakams-* s. *Grime's-Dyke*, s. *Wall of Abercorneth*, magnam partem superest, de quo exactius tractat Chalmers *Caledonia. Lond. 1807. 4^o. vol. I. 104. sqq. p. 116. sqq.* Cf. etiam Camden-Gibson. p. 921. et imprimis 957. sqq. atque inscr. ex Gordonio ap. Maff. Mus. Veron. p. 446, 11...14. repetitas: 1) IMP. C. AELIO | HADRIANO. ANTO|NINO. AVG. P. P | VEX. LEG. VI. VIC | FF. OPVS VALLI | P F...CXLI. 2) IMP. CAES. TITO. AELIO | HADRIANO. AN-

pertinet. pertinent autem duo recentiora valla, i. e. Hadriani Septimiique Severi, de quibus hi veterum loci habent. primus quem scio, quemque in hoc argumento recentiores geographi memorare non solent, Agathemerus s. Agathemerus τῆς γεωγραφίας ὑποτυπώσεων lib. II. cap. 4., ubi νῆσοι αἱ Βρεταννικαὶ δύο, Ἰουερνίας τε καὶ Ἀλουίωνος indicantur, primum illa, deinde „ἣ δὲ Ἀλουίων, ἐν ἧ καὶ τὰ στρατόπεδα ἰδρυνται, μεγίστη τί ἐστι καὶ ἐπιμηκεστάτη· ἀρξαμένη γὰρ ἀπὸ τῶν ἄρκτων μέσον τῆς Ταρρακωνησίας πρόσσειν, ἐπ' ἀνατολὰς μέχρη τῶν μέσων σχεδὸν τῆς Γερμανίας“. Spartian. in Hadr. 11. „... conversis regio more militibus Britanniam petiit, in qua multa correxit murumque per octoginta milia passuum primus duxit, qui barbaros Romanosque divideret“. Spartian. in Sever. 18. „Britanniam, quod maximum eius imperii decus est, muro per transversam insulam ducto utrimque ad finem Oceani munivit; unde etiam Britannici nomen accepit“. et cap. 22. „Post murum apud [Salmas. vult aut] vallum missum [? firmissimum?] in Britannia, cum ad proximam mansionem rediret, non solum victor, sed etiam in aeternum pace fundata, volvens animo quid omissis sibi occurreret, Aethiops quidam e numero militari, clarae inter scurras famae et celebratorum semper iocorum, cum corona e cupressu facta eidem occurrit“ *et r.* Aur. Vict. de Caesarib. 20. in Septimio Severo: „... Britanniam, quae ad ea utilis erat, pulsis hostibus muro munivit per transversam insulam ducto utrinque ad finem Oceani“. Eutrop. VIII. 10. (19. ed. Verheyk.) „Novissimum bellum in Britannia habuit [Septimius Severus], utque receptas provincias omni securitate muniret, vallum per XXXII [al. CXXXII] milia passuum a mari

TONINO | AVG. PIO. P. P. LEG. II. AVG. | PER. M. P. IIIDCLXVI 3) IMP. C |
 T. AEL. HADRIA|NO. ANTONINO. AVG. PIO. P. P | VEX | LEG XX | VVFE | P. IIII.
 CDXI 4) IMP. ANTON | AVG. PIO | P P | LEG | II | AVG | P. P. IIICCLXXI
 quae sic apud Camd.-Gibson. p. 920. expressae sunt: 2) IMP. CAES. TIT. IO
 AELIO | HADRIANO. ANTON | AVG. PIO. P. P. LEG. II. AVG. | PER. M. P. III.
 CIXVIS 3) IMP. CAESARI | T. AELIO HADRI|ANO ANTONINO | AVG. PIO P. P. |
 VEXILLATIO | LEG. XX. VAL. VIC. F. | PER MIL. P. III.

ad mare deduxit. Decessit Eboraci“ *et c.* (Sec. Dion. Cass. latitudo Britanniae, ubi angustissima est, CCC stadiorum est, quae latitudo fere cum istis XXXII M. P. convenit.) Cum hoc loco Paeanii Metaphr. nisi quod CXXXII M. P. valli longitudinem facit, convenit his verbis: „Υστατόν τε πόλεμον πρὸς Βρετανούς συγκροτήσας τὰς τε πόλεις ἀνεκλήσαιο, καὶ τὰς ἐπαρχίας ἀσφαλιζόμενος χάρακα περιέβαλεν ἐπὶ δύο καὶ τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν σημείοις ἐκτείνας αὐτὸν πρὸς θάλασσαν. Ἐπὶ τούτοις τοῖς ἔργοις ἐτελεύτησεν ἐν Ἐβοράκῳ“ κ. τ. λ. Euseb. Chronic. ad a. Chr. 207. (in Scalig. Thes. tempor. Amst. 1658. fol. p. 172.) et totidem fere verbis inde a nomine *Severus* Cassiodor. Chronic. coss. Apro et Maximo: „Clodio Albino, qui se in Gallia Caesarem fecerat, interfecto apud Lugdunum, Severus in Britannos bellum transfert, ubi, ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum per CXXXII passuum milia a mari ad mare duxit“. Oros. VII. 17. „Severus victor [contra Albinum apud Lugdunum] in Britannias defectu paene omnium sociorum trahitur, ubi magnis gravibusque proeliis saepe gestis receptam partem insulae a ceteris indomitis gentibus vallo distinguendam putavit. itaque magnam fossam firmissimumque vallum, crebris insuper turribus communitum, per centum triginta et duo milia passuum a mari ad mare deduxit. ibique apud Eboracum oppidum morbo obiit“. Iisdem fere verbis usus est scriptor *Historiae miscell.* lib. X. in Sept. Severo (Murat. *Rer. Italicar. scr.* I. p. 65.): „Novissimum bellum in Britannia habuit, atque receptas provincias omni securitate munivit...“ in reliquis non nisi verbum ‘communitum’ omittens. Ad Severi murum etiam duo sequentes loci referendi sunt: Xiphilin. ex Dion. Cass. LXXVI. 12. (ad a. 207.) „Ἄνο δὲ γένη τῶν Βρεττανῶν μέγιστα εἰσι, Καληδόριοι καὶ Μαιάται· καὶ ἐξ αὐτὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων προσρήματα, ὡς εἰπεῖν, συγκεχώρηκεν. οἰκοῦσι δὲ οἱ μὲν Μαιάται πρὸς αὐτῶ τῆ διατειχίσματι, ὃ τὴν νῆσον διχῆ τέμνει· Καληδόριοι δὲ μετ’ ἐκείνους“. Herodian. III. 14, 10. (ad a. 207.) „Υπερβάντος δὲ τοῦ στρατοῦ τὰ προβεβλημένα ῥεύματι

τε καὶ χώματα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, συμβολαὶ καὶ ἀκροβολισμοὶ πολλάκις ἐγίνοντο, τροπαὶ τε τῶν βαρβάρων. ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥαδίᾳ ἦν ἡ φυγὴ, καὶ διελάνθανον ἐν τε δρυμοῖς καὶ ἔλεσι, καὶ τῇ τῶν χωρίων γνώσει. :⁴ De recentioribus temporibus agitur apud Zosim. II. 34., quem locum supra p. 513* repetivimus, ubi Constantinum M. praesidorum a Diocletiano instauratorum munitionem abolevisse militibusque de limitibus submotis Romanas provincias barbaris aperuisse queritur, et apud Ammian. Marcellin. XXVIII. 3, 1. sq. 7. sq. (ad a. 369.): „Theodosius [Theodosii I. imp. pater] vero dux nominis incliti animo vigore collecto ab Augusta profectus, quam veteres appellavere Lundinium, cum milite industria comparato sollerti versis turbatisque Britannorum fortunis opem maximam tulit, opportuna ubique ad insidiandum barbaris praeveniens loca, nihil gregariis imperans, cuius non ipse primitias alacri capesseret mente. Hocque genere cum strenui militis munia et praeclari ducis curas expleret, fuis variis gentibus et fugatis, quas insolentia nutriente securitate aggredi Romanas res inflammabat, in integrum restituit civitates et castra multiplicibus quidem damnis afflicta, sed ad quietem temporis longi fundata... Hinc ad corrigenda plura conversus et necessaria periculo penitus dempto [quod Valentinus ei moverat], cum aperte constaret nulla eius coepta propitiam deseruisse fortunam, instaurabat urbes et praesidiaria, ut diximus, castra limitesque vigiliis tuebatur et praetenturis, recuperatamque provinciam, quae in dicionem concesserat hostium, ita reddiderat statui pristino, ut eodem referente [reparante?] et rectorem haberet legitimum et Valentia deinde vocaretur arbitrio principis velut ovantis, *****
Areanos * genus hominum a veteribus institutum, super quibus

*) Alias *Arianos*. an *Curagendarios*? Ritterus voluit *Angarianos*, i. e. *Frumentarios* s. *Curiosos* s. *Agentes in rebus*; cf. *Salmas. ad Spart. Hadr. 2.* et de Fonscolombe *Mémoire sur... un édit de Dioclétien. Paris. 1829. 8°. p. 76...103.*

aliqua in [*deperditis*] actibus Constantis rettulimus, paullatim prolapsos in vitia a stationibus suis removit, aperte convictos, acceptarum promissarumque magnitudine praedarum allectos, quae apud nos agebantur, aliquotiens barbaris prodidisse: id enim illis erat officium, ut ultro citroque per longa spatia discurrentes vicinarum gentium strepitus nostris ducibus intimarent⁶. Britannia denique Stiliconis gloriam ap. Claudian. tumentibus verbis praedicat, quae supra p. 555⁶. repetenda curavimus. neque vero longe duravit auxilium Britannis a Stilicone latum. De It. Ant. p. 464. rubrica „A limite *id est a Vallo* Praetorio usque“ iam monuimus verba *id est a vallo* insiticia esse, eaque etiam Ps. Ricardi Corin. Itinerar. n^o. V. omisit, quod habet „A limite Praeturiam usque, sic“ *et c.* Ex scriptoribus medii aevi haec de Vallis observata enotare visum est: Gildas Sapiens de excid. Britanniae lib. querul. I. capp. 11. sqq. „XI. *De duabus gentibus victricibus et de prima vastatione.* Exin Britannia omni armato milite militaribusque copiis rectoribus linquitur immanibus ingenti iuventute spoliata, quae comitata vestigiis supra dicti tyranni [Maximi] domum nusquam ultra rediit, et omnis belli usus ignara penitus duabus primum gentibus transmarinis vehementer saevia, Scotorum a circione, Pictorum ab aquilone calcabilis multos stupet gemitque per annos. XII. *De defensione.* Gens igitur Britonum, Scotorum Pictorumque non ferens, ob quorum infestationem ac dirissimam oppressionem legatos Romam cum epistolis mittit militarem manum ad se vindicandam lacrimosis postulationibus poscens, et subiectionem sui Romano imperio continue tota animi virtute, si hostis longius arceretur, vovens. Cui mox destinatur legio praeteriti mali immemor, sufficienter armis instructa. quae ratibus trans oceanum in patriam advecta et cominus cum gravibus hostibus congressa magnamque ex eis multitudinem sternens et omnes e finibus depulit et subiectos cives tam atroci dilaceratione ex imminente captivitate liberavit. quos iussit construere inter duo maria trans insulam murum, ut esset arcendis hostibus turba

instructus terrori civibusque tutamini; qui vulgo irrationabili, absque rectore, factus, non tam lapidibus quam caespitibus, non profuit. XIII. *De secunda vastatione.* Illa legione cum triumpho magno et gaudio domum repetente illi priores inimici ac quasi ambrones lupi profunda fame tabidi siccis faucibus in ovile transilientes non comparente pastore, ac velis vento sinuatis vecti terminos rumpunt caeduntque omnia et quaeque omnia maturam ceu segetem metunt, calcant, transeunt. XIII. *Iterum de eadem vastatione.* Itemque mittuntur queruli legati, scissis ut dicitur vestibis opertisque sablone capitibus, impetrantes a Romanis auxilia ac velut timidi pulli matrum fidelissimis alis succumbentes, ne penitus misera patria deleteretur, nomenque Romanum, quod verbis tantum apud eos auribus resultabat, vel exterarum gentium opprobrium obrosū vilesceret. At illi quantum humanae naturae possibile est, commoti tantae historiae tragodiae, volatus ceu aquilarum, equitum in terra, nautarum in mari, cursus accelerantes inopinatos primum, tandem terribiles inimicorum unguibus cervicibus infigunt mucronum casibusque foliorum tempore certo ad simulandam istam peragunt stragem....: ita aemulorum agmina auxiliatores egregii, si qua tamen evadere potuerant, prope trans maria fugaverunt, quia anniversarias avidae praedas nullo obsistente trans maria exaggerabant. Igitur Romani patria reversi denuntiantes nequaquam se tam laboriosis expeditionibus posse frequentius vexari et ob imbelles erraticosque latrunculos, Romana stigmata, tantum talemque exercitum terra ac mari fatigari; sed ut insula potius consuescendo armis ac viriliter dimicando terram, substantio-lam, coniuges, liberos et...libertatem vitamque totis viribus vindicaret et gentibus nequaquam se fortioribus, nisi segnitia et torpore dissolverentur, ut inermes vinculis vincendas nullo modo, sed instructas peltis, ensibus, hastis et ad caedem promptas praetenderet manus, suadentes (quia et hoc putabant aliquid derelinquendo populo commodi accrescere) murum, non ut alterum, sumptu publico privatoque adiunctis

secum miserabilibus indigenis solito structurae more, tramite a mari usque ad mare inter urbes quae ibidem forte ob metum hostium collocatae fuerant, directo librant, fortia formidoloso populo monita tradunt, exemplaria instituendorum armorum relinquunt, in litore quoque oceani ad meridianam plagam, qua naves eorum habebantur, turres per intervalla ad prospectum maris collocant, vale dicunt tanquam ultra non reversuri. XV. *De tertia vastatione.* Itaque illis ad sua remeantibus emergunt certatim de carrucis, quibus sunt trans Tithicam [*al. Scyticam, al. Styticam*] vallem [*an Scoticum val- lum? Camdenus: possibly the Scotch sea*] vecti . . . tetri Scotorum Pictorumque greges, moribus ex parte dissidentes, set una eademque sanguinis fundendi aviditate concordēs furciferosque magis vultus pilis quam corporum pudenda pudendisque proxima vestibis tegentes; cognitaque condebitorum reversione et reditus denegatione solito confidentius omnem aquilonalem extremamque terrae partem pro indigenis muro tenuis capessunt. Statuitur ad haec in edito arcis acies ad pugnam, inhabilis ad fugam, tremantibus praecordiis inepta, quae diebus ac noctibus stupido sedili marcebat. Interea non cessant uncinata nudorum tela, quibus miserrimi cives de muris tracti solo allidebantur: hoc scilicet eis immaturae mortis supplicium, qui tali funere rapiebantur, fratrum quo pignorum(que) suorum miserandas imminentes poenas cito exitu devitabant. Quid plura? relictis civitatibus muroque celso iterum quibus fugae, iterum dispersiones solito desperabiliores. item ab hoste insectationes, item strages accelerantur crudeliores, et sicut agni a lanionibus, ita deflendi cives ab inimicis discernuntur, ut commemoratio eorum ferarum assimilaretur agrestium. XVI. *De fame.* ... XVII. *De epistolis.* Igitur rursus miserae reliquiae mittentes epistolas ad Agitium [Aetium] Romanae potestatis virum [cons. a. 446.], hoc modo loquentes inquirunt: 'Agitio ter consuli gemitus Britannorum'. et post pauca.. 'repellunt nos barbari ad mare, repellit nos mare ad barbaros; inter haec oriuntur duo

genera funerum, aut iugulamur aut mergimur'. Nec pro eis quicquam adiutorii habent. Interea famis dira ac famosissima vagis ac nutabundis haeret, quae multos eorum, cruentis compellit praedonibus sine dilatione victas dare manus, ut pauxillum ad refocillandam animam cibi caperent, alios vero nusquam; quin potius de ipsis montibus, speluncis ac saltibus, dumis consertis continue rebellabant. XVIII. *De victoria.* Et tum primum inimicis per multos annos in terra agentibus strages dabant. . . . Quievit parumper inimicorum audacia, nec tamen nostrorum malitia: recesserunt hostes a civibus, nec cives a suis sceleribus. XIX. *De sceleribus.* Revertuntur ergo impudentes grassatores ad hibernas domos post non multum temporis reversuri. Picti in extrema parte insulae tunc primum et deinceps requieverunt praedas et contritiones nonnunquam facientes. In talibus itaque induciis desolato populo saeva cicatrix obducitur, alia virulentiore tactus pullulante. quiescente autem vastatione tantis abundantiarum copiis insula affluebat, ut nulla haberi tales retro aetas meminisset. . . . XX. *De nuntiatis subito hostibus.* Interea . . . omnium penetrat aures, iam iamque adventus veterum hostium volentium penitus totam delere et inhabitare solito more a fine usque ad terminum regionem. . . . XXI. *De famosa peste.* XXII. *De consilio.* XXIII. *De saeviore multo primis hoste.* Tum omnes consiliarii una cum superbo tyranno Gurthrigerno, Britannorum duce, caecantur et adinvenientes tale praesidium, imo excidium patriae, ut ferocissimi illi nefandi nominis Saxones, deo hominibusque invisī, quasi in caulas lupi in insulam ad retrudendas aquilones gentes intromitterentur. quo utique nihil ei usquam perniciosius, nihil amarius factum est. . . .⁴. Beda H. E. I. 5. (maxime ex Oros. l. c.) „Ut Severus receptam Britanniae partem vallo a cetera distinxerit. . . . Victor ergo civilium bellorum, quae ei gravissima occurrerant, in Britannias defectu paene omnium sociorum trahitur, ubi magnis gravibusque proeliis saepe gestis receptam partem insulae a ceteris indomitis gentibus, non muro,

ut quidam aestimant, sed vallo distinguendam putavit: murus etenim de lapidibus, vallum vero, quo ad repellendam vim hostium castra muniuntur, fit de caespitibus, quibus circumcisis e terra velut murus exstruitur altus supra terram, ita ut inante sit fossa, de qua levati sunt caespites, supra quam sudes de lignis fortissimis praefiguntur. Itaque Severus magnam fossam firmissimumque vallum, crebris insuper turribus communitum, a mari ad mare duxit. ibique apud Eboracum oppidum morbo obiit⁴. Id. I. 12. (ad a. 414. sqq.) „Ob harum ergo infestationem gentium [Scotorum a circio, Pictorum ab aquilone irrumpentium] Britones legatos Romam cum epistolis mittentes lacrimosis precibus auxilia flagitabant, subiectionemque continuam, dum modo hostis imminens longius arceretur, promittebant. Quibus mox legio destinatur armata, quae, ubi in insulam advecta et congressa est cum hostibus, magnam eorum multitudinem sternens ceteros sociorum finibus expulit eosque interim a dirissima depressione liberatos hortata est instruere inter duo maria trans insulam murum qui arcendis hostibus posset esse praesidio; sicque domum cum triumpho magno reversa est. At insulani murum quem iussi fuerant, non tam lapidibus quam caespitibus construentes, ut pote nullum tanti operis artificem habentes, ad nihil utilem statuunt. fecerunt autem eum inter duo freta vel sinus, de quibus diximus, maris [i. e. *the friths of Forth and of Clyde*] per milia passuum plurima, ut, ubi aquarum munitio deerat, ibi praesidio valli fines suos ab hostium irruptione defenderent. cuius operis ibidem facti, i. e. valli latissimi et altissimi, usque hodie certissima vestigia cernere licet. incipit autem duorum ferme millium spatio a monasterio *Abercurnig* [*Abercorn on the Carron*] ad occidentem, in loco qui sermone Pictorum *Peansahel*, lingua autem Anglorum *Penneltun* appellatur, et tendens contra occidentem terminatur iuxta urbem *Alcluith* [*Dunbarton Scotiae*]. . . . Rursum mittuntur Romam legati, . . . rursum mittitur legio, quae inopinata tempore autumnii adveniens magnas hostium strages

dedit... Tum Romani denuntiavere Britonibus non se ultra ob eorum defensionem tam laboriosis expeditionibus posse fatigari, ipsos potius monent arma corripere et certandi cum hostibus studium subire... quin etiam, quod et hoc sociis quos derelinquere cogebantur, aliquid commodi allaturum putabant, murum a mari ad mare recto tramite inter urbes quae ibidem ob metum hostium factae fuerant, ubi et Severus quondam vallum fecerat, firmo de lapide locarunt; quem videlicet murum hactenus famosum atque conspicuum sumptu publico privatoque, adiuncta secum Britannorum manu, construebant, octo pedes latum et duodecim altum, recta ab oriente in occasum linea, ut usque hodie intuentibus clarum est; quo mox condito dant fortia segni populo monita, praebent instituendorum exemplaria armorum. Sed et in litore oceani ad meridiem, quo naves eorum habebantur, quia et inde barbarorum irruptio timebatur, turres per intervalla ad prospectum maris collocant et vale dicunt sociis tanquam ultra non reversuri⁴. Quibus locis ex Pseudo-Ricardi Corinensis libro Anglice per Gilesium publicato (aliud exemplum ad manus non est) non nullos alios infra * appono, ut quo modo hi ex superioribus genuinis compilati sint, conferri possit.

*) I. 6, 2. „*Maxima*, [Caesariensis], beginning at the extreme boundary of Flavia, reaches to the wall [of Severus], which traverses the whole island [from Solway Frith to the mouth of the Tyne], and faces the north. Valentia occupies the whole space between this wall and that built by the emperor Antoninus Pius, from the estuary of the Badora to that of the Clydda⁴. I. 6, 35. „The northern frontier of this province [Max. Caes.] was protected by a wall of stupendous magnitude built by the Romans across the Isthmus, 80 miles in length, 12 feet high and (9) thick, strengthened with towers⁴. I. 6, 41. sqq. „The Damnii... were a very powerful people, but lost a considerable portion of their territory, when the wall was built, being subdued and spoiled by the Caledonians. Besides which, a Roman garrison occupied Vanduarium to defend the wall. In this part, Britain, as if again delighted with the embraces of the sea, becomes narrower than elsewhere, in con-

Ex quibus locis omnibus fatendum est historiam delineationemque vallorum murorumque contra Pictos Caledoniosque

sequence of the rapid influx of the two estuaries, Bodotria and Clotta. Agricola first secured this isthmus with fortifications, and the emperor Antoninus erected another wall celebrated in history, which extended nearly five and thirty miles, in order to check the incursions of the barbarians. It was repaired and strengthened with 11 towers, by the general Aetius. These regions probably constituted that province, which, being recovered by the victorious arms of the Romans under Theodosius, was supposed to have been named Valentia, in honour of the family from whom the reigning emperor was descended. Beyond the wall lay the province *Vespasiana*^a. Et II. 1. num. XXII. „The emperor Hadrian himself came into the island, and separated one part of it from the other by an immense wall^a. num. XXVII. „The emperor Severus, passing over into Britain, repaired the wall built by the Romans, which had been ruined, and died not long after . . .“ num. XXXVI. „. . . The legion, upon its departure homewards [sub Theodosii M. imperio] advised its allies to construct a wall between the two estuaries, to restrain the enemy [Pictos Scotosque]. A wall was accordingly made in an unskilful manner, with a greater proportion of turf than stone, which was of no advantage; for on the departure of the Romans the former enemies returned in ships, slew, trampled on and devoured all things before them like a ripened harvest^a. n. XXXVII. „Assistance being again entreated, the Romans came, and with the aid of the Britons drove the enemy beyond sea, and built a wall from sea to sea, not as before with earth, but with solid stone, between the fortresses erected in that part to curb the enemy. On the southern coast, where an invasion of the Saxons was apprehended, he erected watch towers. This was the work of Stilicho, as appears from Claudian^a. n. XXXIX. „The Roman legion retiring from Britain, and refusing to return, the Scots and Picts ravaged all the island from the north as far as the wall, the guards of which being slain, taken prisoners, or driven away, and the wall itself broken through, the predatory enemy then poured into the country. An epistle was sent filled with tears and sorrows to Fl. Aetius, thrice consul, in the 23^d year of Theodosius, begging the assistance of the Roman power but without effect^a. (cf. Hist. miscell. lib. XIV. vers. fin. ep. Murat. *Res. Italicar. scr.* I. p. 96., Bedae H. E. I. 13. et Godofr. *Monumth. hist.*

exstructorum accurate componi non posse, unde fieri non potuit, quin recentiores, quorum quae nobis in promptu sunt, commentaria huc pertinentia corollarii loco annotationi ad hoc caput subiungemus, hinc inde discrepant inter sese. in eo vero praeter Mannertum, cui favet tabula geogr. D'Anvilliana orb. Rom. part. occid., ubi Scoticum vallum 'Severi' appellatum, ut et in commentariis ad D'Anv. tabulas (*Hdb. der alten Erdbeschr.* Norimb. 1808. 8^o. I. p. 180.) Agricolae munimenta a Septimio Severo redintegrata esse legitur, atque cui nuper Forbigerus (III. p. 277. 302.) sed nullis novis rationibus adductis se accessisse significavit, omnes consentiunt, ut Hadriani, ita et Septimii Severi vallum, sive murum quem Mannertus inter Clotam Bodotriamque quaerendum esse demonstrare voluit, a Tinae potius fl. ostiis (*Tynemouth* Northumbriae) ad Itunae aestuarium (*Solwayfirth*) sese extendisse, quamvis hic inde Severianum vallum plus minusve ab Hadriano septentrionem versus distet. Vallum hoc Notitiae loco indicatum, ab Hadriano conditum, a Septimio Severo reparatum instauratumque esse veterum scriptorum loci cum Beda comparati, quamvis inter se non per omnia consentientes, contra Mannertum non relinquunt dubium; quatenam vero Severi in Scotici valli restauratione partes fuerint, nunc non inquirimus.

De castellis hic (p. 113*. γ. 24. ... p. 115*. γγ. 6. sq.) recensitis et ad tabulam p. 884*. sq. exhibitam in univ. praefari liceat, ea et apud Mannertum, Reichardum ac Forbigerum enumerari, quamvis iidem ceterorum castellorum, quibus Dux Brit. praeci-

VI. 3.) Denique II. 2, 17. sqq. „About this time the emperor Hadrian visiting this island, erected a wall justly wonderful. . . . Antoninus Pius . . . conquered the Britons by means of Lollius Urbicus, the proprætor, and Saturninus, præfect of the fleet, and, the barbarians being driven back, another wall was built . . . Severus, who, having rapidly put the enemy to flight, repaired the wall of Hadrian, now become ruinous, and restored it to its former perfection . . .“

fuit, nomina magnam partem neglexerint; Mannertum autem Horsleii explicationem sese fere sequi praemonuisse, neque satis accurate eum versatum esse; nullius autem pretii Reichardi Forbigerique de Notitia Dignn. dicta videri, cum uterque scriptor eum librum non adhibuisse tam ex scripturae mendis quam ex nonnullis nominibus quasi ex Notitia deprompta essent, cum in eadem omnino non legantur, prolatis ipse convincatur. Apud geographum Ravennatem vocabula a nobis in synopsi apposita aliaque supra memorata hoc ordine sese excipiunt (p. 809. post Pomp. Mel. ed. Abr. Gronov. L. B. 1722. 8^o.): „*Gabrocentio*, Alauna, Bibra, Maio, Olerica, Derventione, Ravonia, *Bresnetenati Veteranorum*, Pampocalia, Lagentium, Valteris, Bereda, Lugubalum, *Magnis*, *Babaglandâ*, *Vindolande*, Lineoiugla, Vinonia, Lavaris, Cataractonion, Eburacum, Decuaria, Devovicia, Dixio, Lugundino, Coganges, Coric, Lopocarium. Iterum sunt civitates in ipsa Britannia, quae recto tramite de una parte in alia, i. e. de Oceano in Oceano, et Sistuntiaci dividunt in tertia portione ipsam Britanniam, i. e. *Serduno*, *Conderco*, *Vindovala*, *Onno*, *Celunno*, *Brocoliti*, *Volurtion*, *Aesica*, *Banna*, *Uxeludiano*, *Avalaria*, *Maia*, *Fanocedi*, Brocara...“ Ex tabula geogr. Britanniae septentr., qualis Britonum Romanorumque temporibus fuit, Chalmersii libro *Caledonia* addita eam partem, quae praesidia per lineam valli constructa praeter Bremetennacum omnia exhibet, repetendam curavimus p. 886*.

— §§. 23. sq.] *Lergorum* omnes. perperam; nec rectius Pancirol. „forte legendum aut *Lersorum*, a *Lerso* oppido Hispaniae Appiano in Ibericis, aut *Lernorum*, a *Lerna* Laconicae urbe Ptolomaeo. Et est secunda *Lergorum* cohors sub hoc Duce infra“. nec probabilis foret scriptura *Ligurum*, nec *Aulercorum*, ut sumeremus scriptum fuisse *IIIaulercorum*, indeque librarium *IIIae tercorum* fecisse. Scriptura *Lingonum* omnino accipienda est, ut ex nostro exemplo fecit Henzenius in *Jahrb. d. Ver. v. A. F. im Rheint.* XIII. p. 92. de quattuor quas novimus *Lingonum* Cohortibus tractans, qui corrupti istius

Lergorum ne mentionem quidem fecit. Primam, equitatum sec. Fabrett. p. 486. n. 164., quae sec. diploma Traiani ap. Cardinalium p. XXXII. n. XII. anno p. Chr. 106. IN BRITANNIA fuit, memoratam etiam in titulo Anglico ap. Murat. Thes. 78, 3., ac Tertiam, item equitatum sec. Murat. 741, 6. sive 1122, 4. atque a. p. Chr. 104. IN BRITANNIA SVB LVICIO NERATIO MARCELLO stativa habentem sec. Traiani dipl. ap. Cardinal. p. XXXI. (cf. ibid. p. 148. 157. n. XXVIII.). Notitia haec non memorat. Secundam et Quartam sub Ducis Britanniarum dispositione fuisse hoc cap. docemur. Secunda quoque, p. 114*. §. 20. memorata, equitata fuit, ut lapis Forosempronensis docet ap. Orell. 4039. c. HEDIO. C. F. CLVST. VERO||| PRAEF. COH. II. LING. EQ|, eaque iam a. u. 877. IN BRITANN. SVB PLATORIO NEPOTE fuit sec. dipl. militare Hadr. (vide p. 906*), quod Stanningtonii in com. Eburacensi repertum Henzenius l. c. repeti curavit ac docte interpretatus est. Eiusdem cohortis tribunus memoratur in lapide Lanchestriae in episc. Dunelm. reperto, c Camdeno ap. Orell. 1707. repetito: GENIO PRAETORI | CL. EPAPHRODITVS | CLAVDIANVS CHO | II. LING. V. L. P. M., duoque praefecti leguntur, G. POMPEIVS M... | SATVRNIN... in lapide Moresbeiae in Cumbria reperto ap. Gruter. 64, 8., et CLODIVS FRONTO | PRAEF. COH. II. LINGON in lapide Ilkleiae [Gruter. 89, 7. et Orell. 2061. perperam dederunt *Welejae*, Gruter. 1017, 2. *Ikeleiae*] in comit. Ebur. ap. Camd. Gibs. p. 714. Huc rettulerim etiam titulum Luguvalli (*Old-Carlisle*) repertum, quem Galeus p. 38. sic exhibet: I. O. M. | ALA. AVG. OB | RTVT. APPEL. CVI. | PRAEEST TIB. CL. TIB. F. P. | LINGON. IVSTINVS. | PRAEF. FVSCIANO | II. SILANO. II. COS. sed ita non recte se habet, neque ap. Grut. 1006, 9. Quarta Lingonum Cohors non nisi ex lapide Rom. ap. Gruter. 493, 1. et ex hoc Notitiae loco nota est: nam quod interior diplomatis Traiani supra dicti pagina IIII. pro III. habet (cf. Gazzera *Notizie di... dipl. imp. Torino* 1831. 4^o. p. 40. not. 4.), id per errorem scriptum est, neque ab Arnetho p. 13. IIII. Lingonum illi diplomati adscribi debebat: cf. Cardinal. et Henzen. II. citt. Per inversum errorem in Camd.-Gibs. p. 858. Segeduno *tertia* (pro *quarta*)

Hispaniam versus extenditur ac velut peninsula mari circumdatur, instar cornu, primo angusta, postea latius se extendit, idcirco *Cornubia* est vocata, vulgo *Cornŷwallia*, a quo loco nomen milites acceperunt⁴. Immo, non de Cornubiis Damnonicis s. Domnonicis, ab Anglosaxonibus *Cornvealas* s. *Vestvealas* appellatis (Zeuss. p. 576.), in Cornwallia sedentibus, sed de iis qui in hod. *Cheshire* circumque iacentibus comitatibus sedebant, h. l. sermo esse videtur: Ptol. II. 2 (3). *Κορναῖοι* [al. *Κορνάβιοι*] ab Ordovicibus ad ortum sunt, iisdemque oppida Devam cum leg. XX. victr. et Viroconium (*Chester* et *Wrochester*) adscribit. Paulo ante de Cornaviis Scotiae haec habet: *Μετὰ δὲ τοὺς Λαιμωνίους πρὸς ἀνατολὰς ἀρκτικώτεροι μὲν ἀπὸ τοῦ Ἐπιδίου ἄκρον* [i. e. meridionalis partis Scolicae paeninsulae *Cantyre*] *ὡς πρὸς ἀνατολὰς Ἐπίδιοι, μεθ' οὗς Κρέωνες· εἶτα ἀνατολικώτεροι Κρέωνες· εἶτα Καρνονάκαι· εἶτα Καρινοὶ καὶ ἀνατολικώτατοι καὶ τελευταῖοι Κορναῖοι* [al. *Κορναῖοι*, al. *Κορνάβιοι*]. *Ἀπὸ δὲ τοῦ Λεμααννονίου κόλπου* [*Loch Finn*] *μέχρι τῆς Οὐάραρ εἰςχύσεως* [*firth of Cromarthe*] *Καληδόσιοι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς ὁ Καληδόσιος δρυμός, ὧν ἀνατολικώτεροι Δεκάονται, μεθ' οὗς Λοῦγοι συνάπτοντες τοὺς Κορναῖοις*..⁴. Hi boreales „Carnabii (verba sunt Chalmersii I. p. 66. sq.) *inhabited the south, the east and north-east of Cathness, from the Ila river; comprehending the 3 great promontories of Virubium or Noss-Head, of Virvedrum or Duncansby-Head, and of Tarvedrum, or the Orcas promontorium, the Dunnet-Head of the present times. The Carnabii derived their appropriate appellation, like the kindred Carnabii of Cornwall, from their residence on remarkable promontories*⁴. Cornavorum vocabulum alias inter cohortes alasve Romanas non legitur, unde nimium Camdenus p. 316. dixisse videtur his verbis: „sub posterioribus imperatoribus Cornavorum numeri et turmae meruerunt, ut videre est in libro Notitiarum⁴. ceterum duas certe Cornavorum cohortes exstitisse ex eo quod haec *Prima* dicta est, colligi poterit. Cf. etiam Camden-Gibson. p. 1. sq. 499. 565. 947., Cellar. I. p. 341. §. 48. et p.

352. §. 71., Mannert. II. 2. p. 188. 211. — *Ponte Aelii* eli **Æ**, *Aelii* *deff.* Sine dubio ab imp. Hadriano nomen gessit, ut et Panciolo, Camdeno aliisque visum est. Ille haec annotavit: „Excubabant ad partem pontis Aelii, quem super Tinam, aut Escam amnes fuisse verisimile est, et ab Aelio Hadriano, qui multa in Britannia correxit, est aedificatus. *Pontem* Itinerarium inter Londinum et Lindum collocat et vocat *Ad Pontem* [qui locus itaque huc non pertinet]. Tribunis Praefectos Notitia intermiscet, prout per valli longitudinem dispositi reperiebantur“. Tinae pontem eum fuisse, de quo l.l. sermo est, veri sane similis est, quam a vallo remotiorem pontem rivi *Pont*, ad quem *Pont-Eland* iacet, quem locum propter nominis similitudinem, ut videtur, veterem Pontem Aelii fuisse Camdenus aliique putaverunt. itaque cum Horsleio, Chalmerio, Mannerto aliisque recentioribus burgum *Newcastle upon Tyne* (Volkmann. IV. 206. sqq., Hassel. p. 317.) veteris illius praesidii locum oblinere sumimus. Reichardi opinio „prope *Carrawborough*“, quae verba item ad Procolitiae situm designandum posuit, nihili facienda est. Gortonus: „*Newcastle-on-Tyne. county Northumberl. A borough, seaport, market and county town, under a separate iurisdiction, but locally with Castle ward. It occupies the north bank of the river Tyne, over which there is a handsome stone bridge, connecting this place with Gateshead in the county of Durham. Here was the eastern termination of the rampart, erected by order of the Emperor Adrian A. D. 120, to defend the Roman province from the incursions of the Caledonian Britons; and the town is supposed to have originated from a bridge over the river, built by the same emperor, and called from his family name Pons Aelii. Roman coins and other antiquities have been discovered here at different times, especially after the great flood in 1771, when the foundations of the bridge having been damaged, coins of Adrian and other emperors were discovered at the bases of the piers; and in 1810, in excavating the ground for the erection of the new county court,*

two Roman altars were disinterred, together with coins of Antoninus Pius . . . and various other remains of antiquity...⁴.

— ꝥꝥ. 27. sq.] *Astorum* mss., *astorum* aa, *Ascorum* per errorem ²; ³; ⁴. et Pancirolus annotavit „ab Asta colonia Ligu- rum civitate derivantur⁴. Pariter contra grammaticas leges, sed minus contra geographiam peccasset, si de Asta regia colonia felici, Hispaniae oppido, somniavisset. De Cohortibus Asturum dixi ad p. 79*. ꝥ. 12. Alas quoque eiusdem populi tres notae sunt: priores duae hoc capite memorantur, Tertia in titulo Viterbiensi ap. Orell. 3507.: D. M. | M. VLPIO. C. FIL | SPORO. MEDICO. ALAR | IN. DIANAЕ [I. INDIANAЕ] ETHERIAE | ASTO- RVM [sic]. ET. SALARARIO | CIVITATI. SPLENDIDISSIMAE. | FERENTI- NENSIVM | VLPIVS. PROTEGENES | LIB. PAT. B. M. F. De Primaе huius praefecto legimus in tit. ap. Gruter. 1028, 6. T. PRIFERNIO | P. F. QVI[nto, cf. Gruter. 437, 7.] PAETO | MEMMIO. APOLLINARI||...PRAEF. ALAE. I. ASTVRVM. DONIS | DONATO. EXPEDIT. DAC. AB. IMP | TRAIANO. HASTA. PVRA. VEXILLO | CORONA. MVRALI....⁴, et in lapide Ari- minensi ap. Maff. Mus. Veron. 365. [per error. positum est CCCLXXV], 3. s. Orell. 3155. de praefecto et decurione eius- dem Alae primaе: C. NONIO | C. F. AN. CAEPIANO|||PRAEF. COH. III. BRITTO|NVM. VETERANOR | EQVITATAE [cf. p. 102*. ꝥ. 20.].... | PRAEF. | ALAE. I. ASTVRVM. PRAEPOS | NVMERI. EQVITVM. ELECTOR | EX. ILLYRICO | C. VALERIVS. SATVRNINVS. D*** | ALAE. I. ASTVRVM. PRAEF. OPTIM | L. D. D. D. In vico quoque Northumbriae *Benwell* prope *Newcastle upon Tyne* lapidem huius Alae Primaе men- tionem facientem repertum esse Gibson. p. 778. et ex Horsleio Mannert. II. 2. p. 116. memorant. Sine numeri ordinalis adie- ctione ala Asturum memoratur in altari in *Salisbury - Hall* (*Lancashire*) a Camdeno viso, quod maximum ac pulcherri- mum omnium quae unquam vidisset, veracissimus scriptor appellat, et sec. Camd. Gibs. p. 792. (s. ap. Iansson. *Nouvel Atlas*. IV. p. 335.) sic inscriptum est: DEIS MATRIBVS | M. INGENVI|VS ASIATICVS | DEC. AL. AST. | SS. LL. M. item in tit. Messan. ap. Grut. 373, 4. „L. BAEBIVS. L. F | GAL. IVNCINVS | PRAEF. FABR. PRAEF | COH. IIII. RAETORVM | TRIB. MILIT. LEG. XXII | DEIOTARIANAЕ | PRAEF.

ALAE. ASTYRVM | PRAEF. VEHICVLORVM | IVRIDICVS. AEGYPTI⁶. Primae Alae hos quoque lapides adscripserim. Cf. etiam Henzenii comm. supra laud. p. 94. — *Condercum* Camdenus in hod. *Chester on the street* in episc. Dunelmensi inter *Durham* et *Newcastle upon Tyne* sito, Saxonibus *Concester* dicto, quaerendum esse propter nominis sonum coniecit; sed iam Gibsonus p. 778. annotavit, propter aram ibi repertam quae *alae primae Asturum* memoriam retinet, potius Northumbriae vicum *Benwall* (s. *Benwell*) veteris Conderci locum obtinere putandum esse, quocum recentiores et ego consentiunt: *Benwall* s. *Benwell* ad ipsum vallum contra Derivationis rivi Tinae sese miscentis ostia situm ab eodem ipso vallo *Penfahel* dicto, ut supra (p. 895*) ex Beda ostendimus, nomen gerere videtur. Gortonus: „Benwell, county Northumb. A township in the parish of St. John, within the town and county of Newcastle. This village is the Condercum of the Romans, and the station of the Ala Astorum. Some very remarkable Roman antiquities have been discovered here, particularly a stone, with an inscription, supposed to be in honour of M. Aurelius and L. Verus; and an altar with a votive inscription to Jupiter Dolichenus, a deity worshipped by miners...“

PAG. 114*. γγ. 1. sq.] *Frixagorum* corruptum vocabulum omnes habent, neque Pancirolus, quamvis alias nihil intactum relinquere solitus, explicare conatus est. *Frisiavonum* s. *Frisiabonum* ex Plinii H. N. IV. 15. sect. 29. et 17. sect. 31., aut *Frisianorum* ex lapidibus legendum esse (*frisiavonum* aut *frisianorum* pro *frixagorum*) iam olim vidi. prima scriptura Henzenio l. c. p. 84., placuit; sed utra in contextum recipienda esset, definire ausus non essem, vel si eo tempore quo hunc publicavi, diploma Hadriani ab Henzenio repetitum atque explicatum quo, a. p. Chr. 124., inter COHORTES XXI QUAE SUNT IN BRITANN SVB PLATORIO NEPOTE, etiam I FRISIAV civitate exornatur, mihi notum fuisset *: ne dicam de formis FRISAEVONE,

*) Quod diploma cum magnam partem hoc capite recensitorum nume-

FRISAEO, FRIſEO et FRIſIVS, quae in lapidibus Italicis occurrunt (cf. Orell. 172...175.). Titulus Mancastellensis prope Mancunium s. *Manchester* repertus (ap. Camd.-Gibs. p. 788. sive Ianson. *Nouv. Atl.* IV. p. 333.) sic habet: COHO. I. FRISIN | O MASA-
VONIS | P. XIII.), et in diplomate Traiani a. 106. scripto (ap. Cardinalium p. XXXII.) ex COHORTIBVS. DECEM. ET. VNA. QVAE --
-- SVNT IN BRITANNIA. SVB. [praefecti nomen interiit] una est
i FRISIAN (apud Gazeram p. 42. est i. FRISIANORUM); unde in
illo quoque titulo Mancuniensi FRISIA pro FRISIN legendum
esse apparet, neque pro certo affirmari posse contenderim,
in diplomate ab Henzenio repetito legi FRISIAV, ut Henz. de-
dit, non FRISIAN. itaque corruptam codicum mss. et edito-
rum scripturam *Fricagorum*, quae legentem non offendere
non potest, retinere quam arbitrio meo utens veram scri-
pturam obfuscare malui. ceterum *Frisianorum* nunc magis

rorum contineat, neque Henzenii commentarium neque ii libri ex qui-
bus ipse id diploma transcripsit, iis qui meo libro utentur, facile ad
manus fuerit, h. l. repetendum esse existimavi: IMP CAESAR DIVI TRA-
IANI PARTHICI F DIVI NERVAR DEPOS TRAIANUS HADRIANVS AVG PORTIF |
MAXIM IRIBVCNIC potest VII COS III PROCOS | EQVITIB ET PEDITIB QUI MILI-
TAVER IN ALIS VI ET | COH XXI QVAE APPELLANT HISP VETTON CR ET I QVGERN(?) |
.....P.....R.....ET PETRIAN |i HISP ET I FRISIAV ET I | ..N. SALIN ET
I SVNVC ET I VANG ET I BAETASIOR | ET I DELM ET I AQVIT ET I HERAP ET
I VLP TRAIANA | AVG CR ET I SIDA VARD CR ELI. .R ET I BATAV*) ET I TVM | GR ET II
LING ET II ASTVR ET II DONGOM ET II NERV | ET III BRAC AVGVSTANOR ET
III NERV et VI NERV | QVAE SVNT IN BRITANN SVB PLATORIO NEPOTE | QVI-
NIS ET VIGINTI PLVRIBVSVE STIPENDIJS | EMERITIS DIMISSIS HONESTA MISSIONE |
QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS | LIBERIS POSTERISQVE EORVM CI-
VITATEM | DEDIT ET CONNVBIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC | HABVSSENT CVM EST
CIVITAS EIS DATA VEL SI | QVI CARLIBES ESSENT CVM EIS QVAS POSTEA | DVXISSENT
DVX TAXAT SINGVLI SINGVLAS | AD XVI KOCT | C IVLIO GALLO C VALERIO SEVERO
COS | COH I SVNVCOR CVI PRARST | AVLNTVS CLAVDIANVS | EXPEDITE | EN-
TIPONT ALBANI F SUNVCO | DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA | REGIA
QVAE FIXA EST ROMAE IN MVRO POST TEMPLVM DIVI AVG AD MINERVAM |.

*) Pro BATAV in ipso diplom. est: SATQV

mihī placet, ut epigraphicis subsidiis maxime probabile vocabulum *. Plinius II. citt. „In Rheno ipso prope C. M. P. in longitudinem nobilissima Batavorum insula et Cannenafatum, et aliae Frisiorum, Chaucorum, Frisiavonum [al. Frisiabonum], Sturiorum, Marsaciorum, quae sternuntur inter Helium ac Flevum“, et paullo infra Frisiabones inter Galliae Belgicae populos ex quibus magna pars numerorum hoc capite indicatorum desumpta fuit, hoc ordine recensentur „Tungri, Sunuci, Frisiabones, Betasi, Leuci liberi, Treveri liberi antea, et Lingones foederati..“. Tac. Germ. 34. „Angrivarios et Chamavos . . . a fronte Frisii excipiunt [sed cf. Zeuss. p. 93.]: Maioribus Minoribusque Frisiis vocabulum est ex modo virium. Utraeque nationes usque ad oceanum Rheno praetexuntur ambiuntque immensos insuper lacus et Romanis classibus navigatos“. cf. Ann. IV. 72. sqq. XI. 19. sq. XIII. 54. sqq. Hist. IV. 79. (Frisiabones cum Tac. Frisiis Minoribus eandem populum fuisse coniecerunt Zeuss. p. 138. et Grimm. *Gesch. d. d. Spr.* p. 671.) Ptol. II. 10 (11). „τὴν δὲ παρωκεανῆτιν ὑπὲρ μὲν τοὺς Βουσακτέρους οἱ Φρίσιοι [al. Φρίσσιοι] μέχρι τοῦ Ἀμασίου ποταμοῦ [Ems], μετὰ δὲ τοὺτους Καῦχοι οἱ μικροὶ μέχρι τοῦ Οὐισούργιος ποταμοῦ“. Dio C. LIV. 32. Φρεισιόνες, chronicorum scriptores *Fresones, Frisones, Frisiones, Fresos* appellant. Vide de sedibus populi Cluver. Germ. III. c. 17., Menonis Alting. Notit. Germ. infer. Amst. 1697. fol. p. 71. 199. n. 16., p. 203. n. 36., Cellar. I. p. 278. §. 159. p. 373. §. 40., Mannert. III. ed. 2. p. 271., Wilhelm. *German.* p. 107. 151. sq., Wersebe *Völker*

*) De etymo vocabuli Frisorum s. Frisonum lis inter grammaticos adhuc sub iudice est: Zeuss. p. 136. radicem esse *freisan, frais, frisun* coniecit, ut ipsi essent *audaces, fortes*; Grimm. (*Gesch. d. d. Spr.* p. 670.) *fris* s. *frise* = *liber, liberalis*. Miror Zeussium Geographi Ravennatis IV. 23. auxilium sprevisse: „Sed nos secundum praefatum Marcomirum Gothorum philosophum eam (Frigonum patriam [i. e. regionem s. terram]) nominavimus, qui quoque eam designavit, et *audaces homines eandem patriam proferre* asserunt, et in nullo modo civitates eandem Frigionum patriam fuisse legimus“ *et r.*

Teutschl. p. 190. sqq. 329. sq., Ukert. III. 1. p. 367. sq. et imprimis Zeuss. p. 136. sqq. 397. sq. 582. et Jac. Grimm. *Gesch. d. d. Spr.* 668...72. — *Vindobala*] *Vindovala* Geogr. Rav. Quod *Vindobela* Mannertus aliique recentiores scripserunt, neglegentiae eorum tribuendum est. Pancirol. „*Vindoladum* vocat Itinerarium, Angliae oppidum: aliqui legunt *Vindolana*, ut infra“. *Vindogladum* It. Ant. p. 486. 483. huc non pertinere non minus apertum est, quam *Vindobalam* et *Vindolanam* diversas fuisse. Sed nec Camdeno (p. 469. *Camd.-Gib.* p. 857.), quem Bruz. la Mart. secutus est, accedi potest, *Vindomoram* It. Ant. p. 464., quam hod. *Ebchester* esse putant, et hanc *Vindobalam* eundem locum fuisse atque in hod. viculo Northumbriae *Wallsend* quaerendum esse, ut in eo quoque neglegentius versatus est idem vir summus, quod *Vindobalae* Cohortem Secundam Thracum adscripsit. Locus a Mannerto (post *Horsleium* puto) et qui eum sequuntur, prope vicum *Rutchester* sive *Ruchester* (cf. *Volkmann.* IV. 215. sq.) quaeritur, quem Camdenus vetus *Bremenium* esse opinatus est, quia N. EXPLOR. BREMEN. memorans ara ibi reperta est. Paullo plus versus occidentem item ad vallum situs in *Mordeni* tab. geogr. Northumbriae vicus *Winchester* legitur, in quem fortasse *Vindobalae* nomen transiit; Camdenus in eodem *Winchester* *Vindolanam*, de qua ad 77. 10. sq. dicendum est, quaesivit. In *Mordeni* tab. geogr. Northumbriae *Ruchester* ad vallum, *Rutchester* autem ad Tinam borealem prope *Burtley* infra *Risingham* legitur. Gortonus: „*Rutchester, or Rowchester, county Northumb. A township in the parish of Ovingham, and east division of Tinedale ward. A noted station of Hercules, [? Herculeans?] and several Roman coins have been found here*“.

— 7. 3.] *Sauiniane* A, *sauimane* C. Pancirolus: „a *Sauiensi* regione in *Pannonia inferiore* forte haec ala est denominata: aut legendum *Sabinianae*, a *Sabinis*“, sive potius hae nugae sunt et nomen a *Sabina*, *Hadriani imp. uxore*, deducendum est, ut et Camdenus vidit; sed vix oculis credas legens sequentem eiusdem Pancirolus annotationem: „*Hunnum*

vero ab Hunnis insulam ingressis dici potuit^a. Sec. Camd.-Gibs. p. 855. (et Iansson. *Nouv. All.* IV. p. 357., Donat. 295, 3.) apud *Aidon-Castle*, non procul a Corstopito (*Corbridge*) in Northumbria repertus est lapis „wherein was drawn the portraiture of a man lying on his bed leaning upon his left hand, and touching his right knee with his right; together with the following inscriptions: NOBICI. AN. XXX | - - ESSOIRVS * MAGNVS | FRATER EIVS | DVPL[ARIUS]. ALAE | SABINIANAE. || M. MARI | VS VELLI | A LONG | VS AQUI | S HANC | POSVIT | V. S. L.“ Liceat h. l. annotare me nuper vidisse anulum signatorium aeneum cum litteris CPETRONISVAVINIS (= Gai Petroni Suavini signum s. sigillum),^c quem a. CIOIDCCCXXVIII. Pompeiis effossum Saxoniae duci Bernardo Siciliarum rex donavit. A *Sabiniana Ala* nomen vici Northumbri *Seavensheale* s. *Sevenshale* Camdenus p. 466., ed. Gibson. p. 848.) deducere voluit, falsa puto etymologia usus (*sheal* in multis Northumbriis nominibus est, certe ab *ala* non deducendum, et *seaven* s. *seven*, septem, a v. *Sabiniana* derivari non posse apparet); sed nimis etiam ad occidentem, Luguvallum (*Carlisle*) versus, is vicus situs est, si Notitiam secundum ordinem praesidia ad vallum condita percensere sumimus, unde recentiorum opinionem, cum imprimis etiam titulus supra transcriptus eidem faveat, comprobendam esse censeo, ut prope *Aidon-Castle* atque *Halton-hall* vetus Hunnum quaeramus. Verum tacendum non est, ipsum quoque Camdenum eidem opinioni favere his verbis (ap. Camd.-Gibs. p. 855.) „Aidon-Castle . . . a great many places on the Wall, bear the name of Aidon, and the same word (in the British tongue) signifies a Military Wing, Ala militaris, or Troop of Horse, many whereof were (as the Liber Notitiarum teaches us) placed along the Wall“. Gortonus: „Aydon-Castle, county Northumberl. A township in the parish of Corbridge, and east

^a) In lapide qui ap. vicium *Risingham* Northumbriae repertus est, ap. Camden-Gibs. p. 850., legitur AVR. ANTONI | NI. PII AVG. M | MESSORIVS | DILIGENS TRI | BVNVS SACRVM.

division of Tindale ward. The ruins of the castle, from which it takes its name, stand on the west side of a deep dale. The extent of these remains prove it to have been a place of great size and strength.. Et: „Halton Shields, county Northumberl. A township in the parish of Corbridge and east division of Tindale ward, situated on the Great Roman Wall“.

— §§. 4. sq.] *hastorum* AECaa, *Astorum* Dceff, *Astorum* e³. *Asturum* ad h. l. iam Camdenus (ed. Gibs. p. 852.) recte dedit. De Alis Asturum ad superiorem §. 27. disputavi. — *Cilurnum* Camdenus l. c. sive ed. 1586. p. 467. aut in Northumbriae vico *Collerford* sive potius in vicino castro *Walwick* aut in proximo vico *Scilicester* in Muro s. ad Vallum, qui recentius nomen a S. Oswaldo habet, quaerendum esse statuit; illamque sententiam amplecti videntur recentiores plerique fere omnes qui ex Horsaio cum Mannerto in *Walwick-Chesters* ad Tinae borealis ripam sito vetus *Cilurnum* reperisse volunt. Galeus autem ad Geogr. Rav. *Celunno* annotavit *Colerton*. Ceterum in Mordeni tab. geogr. Northumbriae supra nomen *Walwick* scriptum est vocabulum *Gallana*, quo *Galava* It. Ant. p. 481. indicari voluit scriptor, ut testatur Camd. ed. Gibs. p. 848. „*beyond Carraw and Walton stands Walwick, which some have fancied to be the Gallana of Antoninus: in all which places there are evident remains of old fortifications*“. Nec praetereundum est, eo facile errorum causas tam de topographia quam de historia rerum militarium praebere, si quis sola vetera locorum vocabula, quae quibusnam recentioribus nominibus respondeant, incertum est, praebeat, ubi de titulorum antiquorum detectionibus refertur: ita e. gr. Henzen. p. 86. *Cilurni*, non addito recentiore loci vocabulo, complures lapides repertos esse scripsit, in quibus *coh. I. Vangionum* legitur, quam ea de causa *Cilurni* stetisse coniecit; sed duos eius modi titulos in oppidulo Northumbriae *Risingham*, quod nemo quem sciam pro veteri *Cilurno* sumpsit, nam *Habitancum* fuisse creditur, repertos exhibet Camd.-Gibs. p. 850. sq.; Orellius n. 1755. lapidem *coh. I. Batavorum* memoran-

tem „Cilarni (*Colerton*)“ reperitum, iterumque n. 3400. eundem lapidem, ac si in „*Walwick in Northumberland*“ repertus esset, repetiit. Gortonus apud quem neque *Collerford* neque *Colerton* legi, de *Walwick Chesters, county Northumberl.*, haec habet: „*An extra-parochial liberty in the north-west division of Tindale ward, situated on the west bank of the river Tyne, and on the side of the Roman wall. It was the Cilurnum of the Romans, where the Ala Secunda Asturum was quartered; its extent, which may still be traced, was 570 feet from east to west, and 400 from north to south. Numerous relics have been discovered, among which are a spacious vault, a broken statue of Europa, and a remarkable tablet commemorative of the rebuilding of some edifice by the Astures.*“

§§. 6. sq.] Etiam Cohors I BATAV inter XXI QVAE SVNT IN BRITANN SVB PLATORIO NEPOTE legitur in Hadriani dipl. ad §. 1. repetito, et Herzenius p. 66. rettulit, in appendice ad Hodgsoni *history of Northumberland* p. 437. fragmentum lapidis Procolitiae [non addidit Henzenius, quod nomen eadem hodie sec. Hodgson. gerat] reperti eandem cohortem memorantis itemque verba a *platorio NEPOTE leg. pr. pr.* publicatum esse. Item memoratur in hoc titulo Murat. 81, 3. bis ab Orellio repetito (cf. priorem annotationem): FORTVNAE | COH. I. BATAVOR | CUI PRAEEST | M. ELACCINIVS [Orell. 3400. MELACCINIVS] | MARCELLVS PRAE | Immerito apud Gruter. 268, 2. pro COH. BAETORV (i. e. Raetorum) Cardinalium COH. BATAVORV voluisse cum Henzenio censeo. Tac. Hist. I. 59. „in civitate Lingonum (*Langres*) octo Batavorum cohortes“ ad a. 69. p. Chr. memorat. cf. II. 27. 69. IV. 15. 19. Agric. c. 36., ubi „Agricola Batavorum cohortes ac Tungrorum duas cohortatus est, ut rem [contra Britannos] ad mucrones ac manus adducerent“. Coh. Nova Batavorum sub Duce Ractiae stetit, ut p. 120*. §§. 18. sq. vidimus. Attius PRAEF. ALAE. I. BATAVOR. MILLIAR. celebratur in lapide prope *Leibnitz* reperto sec. Muchar. *Steierm.* I. p. 430. De Batavis satis supra diximus (cf. p. 227*. ad §§. 12. sq. p. 24*.); unum hic addere liceat locum Tac. Hist. IV. 12. „Batavi, donec trans

Rhenum agebant, pars Chatterum, seditione domestica pulsati extrema Gallicae orae vacua cultoribus simulque insulam iuxta sitam occupavere, quam mare a fronte, Rhenus annis tergum ac latera circumluit. nec opibus Romanis, societate validiorum attriti viros tantum armaque imperio ministrant, diu Germanicis bellis exerciti, mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant. Erat et domi delectus eques, praecipuo nandi studio, arma equosque retinens integris turmis Rhenum perrumpere⁴. Ceterum iam conferenda quoque est Iac. Grimm. *Gesch. d. d. Spr.* p. 583. sqq. — De *Procolitia*, sive ex Geogr. Rav. *Brocolitia* aut *Brocolitium* (ubi tamen Gale. p. 147. *Procoliti* et *Procolitia* dedit) scribendum sit, Camdenus p. 468. primum putavit „vetustae munitionis rudetum (prope *Corbridge*, cf. Volkm. p. 213. sq., Hassel. p. 319.), quod *Colecester* appellant, Procolitiam fuisse; deinde ex ed. Gibs. p. 855. paullo inferius, orientem versus, ubi *Prudhow-Castle* ad Tinam est, situm fuisse censuit: „*Hence (below the castle of Biwell) Tine runs under Prudhow-Castle (in old writings Prudhow) which is pleasantly seated on the ridge of a hill. This, till I am better inform'd, I shall guess to be Procolitia, which is also written Procolitia [sed nusquam 'Protolitia'], and was the station of the first Cohort of the Batavi*“ . Quod castellum autem cum a vallo paullo remotum, in dextra Tinae ripa situm sit (fidem facio tab. geogr. Mordeni), Camdenique opinio ordini horum praesidiorum enumerandorum, ut ab oriente versus occidentem progrediretur Notitia, non satis faciat, minus suspecta mihi ea sententia est, quam Mannertus aliique secuti sunt, Horsleii puo, prope hod. *Carrowborough* illud praesidium olim fuisse. *Carrow* ad vallum inter *Walwick* et *Seavenshale* in Mordeni tab. geogr. Northumbriae legitur. De his recentioribus nominibus omnibus ap. Gortonum nihil quod huc pertineat, invenio, nisi sub v. *Corbridge, co. Northumbert.* hanc annotationem: „*About a century since, an altar, dedicated to Hercules, was found among some ruins, with some*

bones of a very large size, supposed to be those of an ox which had been sacrificed to that deity⁴.

— §§. 8. sq.] Coh. I. Tungrorum et ap. Tacit. et in diplomate Hadriani cum I. Batavorum memoratur. cf. annot. superiorem; duas Tungrorum cohortes nominat id. Tac. Hist. II. 14. sq. In diplomate Traiani a. 104. (ap. Cardinalium p. XXXI.) EX. COHORTIBVS. DECEM. ET. VNA. QVAE...SVNT. IN. BRITANNIA. SVB. L. NERATIO. MARCELLO etiam I. TVNGRORVM. MILLIARIA. ET. II. THERACVM (cf. infra §. 24.) sunt; I. TVNGR. ET. CLASSIANA item in eiusdem imperatoris diplomate a. 106. militibus Britannicis dato ap. eund. Cardinal. p. XXXII. Ad hanc cohortem pertinentes inscriptiones collegi has: ex Camd.-Gibson. p. 835. in Cumbria „at Castlesteads, i. e. the place of a castle, as also at Trederman hard by“ repertas: I. O. M | COH. I. TVNGR | IAKCKCKVI PR | AEST AVREL | OPTAVS O... | FVII STAN.. | MES OBSP... | PI INC; alteram: IV..... | N..... | CVPAL..... | LEG: XX: PP: COH: I: * | TVNG: POSVIT; tertiam „at House-steads in Northumberland“ repertam repeterunt ex Transact. philoss. Angl. Murat. 12, 2. et ex Camden-Gibson. II. p. 201. [quod recentius exemplum mihi ad manus non est] Orell. 3399.: I. O. M | ET. NVMINIBVS | AVG. COH. I. TVNGRORVM | MIL[itaria]. CVI. PRAEEST. Q. VERIVS | SUPERSTIS | PRAEFECTVS. Item Murat. 12, 3. ex iisdem Transact.: ET NVMINIBVS | AVG. COH. I. | TVNGROR | CVI. PRAEEST | Q. IVL. MAXIMVS. PRAEF. Et Maffei (Mus. Ver. 446, 7. et 10.) ex Gordoni Itin. Angl. septentr.: HERCVLI | COH. I. TVNGROR | MIL[itaria] | CVI. PRAEEST. P. AE | MODESTVS. PRAEF.; alteram hanc: DEO | MARTI. QVIN | FLORIVS. MA | TERNVS. PRAEF | COH. I. TVNG | V. S. L. M. Ad eandem coh. I. Tungr. rettulerim titulum ex Gordono ap. Maff. 447, 2. exhibitum: „..... | ET. NVMINIBVS. AVG | COH. TVNGRO | CVI. PRAEEST. Q. IVLIVS |“ Apud Gruter. 1179, 4. pro COH. TVANG apparet COH. I. VANG(ionum), non COH. TVNG(rorum), ut Cardinalius voluit, legendum esse. cf. Henzen. p. 85. sq. De Tun-

*) Cf. etiam Iansson. *Atl.* IV. p. 346. Perperam ap. Gruter. 1178, 12. legitur COH. II, quod Henzenium l. c. p. 91. fefellit. Cohortem Secundam Tungrorum lapides quos sciam, non memorant.

grorum populo vide quae ad p. 24*. §. 22. supra p. 229*. annotata sunt. — *Borcovicio*] *Borcouitio* **AD**, nobiscum faciunt **BC**, *Borcouico* **DEFF**, *Brocouicio* **aa**. Fortasse *Volurtion* Geogr. Rav. eundem locum indicare in tabula synoptica expressimus. Pancirolus: „Trib. coh. I. Tungr. praesidebat *Borcouico*, qui est quasi vicus *Borci* [*Boici* falso dederunt **ε³·4**.], vulgo *Baruuyck*“. Et Camdenus quoque in Northumbrico *Borwick* prope *Pont-eland* (cf. supra ad §§. 25. sq.) ‘*Borcovicum*’ Notitiae quaeri voluit, nescio an nulla alia ex causa quam soni similitudine. Gortonus de *Borwick, co. Pal. of Lancaster* haec tantum: „*A township in the parish of Warton and hundred of Lonsdale south of the sands*“. neque vero iis accesserim, qui ex tituli araeve alicuius numeri mentionem facientis loco statim, ibi eundem numerum stativa habuisse, colligi posse putant. quod dubito an in eos cadat, qui *Housesteeds* vetus *Borcovicium* esse affirmant. Ex ordine Notitiae simulque linea valli, ut in *Mordeni* tab. geogr. Northumbriae Cumbriaeque delineata est, potius de *Seavenshale* cogitandum esse videtur. sed ex Gortono didici *Housesteeds* antiquam stationem parochialis *Warden* in Northumbria, de quo ille haec habet: „*A parish in the N. W. division of Tindale ward, situated between the Roman wall and the North and South Tyne rivers.... On an eminence, called Castle-Hill, are vestiges of an ancient British intrenchment, which was defended by a rampart of rough stone, to which the Romans subsequently raised additional earth-works and ditches; within the area, foundations of building and several hand-mills have been discovered. Near the vicarage-house are traces of another fort also called Castle Hill.*

— §§. 10. sq.] Proprie Cohortes Alaeve Gallicae et Gallorum inter se differunt: hi natione Galli, certe ab initio, illae vero ad Gallias debellandas sive tuendas constitutae sive missae fuerunt. Ita recte Ritterus ap. Tac. Hist. I. 6. pro *legione Hispana* vult *legione Hispanica*. Auxiliarium Gallorum mentionem facit Tac. Hist. I. 68. sq. III. 31.; de „Gallorum Lu-

sitanorumque et Britannorum cohortibus et Germanorum vexillis cum ala Petriana^a loquitur ibid. I. 70.; „Raetorum Vindellicorumque et Gallicae cohortes“ memorantur Annal. II. 17. Cohors Quarta Gallorum e minore laterculo emissa in provincia Rhodopa sub Duce Moesiae Secundae stetit, ut Not. Or. p. 103. *B. a* legimus. Septem sive Gallorum sive Gallicas Cohortes fuisse ex inscriptionibus notum est, e quibus II. III. IIII. et V. equitatae fuerunt. Prima et Secunda Gallicae cohortes infra p. 119*. ꝥꝥ. 21. et 15. recensentur. Gallorum *Prima* memoratur in lapide Nevidunensi (*Nyon*) ex Sponii Miscellan. p. 258. apud Grut. 425, 6. et paullo aliter ap. Orell. 313. 5., Inscr. Helv. n^o. 117., repetito (COH. I. GAL); *Secunda* in Puteolano ap. Grut. 389, 7. (COH. II. GALLORVM); et COHORTIS. II | GALLORVM | EQVITATE. IN | DACIA mentio facta est in lap. Hispanico ap. Grut. 550, 5.; item dipl. Traiani a. 106. datum, ap. Arneth. p. 43. sq. habet de ALIS TRIBVVS ET COHORTIBVS SEPTEM QVAE APPELLANTVR I CLAVDIA GALLORVM ET I VESPASIANA DARDANORVM ET GALLORVM FLAVIANA | ET II ET III ET IIII GALLORVM ET SVNT IN MOESIA INFERIORE SVB A. CAECILIO FAVSTINO; sed et in Britannia aliquando stetisse COH. II. GALL. EQ. ex Murat. 53, 15. apparet. *Cohors Secunda Gallorum Macedonica* a. 110. in Dacia stetit sec. eiusd. imp. dipl. ap. Arneth. p. 49. eademque memoratur in lapidibus ap. Gruter. 482, 5. 7. 8. sive Maff. Mus. Ver. 241, 5. 242, 1. 2. *Cohors Tertia Gallorum* sub Vespasiano a. 80. in Germania steterat secundum huius imp. dipl. ap. Arneth. p. 29. s. Cardinalium p. XXIV., memoratur etiam in titulo Hispalensi ap. Donium p. 173. n. 50., Murator. 1099, 6. (COH. III. GALLOR) et COH. III. GAL | EQ ap. Gruter. 1179, 2., nisi pro IIII. legendum est IIII., quod mihi videtur. Falsam esse inscr. ap. Murat. 37, 7. in cuius fine legitur LEG. III. GALLICAE COHORTI | GALLICAE MILITVM ROMANORVM PRAEFECTO sponte apparet. De *Quarta*, equitata, has habemus inscriptiones: Rishinghamensem Northumbricam figuris ornatam ap. Camd.-Gibson. p. 851. (= Ianson. IV. 355.) NVMINIB | AVGVSTOR | COH. IIII. GAL | EQ | FEC et ex Gordono desumptam, item Britannicam, ap. Maff. Mus. Ver.

446, 5. (= Donat. 2, 8.) I. O. M | COH. IIII | GALLORVM | C. P. VOLCA. . | VS. HOSPEB | PRAEF. EQ atque Firini in Piceno reperi- tam ap. Orell. n. 2223. (= Gruter. 359, 3. ex Panvinio et Simeo- nio, item ap. Doni 143, 28.) T. APPAEO [TAPALIO. DONI] T. F. VEL ALFINIO. SECVNDO | PROC. AVG. XX. HERED | PROC. ALP. ATRECTIA- NAR [ALPIATRECTIANAR DON.] | PRAEE. VERICVL. SVB. PRAEF | CLASS. PRAET. RAVENN. PR | ALAE. I. AVG. THRAC. TRIB. COH | I. AELIAE. BRITTON. PRAEF | COH. IIII. GALLOR. PATRON. COLON. FLAMINI. DI- VOR | OMNIVM. AVGVRI [AVGVRI DON.] II VIR. QVINQ. BIS | OB. ME- RITA. EIVS | D. D., Venafranam post Traiani obitum positam ap. Murat. 816, 7. SEX. FVLFENNIO. C. F. TER. SALVTARI | PRAEF. CO- HOR. IIII. GALL. EQVIT. et c. (cf. ad p. 103*. $\frac{1}{2}$. 1. sq.) DC C. MINI- CIO. C. FIL | VEL. ITALO. IIII VIRO. I. D | PRAEF. COH V. GALLOR. EQVIT. et r. legitur in decreto decurionum ex Marinio (*Atti* p. 5.) ab Orell. 3651. repetito. Inscriptio Vesuntionensis ap. Mu- rat. PRAEFECTO COH. VI | GALLORVM [sic] dedicata est. COH. VII. GALL. est ap. Grut. 425, 5. Cf. Cardinal. p. 206. n. III. p. 225. — De Vindolanae situ Camdenus p. 468. (Camd.-Gibb. p. 856.) nulla caussa expressa statuit in hod. *Winchester*, *Old-Winchester* Northumbriae eam quaerendam esse, quem locum supra ad $\frac{1}{2}$. 2. pro veteri Vindobala potius habendum esse coniectavi- mus. secundum plerorumque recentiorum opinionem prope vicum *Littlechesters* paullo supra Tinam australem septentrio- nem versus situm Vindolana olim stetit. sed in eodem op- pido Gortonus veterem Derventionem inveniri affirmat: „*Chester, Little, co. Derby. A township in the parish of St. Alkmund and hundred of Morleston and Litchurch, situated on the banks of the Derwent. It is the site of the Roman Derventio. A great number of Roman coins have at different times been found here*“. Secundum huius Notitiae ordinem ipse locum in medio eorum locorum quaererem, qui in Mordeni tab. geogr. Northumbriae *Seavenshale* et *Walltowne* appellantur. Galeus p. 10. Vindomoram It. Ant. p. 464. inter Corstopitum (*Corbridge*) ac Vinoniam (*Binochester*) pro eodem oppido atque hanc No- titiae *Vindolanam* (Geogr. Rav. *Vindolanae*) sumens ita scri-

psit: „Iam ad quintum a Corbridge lapidem occurrit *Dolande*. Hoc esse Vindolana, vox ipsa suadet, et recta fere linea quae nos ducit ad Vinoniam“. Galeus sese decepisse videtur: a Corstopito Vindomora non V sed VIII M.P. secundum It. Ant. distitit; et locus quem Galeus *Dolande* appellat, apud Mordenum *Doteland* scribitur, neque *Dolande* alibi invenio; denique nihil est quod Vindomoram Itinerarii a Vindolana huius Notitiae non distinguamus.

— ꝥ. 12.] *Astorum* mss. deeff, *astorum* aa. *Tribune of the first cohort of the Astures* recte habet Camden-Gibson. p. 834. De Cohortibus Asturum ad p. 79*. ꝥ. 12. disputavimus. — *esica* C. Pancirolus: „forte legendum Aesca, qui est fluvius tendens Hiberniam versus in Oceanum“. non voluit ad h. l. non pertinentem Scoticum fluvium *Esk* provinciae *Angus*, ad quem locus conditus fuit, qui *Ad Aesicam* appellatur a Pseudo-Ric. Corin. itinere IX. quemque hod. *Brechin on the South-Esk* esse putant (cf. Chalmers. I. p. 124., Giles. p. 490., Hassel. p. 438.), sed procul dubio scripsit sive scribere debebat *Aesca*, ut indicetur rivus *Esk* qui in Itunae aestuarium (*Solway-Firth*) exit. et sic etiam Camdenus p. 438. ad *Escam* fl., „ubi *Netherby* viculus ex una et altera casula iam cernitur, adeo mira et magna sunt priscae urbis rudera, et praefluentis *Escae* nomen ita consonat, ut *Aesicam* fuisse suspicemur, in qua Tribunus primae cohortis Astorum excubias olim contra Barbaros egerit“. cf. Camden-Gibson. l. c. Secundum Gortonum prope *Netherby-Hall* „have been discovered some Roman antiquities“. Nos *Castra Exploratorum* apud vicum *Netherby* fuisse statuimus (ad p. 113*. ꝥ. 11. sq.); secundum ordinem enumerationis *Aesicam* in *Walltown*, secundum nominis vero sonum ad rivi *Esk* ostia quaereremus, in cuius valle multa Romanorum operum supellectiliumque vestigia superesse constat; Horsleius et qui eum secuti sunt recentiores, probabiliter *Greatchesters*, quod nomen neque Mordeni tab. geogr. neque Gortonus habet, sed prope *Walltown* ponendum esse videtur, pro hac *Aesica* sumi volunt.

— γγ. 13. sq.] De Dalmatarum s. Delmatarum cohortibus *Primam*, miliariam, constat diu in Britannia et septentrionalibus quidem eius dioeceseos partibus stetisse, ut diplomata militaria Traiani a. 106. datum (ap. Cardinalium p. XXXII.) Hadriani a. 124. datum (supra p. 906*. transcr.) atque inscriptiones multae docent, quas indicaverunt Cardinalius p. 158. sq. et p. 168. nott. 339. sqq., Henzeniusque p. 87.; adde Camden-Gibson. p. 826. sive Iansson. IV. p. 342. *Secundam* non nisi h. l., *Tertiam* omnino non memorari memini. *Quarta*, item in Britannia constituta legitur in dipl. mil. Traiani a. 104. dato ap. Cardinal. p. XXXI., *Quinta* sec. dipl. mil. Vespasiani a. 74. datum in Germania steterat, memoraturque in titulo Mogontiac. ap. Grut. 572, 2., Fuchsium I. p. 184. et II. p. 353., Lehnium, ed. Kùlb. II. p. 271. s. Steiner. II. 436. CO. DALMATA sine adiecto numero est in lapide Mainhardensi ap. eund. Steiner. n. 14. — *magnis* aa. Magna, ut supplendum sit castra s. simile quid, loci nomen fuisse putem, ut *Greatchesters* plane idem vocabulum esse appareat, de quo superiore annotatione dictum est. Camdenus (p. 848. ed. Gibson. 1695.) in hod. Northumbrico „*Chester in the Wall, near Busy-gapp*“ haec Magna sibi repperisse visus est; recentiores autem in *Caerborran* ad fl. *Tippall* (cuius vetus nomen se ignorare fatetur Camdenus l. c.), sed quod Gibsonus p. 869. pro veteri Glanventa (cf. infra γ. 29.) sumpsit, illa Magna quaerunt, quod sane ordini enumerationis horum castellorum magis convenire videtur. De hoc loco Camd.-Gibs. l. c. „*Beyond Thirlwall*“ inquit „*the wall opens a passage for the mad river of Tippall; where, on the descent of a hill, a little within the wall, may be seen the draught of a square Roman Fort, each side whereof is 140 paces in length; the very foundations of the houses and tracks of the streets, being yet fairly discernable. The moss-troopers report, that there lay a high street-way, paved with flint and other stone, over the tops of the mountains, from hence to Maiden-Castle on Stanemoor. 'Tis certain it went directly to Kirkbythor... An old woman... shew'd us a little old conse-*

crated altar, thus inscribed: DEO | VITI | RINE---|---LIMEO|
ROV | P. L. M.

— ꝥꝥ. 15. sq.] *elie* €. Ab Hadriano imp. nomen geren-
tis. cf. p. 113*. ꝥꝥ. 26., p. 114*. ꝥꝥ. 3. Haec cohors in titulis Bri-
tannicis multis memoratur, interdum ita ut recentioris ali-
cuius imperatoris vocabulum adiceretur, ut ĩ. AELIA. DACORVM.
GORDIANA, TETRICIANA S. TETRICIANORVM. cf. Henzen. p. 74. Hos
in Cumbrico vico *Willowford* ad fl. *Irthing* repertos exhibet
Camd.—Gibs. p. 836. 1) I. O. M | COH. ĩ. AEL | DAC. CVI | PRÆ****|
IG*****|*****|**** (cf. Gruter. 1007, 6.) 2) I. O. M | COH. ĩ. AEL.
DA|C.**C.**A. GETA | IRELSAVRNES*****|*****|***** (cf.
Gruter. 1007, 5.) 3) I. O. M | COH. ĩ. AEL | DAC. C. P | STATV (STA-
TIVS Gruter. 1007, 4.) LON|GINVS. TRIB. 4) I. O. M | COH. I. AEL.
DAC | TETRICIANORO | **C. P P. LVTIC|**** V. S. DESIG|NATVS| TRIB
(cf. Gruter. 1063, 10.) 5) I. O. M | COH. ĩ. AEL | DAC. GORD*|ANA.
C. P**EST* (Hanc ita Gruter. 1063, 11.: I. O. M | COH. I. AEL |
DAC. CORDI|ANAE. C. PRÆST|.....|.....) Gibsonus autem p.
844. hos: 1) Cumbricum, incerti loci, DEO. COCIDI | COH. I. AE-
L**|*****|*****|*****A****VS 2) In *Naworth—Castle* ad
Irthing repertos hos duos: COH. I. AEL. DAC. CORD**ALEC. PER****,
et hunc: I. O. M...II. AEL. DAC. . C. PRÆST| AELIVS. FA. L. S. TRIB.
PET. VO. CÓS. (Gruter. 1064, 1. AELIVS. FA|....S. TRIB | PERPETVO
[a. u. c. 989.] ...cos) De cohorte ĩ Aelia Brittonum cf. titu-
lum ad ꝥꝥ. 10. transcriptum. — *Amboglana* €, *ambo Glanna* ad.
De situ huius loci, quem eundem esse putem atque Geogr.
Rav. V. 31. *Babaglunda*, ut ante me Galeum quoque putasse
video, Camdenus sibi non constitit; primum (p. 464. ed. 1586.)
ita scripserat: „.procurrit, Irthingumque fl. subiectum habet
Camb-becke rivulum transmittens, ubi castelli magna iudicia.
Si auderem *Camboglanam*, i. e. Cambi ripa, pro *Amboglana*
apud Notitiam legere, *Camboglanam* ad *Cambum* hunc fuisse
etiam affirmaverim, ubi olim vigiliis habuit coh. I. Aelia
Dacorum^e. sed cum iterum liber ederetur, locum in hod.
Ambleside Westmorelandiae, approbantibus Gibsono et Galeo,
quaesivit, deinde in *Willoford*, de quo paullo ante dixi-

mus. cf. Camd.-Gibs. p. 806. 811. 836. Recentiores, post Horsleium puto, in *Burdoswald*, item Cumbriae loco, ad vallum, inter *Camb-becke* et *Irthing* rivos sito, quaerendum esse putant.

— γ. 17.] Alam Petrianam Tac. Hist. I. 70. IV. 49. ad a. 69. sq. posterioreque loco Claudium Sagittam eius praefectum memorat. editores *Petrianam* dare solent; alii vero codices *petriaria*, alii *petrianna*, alii *petarina*, alii *petriarina*, unde Lipsius *Taurina* facere voluit; Broterius „ab equitibus illustribus, quibus Petra nomen dictam“ opinatus est. *Petrianae* nomine neglecto recentissimus Taciti editor, Ritterus, quasi indubitatum scripturam *Petrina* dedit, cum illam, lapide mox memorando et hoc Notitiae loco comprobata, recipere deberet. EX ALIS VI QVAE SVNT IN BRITANN SVB PLATORIO NEPOTE est ET PETRIAN in Hadriani diplomate saepe citato, p. 906*. exhib. cf. Henzen. p. 73. sqq., eademque memoratur in lapide Cumbri-co, in loco *Old-Perith* reperto, ap. Camd.-Gibs. p. 831. sic exhibito: ----- | GADVNO | VLP TRAI | EM. AL. PET [Donat. 283, 3. dat PETR] | MARTIVS F. P. C. sed ap. Gruter. 572, 3. sic: A | CADVNO | VLP Φ. TRAI | EM. AL. PETR | etc. Omnibus suis litteris nomen scriptum est in titulo Traiani imp. temporibus posito, quem bis Murat. exhibuit repetiitque Orell. 516. „C. CAMVRIO C. F. | LEM. CLEMENTI,.....TRIB. MIL. COR. VLP. PETREOR. MILLIAR. | EQVITI [*lege* EQVITATAE] PRAEF. ALAE PETRIANAE | MILLIAR C. R. BIS TORQVATAE et c., cum Hagenbuchii annotatione, se non ausum esse pro PETRIANAE cum Murat. admittere PRAETOR. et PRAETORIANAE; sed ad hunc de quo agimus Notitiae locum neque Muratorius Hagenbuchiusve neque Orellius respexerunt. cf. etiam diploma ad Not. Or. c. XXV. not. 22. exhibitum. Recte quidem, ut mihi videtur, Henzenius negavit nomen huius alae, cum non *Petraeorum* sive *Petraea* dicatur, ab Arabico oppido Petra deduci posse, sed confidentius a nomine alicuius viri formatum esse affirmavit: *Petreius* nomen inauditum non est, *Petrius* autem, unde *Petriana* veniret, inter nomina Romana quod sciam non legitur. cf. quae ad p. 113*. γ. 3. annotavimus. Fortasse Pancirolus ordinem

etymologicum non invertit his verbis: „a loco ubi manebat, haec ala est denominata, nunc *Penul* [? fort. *Petril* scripsit] vocatur“: cf. vocabulum *Petraria* ap. Spelmann. Glossar. Londin. 1687. Nomen *Peterill* s. *Petril* s. *Petterel* significat rivulum (*rill*) ex caespitibus sive per caespites qui *torf* Germanice, *peat* Anglice vocantur, defluentem. *Pen* Celtice est summitas montis. — *petani* C, *Petriannis* a¹¹. Camdenus p. 455. propter lapidem de quo paullo ante diximus, ibi repertum ac nominis sonum et quod *ἐπίμουν* recentioris vocabuli *Petrill* rationem non habuit, in Cumbriae loco *Penrith* Petrianas, ut ipse dedit, cum *Petriana*, scil. castra, scribendum esse mihi videatur, quaesivit: „parum ab Eimoti ripa abest *Penrith*, i. e. si Britannica lingua interpretaris, Primarium vadum, vulgo autem *Perith* dicitur. Emporiolum celebre castro regio satis firmatum, in cuius usum R. Stricland... incile duxit e *Peterill*, i. e. Petero fluviolo, qui ad suam ripam prope *Plompton-parke* dirutae urbis reliquias multas ostendit, quam illi *Antiquum Perith* nunc vocant, Petrianas fuisse iudicari“ et r. cf. Camden-Gibson. p. 832. Nomen oppiduli *Old-Perith* (Hassel. p. 313.) Wesseling. ad It. Ant. p. 467. et Mannertus p. 117. alii-que olim *Voreda* (Geogr. Rav. V. 31. *Bereda*) fuisse, Horsleii puto sententiam seculi, putant. Reichardo idem *Old-Penrith* et *Petriana* et *Voreda* est. Sane *Penrith* nimium a vallo distat, quam quod inter castella „per lineam valli“ recenseri posset. rectius itaque in *Castle-steeds*, Cumbriae loco prope vallum ad confluentes *Irthing* et *Cambeck* fluviolos sito, ubi Romanos item titulos effoderunt (cf. Camden-Gibs. p. 835. et 839.), vetera *Petriana* quaerenda esse mihi quoque videtur.

— §§. 18. sq.] *Maurorum Aurelianorum*] Pancirol. „Hi ab Aureliano imp. cognominantur“. De his Mauris cf. annot. ad Not. Or. p. 158. not. 20. De Mauris, aulicis ministris, cf. Salmas. ad Capitolin. Gord. III. c. 25. Cohors milliaris *Maurorum* memoratur ap. Orell. 3401. ceterum neque alas nec cohortes *Maurorum* neque diplomatis quae dicimus honestae missionis neque lapidibus neque fere in historiis celebrari,

cum de 'ingenti Maurorum numero, per latrocinia et raptus apta bello manu', iam Tac. Hist. II. 58. locutus sit ac tot locis haec Notitia Mauros Equites, Honorianos Mauros, Mauros Alites, Tonantes, Cetratos, Feroces, Osismiacos, Venetos et quae sunt rel. recenseat, mirum videri possit. item *Aurelianorum* Maurorum nomen habet in se quod miremur: Aurelianus imp. contra Danubianas, Thracicas, Sarmaticas, Dacicis Orientisque gentes, sed non contra Mauras dimicavit, neque Mauri inter omnes populos quos captivos in triumpho duxit (Vopisc. Aurelian. 33.), enumerantur: itaque non ab hoc imperatore, sed ab aliquo Aurelio Antonino, et magis putem a divo Pio, qui Mauros ad pacem postulandam coegit (Capitolin. in Pio 5.), quam a Philosopho, cui flammam et sodales Aurelianos creavere (Id. in Ant. philos. 7.), nomen Maurorum Aurelianorum deduxerim. possit tamen et ab Aurelianensi urbe, Aurelia, Aureliis, sive Aurelianis, quam antea Genabum Carnutum dictam fuisse constat et ab Aureliano Aug. restitutore suo Aurelianorum appellationem accepisse referunt, e. gr. Vales. Not. Gall. p. 225., A. Hugo *France pittoresque* tom. II. p. 172., hodieque *Orleans* appellatur, deduci, ut alii Mauri Gallicani, Osismiaci Venctique hac eadem Notitia memorantur: ante cuius compositionem ea urbium vocabulorum transformatio in usu esse coepit, ut populorum nomina iisdem induerent, cuius rei haec ipsa Notitia in Remorum, Vangionum, Trevirorum, Metis aliisque eius modi oppidorum vocabulis satis multis atque imprimis Libellis provinciarum testes sunt. — *Aballaba*] Hunc locum Simlerus ad It. Ant. p. 467. cum *Blato Bulgio* eundem fuisse suspicatus erat, sed non, ut Wesselingii exemplum habet „*Liber Notit. Aballata*“, sed „lib. Notit. forte *Aballaba*“ dedit Simlerus. Wesseling. annotavit, cum Horsleio „Brit. Rom. I. 7. *Blatum Bulgium* ultra vallum in *Middleby* quaesiveris. *Aballaba* ... longissime [?] hinc diversa fuit“. (cf. supra ad p. 113*. §§. 11. sq.) Camdenus p. 449. propter nominis similitudinem non dubitandum esse scripsit, neque dubitavit Galeus p. 117., quin Westmorelandiae burgus me-

tropolitanus *Appleby* ad *Itunam* (*Eden*) fl. situs (cf. Hassel. p. 308.) vetus *Aballaba* sit. cf. *Camd.-Gibson*. p. 807. *Nimia* vero distantia huius loci a vallo est, quam qui „per lineam valli“ esse dici possit. *Horsleius* vetus huius loci nomen *Galacum* fuisse putavit: cf. ad p. 115*. ꝥꝥ. 7. sq. *Mannertus* p. 118. situm definiri non posse opinatus est, quoniam Valli in his regionibus usque ad civitatem *Carlisle* nullae reliquiae superessent. Locum fere medium fuisse inter *Castlesteads* et *Carlisle*, in dextra *Itunae* ripa situm etiam *Chalmersii* tab. geogr. indicat: prope *Linstock* et *Crosby-upon-Eden* (cf. *Camd.-Gibson*. p. 832.) mihi quaerendus esse videtur. *Gortonus* „*Appleby*“ inquit „is supposed by some antiquaries to occupy the site of the Roman station, *Anaballa* [sic]“. Item „*Linstock, county Cumberland. A township in the parish of Stanevix, Eskdale ward. Here was anciently a castle, the square tower of which is still remaining*“.

— ꝥꝥ. 20. sq.] *Lergorum* (pro *Lingonum*) omnes. cf. annot. ad ꝥ. 23. proxime superiorem. — *Congauatae* 2, 3, 4. *Camdenus* p. 456. „Ad *Caudam* [*Morden*. „*Canda river*“, *Büsching*. p. 740. „*die Caude*“, *Hassel*. p. 312. „*der Calden*“] praeter aeris fodinas ad *Caudebeck* et exiguum *Carliolensis* episcopi castrum, the *Rose-Castle* dictum, *Congauata* etiam fuisse videtur. . . *Congauata* enim vallis ad *Gauatam* quam in *Caudam* nunc contraxerunt, *Britannis* significat. Sed huius locum digito designare nondum potui“. cf. *Camd.-Gibson*. p. 833. Rectius paullo plus versus septentrionem in hod. *Stanwick*, contra *Carlisle*, vetus *Luguvallum*, ad dextram *Itunae* ripam sito recentiores, post *Horsleium* puto, illud castellum quaeri volunt, et ita etiam *Gortonus*: „*Stanwix, or Stanewick, county Cumberland. A parish and township, partly in Cumberland and partly in Eskdale wards, pleasantly situated at the north end of the handsome bridge which crosses the river Eden, and connects the village with the city of Carlisle. . . The church, which is dedicated to St. Michael, is an ancient edifice, situated on the site of the Congavata of the Romans*“.

— §§. 22. sq.] Cohortes Hispanas in campis Pharsalicis „firmissimas se habere Pompeius existimabat“ Caes. B. C. III. 88. Cohortem I. Hispanorum, quae sub Nerone a. 60. p. Chr. in ILLYRICO SVB L. SALVIDIENO SALVIANO RVFO steterat (cf. Arneth. p. 27.), iam a. 104. in BRITANNIA SVB L. NERATIO MARCELLO militasse docet Traiani dipl. mil. ap. Cardinal. p. XXXI., item duobus annis post ibidem fuit sec. diploma ap. cund. p. XXXII., in quo pro .x̄. HISP. legendum esse .ī. HISP. series enumerationum cohortium probat. eadem deinde memoratur in dipl. mil. Hadriani a. 124., p. 906*. transcr., ī HISP., inter COH. XXI, QVAE SVNT IN BRITANN SVB PLATORIO NEPOTE (cf. supra ad §. 1.) sed sec. eiusd. imp. dipl. a. 129. datum (ap. Arneth. p. 54. sqq.) inter COH IIII QVAE SVNT IN DACIA INFERIORE SVB PLAVTIO CAESIANO sunt ī HISPANOR ET ī HISPANOR VETERANÆ; ut in DACIA SVB TERENCE SCAVRIANO fuerunt ī HISPANOR P F (cf. supra ad p. 79*. §. 12.) ET ī FLAVIA VLPIA HISPANORVM miliaria civium Romanorum sec. Traiani dipl. a. 110. datum (ap. Arneth. p. 49. sqq.); in Aegypto steterunt SVB MACRINIO Vindice cohortes ī FL VLP HISP m... ET ī HISP (desunt non nullae litterae; an *oeter* [?] sive *ocr* [?] sive *equit*) et ī HISP SCVTAT sec. Antonini Pii non ante a. 145. datum dipl. mil. ap. Arneth. p. 62. sqq. et paullo aliter ap. Cardinal. p. XXXVIII. Florentinus titulus ap. Gor. I. 337. = Gud. 154, 1. = Murat. 795, 5.: M. AVRELIO. M. F. | LYAEO. EQVIT. ROM. | PRAEF. COH. I. FL. | HISPANOR. tell.; Circeiensis ad p. 102*. §§. 22. sq. cit.: C. VIBIO. C. F. POMPI IN [POMPTIN Murat.] CELERI [CELERI Mur.] PAPIRIO RVFO | PRAIF [PRAEF. Mur.] COH. I. MONTANOR. [MONTANOR. Mur.] | TRIB. COH. I. FLAVIAE. HISP. | m. EQ. PRAEF. ALAE. I. VLP. | SINGVL. | CIRCEIENSES | EX. DD. PP. Complures itaque Primae Hispanorum cohortes fuerunt, ut Cardinalius quoque (p. 187. n. XXIX.), Henzenius (p. 81.) alii-que agnoscunt et lapides etiam comprobant. inter quos ad eam de qua loquimur pertinentes primum locum tres apud Maff. Mus. Ver. 446, 2. et 6. 447, 1. ex Gordonio repetiti, in Britannia septentrionali reperti habeant: 1) ... | COH. I. HIS | CVI. PRAE | M. NAENI | V. S. AGRIPI | TRIBV[nus] (= Donat. 1, 3.) 2) ...

VSORIVS | M. FIL. VOLTINIA | CORNELIANVS. . . . PRAE|FECTVS
 | HISP...|| (= Camden-Gibson. p. 1101. et Donat. 53, 5.)
 | AMMONIVS. DA|MIONIS.) . COH | I. HISPANORVM||| Lusi-
 tit. ap. Gruter. 368, 5. habet Q. ATTIO. T. F | MAEC. PRISCO||
 EF. COH. I | HISPANORVM. ET. COH. I | MONTANORVM. ET. COH.
 ITANOR. TRIB. MIL. LEG. I | ADIVTRIC. DONIS. DONATO | AB-
 ERVA. CAES. AVG. GERM. etr. Equitatem fuisse cohortem
 pan. docet memorabilis Camerinensis titulus apud Do-
 p. 229. qui ipse eum vidit et exscripsit, s. Reines. p. 462.
 lium p. 175, 1. s. Orell. 804. M. | MAENIO. C. F. COH. AGRIP-
 VSIDIO. CAMPESTRI | HOSPITI. DIVI. HADRIANI. PATRIS | SEN-
 PRAE. COH. II. FL. [FE Gud.] | BRITTON. EQVITAT. ELECTO|
 O. HADRIANO. ET. MISSE | IN. EXPEDITIONEM. BRITAN|NICAM.
 COH. I. HISPAN | EQVIT. PRAE. ALAE. I. GALLOR | ET. PAN-
 R. CATAFR. ACHA|IAE [CATA|PHRACTAE Reines.] PROC. AVG.
 CLASSIS | BRITANNICAE. PROC. PROVIN|CIAE. BRITANNIAE [BRIT-
 AE Gud.] EQVO. PV|BLICO. PATRONO. MVNICIPI | VICANI. CEN-
 ACENSES M P L | CONSECVTI AB. INDVLGENTIA | OPTIMI. MAXI-
 . IMP. ANTO|NINI. AVG. PII. BENEFICIO. INTER|PRETATIONIS.
 PRIVILEGIA | QVIBVS. IN. IVRE. CIVIVM. AVCTI | CONFIRMATI-
 VNT | L. D. D. D Sine numeri adiectione celebratur PRAEF.
 HISPAN [sic] titulo Rom. ap. Oderic. inscr. Rom. 1765. 4.
 n. XXVI. = Donat. 452, 9. item in lap. Aeserniensi quem
 103*. ꝥꝥ. 1. sq. dedimus, PRAEF. COH. HISPANOR. IN CAPPADOC.
 cohorte *Secunda* Hispanorum ad p. 79*. ꝥ. 5. disputavimus;
in Quartamque memoratas non invenio; *Quinta* sec.
 siani dipl. mil. a. 74. datum ap. Arneth. p. 29. sqq. IN GERMA-
 VE CN. PINARIO CORNELIO CLEMENTE stetit; equitata dici-
 lap. Etrusco ap. Gor. I. 337, 6. (= Gud. 165, 2. s. Murator.
 i.) D. M. | L. FADI. CORNV^I | TITI. MESSIANI | PRAEF. COH. V.
 PANOR. TRIB. MIL. | LEG. V. MACED. etc. De *Sexta* est tit.
 inus ap. Gruter. 1104, 3. hic: „... PRAEF. COH. VI. HISPAN-
 ... TRAIANI..... | ... EAS“. *Decimam* non nisi
 errorem memoratam videri supra monitum est. — *Axe-*
o) Uxeludiano Geogr. Rav. V. 31. quod Galeus p. 147. *Hex-*

ham interpretatus est. Camden. p. 467. „Infra *Chollerford* uterque Tina confluit, qui iam auctus subindeque auctior uno alveo urget ad Oceanum iter per *Hexham*, Bedae [*Hagulstad* III. 2. IV. 12. V. 20.] *Hangustald*, Saxonice *Hexteldesham*, quod Rom. saeculo *Axelodunum* fuisse nomen persuadet“. cf. Camden-Gibson. p. 854. Sed haec vocabuli fallax similitudo neque nos movet, ut retro in Northumbriam eamus in eam regionem, ubi nos *Corstopitum* et *Hunnum* (cf. ad γ. 3.) quaerenda esse coniectavimus; sed locum in Cumbria, ubi nunc est *Burgh upon sand*, ut uno loco Volkmannus quoque voluit, cum alio Camdenum sequeretur, potius fuisse credimus. Mannertus et qui ex eo hauserunt, Reichardus ac Forbigerus, dant *Brugh*, sed de eodem loco eos sensisse apparet. Gortonus etiam v. *Hexham*, county *Northumberland*, observavit: „Some have supposed it to have been the site of... *Axelodunum*; but its origin may with greater probability be ascribed to the period of the Saxon Heptarchie...“ et „*Burgh-upon-the-sands*, county *Cumberland*. A parish and township in *Cumberland ward*, situated on the north side of the ship canal and on the south side of the great Roman wall...“

— γγ. 24. sq.] *Cohors Secunda Thracum* etiam sub Comite limitis Aegypti stetit, ut Not. Or. (p. 69.) c. XXV. §. I. C. 8. indicat. Haec h. l. memorata iam sub Traiano a. 104. IN BRITANNIA SVB L. NERATIO MARCELLO fuit, ut dipl. mil. ap. Cardinal. p. XXXI. docet; antea cohortes I. ET II. THRACVM steterant IN IVDAEA SVB CN POMPEIO LONGINO sec. Domitiani dipl. mil. a. 86. dat. ap. Henzen. p. 26. sq. Aegyptiaca illa fortasse II AVG[usta] THRACVM fuit, quae a. 167. IN PANNONIA INFERIORE SVB CLAVDIO POMPEIANO militaverat sec. dipl. mil. ap. Cardinal. p. XXXIII. Unam tantum Secundam Thracum cohortem fuisse, ut Henzen. p. 46. sumpsit, haec Notitia ut credamus, vetare videtur; sed utrum COH. II. THRACVM SYRIACA in lapide Praenestino ap. Gruter. 565, 2. memorata cum Augusta, an cum illa Britannica eadem, aut ab utraque diversa fuerit, nunc in medio relinquendum est. Cf. quae ad p. 92*. γγ. 28. sq. de co-

us Thracum disputata sunt. — *Gabrosenti] Gabrocentio*
 Rav. V. 31. Pancirol. „Gabrantanicum in hac insula
 naeus collocat“. omnino vero Ptolem. II. 2(3). *Γαβραν-*
ων (Gabrantovicorum) *εὐλίμενος κόλπος* non ad vallum,
 ad comitatum Eburacensem pertinet. cf. Camden. p. 416.,
 en-Gibson. p. 740., Mannert. II. 2. ed. 2. p. 185. Camdenus
 nullum omnino in castellis enumerandis ordinem Noti-
 neret, vacillat et ex uno comitatu in alterum transilit:
 h. l. in Dunelmensem episcopatum quasi resupinus de-
 est in eum locum, ubi pontem Aeli fuisse supra ad p.
 §. 26. coniectavimus, cum p. 445. (cf. p. 856. ap. Gibson.)
 ret „Ad Tinam est *Gateshead*, Saxonice *Gaetsheved*, et
 icis, quod idem sonat, *Caprae caput*, quasi Novi Castri
-Castle, Northumbriae metropoleos], quod alteram Tinae
 occupat, suburbium.... Si ego etiam hoc limitaneam
 stationem fuisse dixero quam *Gabrosentum* Britannico
 lo vocarunt, . . nihil uti spero, veritati absonum dixero.
 enim pro capra et *hen* in sermonis contextu pro *pen*
 caput est, usurpant Britanni, et eadem plane significa-
caprae caput nostris Latine dicitur, ut *Brundistum*
 priorum lingua a cervi capite nomen habet“. neque Ga-
Gabrosentum Gateshead interpretandum esse dubitavit,
 o burgo Gortonus sic scripsit: „*Gateshead, county pa-*
of Durham. An ancient borough and parish in the east
on of Chester ward, situated on the south side of the
Tyne, opposite New-Castle, to which it is a suburb, and
cted by a handsome stone bridge. It has been suppos-
hat it was once a fortified Roman station, and many
vities have been discovered“. Cum recentioribus versus
 b Axeloduno hoc castellum prope hod. *Drumbrough-Castle*
 ierim. Gorton. v. „*Drumburgh, county Cumberland. A*
hip in the parish of Bowness, Cumberland ward, and
ite of a Roman station; the fort is about 110 yards
e, with high ramparts and a deep ditch. Its area has
converted into a garden and orchard to Drumburgh castle,

an old mansion which was built out of the ruins of the fort and wall^a.

— ꝥꝥ. 26. sq.] *elie C. classi caetunnocelo A, classicae Tunnoceolo B, classicentūno celo C, classicae & Vnocello aa. Aeliae nomen haec quoque cohors (cf. ꝥ. 15.) ab Hadriano imp. gesserit; ALA CLASSIANA civium romanorum IN BRITANNIA a. 106. militavit sec. Traiani dipl. mil. ap. Cardinal. p. XXXII. COH. II. CLASSICA ap. Gruter. 413, 3. ex Ursini schedis s. ap. Orell. 3620. in lapide Bochignianensi legitur. Classiarios milites fuisse nomen indicat, quod Pancirolus quoque ac Camdenus viderunt. Ille sic annotavit: „Ab Aelio Hadriano forte haec cohors restituta Aelia est nuncupata. Nero ex classe legionem conscripsit, classicam dictam. [cf. Sueton. Galb. 12. „cum (Galba) classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret, recusantes atque insuper aquilam et signa pertinacius flagitantes non modo immisso equite disiecit, sed decimavit etiam^a. Vide quoque Plutarch. in Galb. c. 15.] Tacitus [Hist. I. 6.] *Inducta, inquit, legione Hispanica [lege Hispana], remanente ea quam e classe Nero conscripserat*. Haec tum erat Romae, quam idem Tacitus deinde classicam his verbis [ib. I. 31.] nominat: *legio classica nihil cunctata praetorianis adiungitur*. Vel classica haec cohors est dicta, quia classem Britannicam comitabatur, cuius meminit Iavolenus in L. 46. D. ad SC. Trebell. [XXXVI. 1.] ... Reperitur et legio prima classicorum, de qua ita Tacitus [Hist. II. 67. et aliis locis multis de eadem legione] *Prima, inquit, classicorum legio in Hispaniam missa, ut pace et otio mitesceret*, cuius pars forte haec cohors fuit. Idem [ib. I. 31.] *Legioni ait classicae diffidebatur*, et alibi [ib. II. 14.] *Acie ita instructa, ut pars classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exurgeret*; rursus [ib. II. 17.] *Intercepti C equites ac M classici*. Classiarios milites vocat Lampridius in Commodo [c. 15.] *qui vela comitabantur* [*ducebant*] habet Lamprid.] ... A Classica etiam Galliae Narbonensis colonia haec cohors posset derivari^a. Ita priorem satis bonam annotatio-*

nem ipse clausula adiecta, perquam inepta, corrumpit Panciro-
 lus: potius admitti possit annotatio, etiam Ravennam a classē
 sua Classitanam v. Classensem civitatem dictam esse, sec. Ma-
 rin. *papiri diplom.* p. 249. b. Cf. Iornand. ad p. 118*. ꝥꝥ. 10. sq.
 transcr. et quae ad eiusd. pag. ꝥ. 6. de re classica exhibui-
 mus. Camdenus p. 469. „Nec credible est Vallum sive Mu-
 rum ulterius [ultra *Wallsend* Northumbriae] perductum fuisse,
 cum nulla ulterius sint eius indicia, et Tina iam proximi-
 mus Oceano alveo suo altissimo pro munimento est firmis-
 simo. Sunt tamen qui ad ipsum Tinae ostium, quod *Tinmouth*
 nuncupatur, pertigisse volunt, illudque *Pen bal crag*, i. e. ca-
 put valli in rupe dictum contendunt, quibus nec ego refraga-
 bor. Sed hoc Romanorum saeculo *Tunnocellum* fuisse fere
 asseverabo, cum *Tunnocellum* promontorium Tunnae vel Ti-
 nae sonat, ubi Coh. I. Ael. Classica (ab Aelio Hadriano, ut
 probabile est, instituta) navalibus operis meruit. Naves enim
 Lusorias dictas in fluminibus limitaneis habuerunt Romani...
 Saxonica Heptarchia *Tunnacester* vocabatur, non a Tunna
 abbate, ut Beda [H. E. IV. 22.] minus considerate tradit, sed
 a flumine... nunc autem *Tinmouth-Castle* appellatur“ etr.
 cf. Camden-Gibson. p. 857. De Northumbrico *Tynemouth Gor-*
tonus refert: „*A parish and township in the east division of*
Castle ward. It is of great extent and forms the south-east
corner of the county, being bounded on the south by the river
Tyne, and on the east by the ocean.... In the time of the
ancient Britons, this place was called Penbal-Crag, or the
Head of the Rampart on the Rock; where from remains dis-
covered in 1783, the Romans are supposed to have had a
strong fortress...“. Dextrorsum ad mare Germanicum reces-
 sit Camdenus, nos sinistrorsum pergimus atque, quod recen-
 tiores omnes comprobare video, *Tunnocelum** ad occiden-

*) Si haec iusta scriptura est, nec geogr. Rav. *Fanocedi* (pro *Fano*
Coeli?) propius ad veritatem accedit, quod aliorum codd. discrepantes
 scripturae a Galeo p. 147. annotatae (*Fanocodi* Ms. reg. Gall.) et *Fanoco-*
cidi ms. Vat.) confirmare videntur; sed ipse eo magis inclino, ut ab
 Ituna priorem vocabuli partem deductam esse putem.

talem oceanum in Cumbria quaerimus, ubi vicus *Bowness* (cf. Volkmann. IV. 425., Hassel. p. 314., Gorton. h. v.), quem alii *Bowlness* s. *Boulness*, *Bulness* scribunt, ad Itunae aestuarium (*Solway firth*, *Cumberland ward*) conditus est.

— ꝥꝥ. 28. sq.] *Armorum* (pro *Morinorum*) € , *Marinorum* ad. Cohors I. IN BRITANNIA SVB L. NERATIO MARCELLO militavit sec. Traiani diploma supra ad p. 81*. ꝥꝥ. 6. sq. exhibitum. memoratur in lap. Salonit. ap. Murat. 853, 3. Q. SERVILIO | M. F. PALAT | PACVVIANO. AED. | PRAEF. COHORT. I | MORINORVM | M. SERVILIVS. COPIEN | SIS. PACVVIANVS | PATER. FECIT. ET. SIBI. De Morinis, quos Vergilius VIII. 727. extremos hominum, Pomp. Mela III. 2. 'ultimos Gallicarum gentium', et Tac. Hist. IV. 28. cum Menapiis 'extrema Galliarum' vocat, Iulii Caesaris temporibus iam celeberrimo populo in hod. Flandria, unde „erat brevissimus in Britanniam transiectus“ (Caes. B. G. IV. 21.), cuius nomen Oceanum accolentes significat, etiam Strabo IV. p. 194. 199., Ptolem. II. 8 (9), Plin. H. N. IV. 17. sect. 3. XIX. 2, 1., Dio Cass. XXXIX. 44. 50. sq. LI. 21. alii, atque inter recentiores Vales. Not. Gall. p. 357. sqq., Mensonis Altling. German. infer. p. 97. sq., D'Anvill. *Notice de la G.* p. 466., Ukert. II. 2. p. 376., Herm. Mülleri *Die Marken* I. 15. sqq. atque imprimis Zeuss. p. 209. sqq. conferendi sunt. — *Glamibanta* Notitiam habere et in vetusto exemplari legi *Glamubanta* annot. Surita It. Ant. ed. Wess. p. 480. ad nomen *Clanoventa* p. 481., Simlerus *Clamoventa*, Galeus *Glanoventa* dederunt. Camden. p. 423. „Ut hanc *Banbrig* [in comitatu *Richmond*] *Glannobantam* s. *Glanoventam* . . . credam, aliqua me ratio movet, et iubet illa quae est nominis et significationis affinitas, ut VENT in inscriptione [quae ibi reperta est et sic habet: ----- CAESARI AVGVSTO | MARCI AVRELIJ FILIO | ----- | SENIS IOVIS (Camd.-Gibs. p. 760. IONIS) AMPLISSIMI | VENTS PIVS.] taceam, Vallis enim *Wentdale* dicitur. . . .“ Sed in edit. II. ad ripam fluvioli *Wentsbeck* infra Northumbricum oppidum *Morpeth*, ubi Gibsonus natus est et Horsleius olim parochus dissentientium fuit, *Glanoventam* quaerendam esse significavit. cf. Camden-Gibson.

p. 859. Sed neque ille locus ad Urum fl. neque hic Northumbri-
 bicus in linea valli esse dici potuit, non magis quam *Gebrin*
 aut *Anterchester* in *Glendale*, ubi Galeus Glaniventam repe-
 riri putavit*; neque cum Gibsono p. 869. in Northumbri-
 co *Caerborran*, neque cum Wesselingio, Chalmersio Sprunero-
 que in Dunelmensi *Lanchester* illud Morinorum castellum quae-
 rendum esse videtur; sed nec ad Moricamben aestuarium in
 Cumbrico vico *Holm* (Hassel. p. 315.), ubi Mannertus quaeri
 voluit; nam huius tractus praesidia in prima huius capitis
 parte (§. I. A.) recensita vidimus. et multo magis versus me-
 ridiem situs est vicus Cumbricus *Ellenborough* i. e. burgus ad
Elue fl., in quo Reichardus Glannibantam repperisse sibi vi-
 sus est, quemque alii pro Olenaco sumpserunt. Ceterum mō-
 nendum est nequaquam constare diversas non fuisse Glanni-
 bantam Notitiae Claniventamque sive Clanoventam sive Da-
 noventam sive Chanoventam Itinerarii; ut recte haec in Du-
 nelmensi episcopatu, illa in Cumbriae partibus prope vallum
 quaeri possit. Veri tamen similem esse hanc diversitatem
 ipse non crediderim, cum praesertim et inter sequentium trium
 castellorum vocabula eaque quae It. Ant. p. 481. habet, magna
 similitudo intercedat; nam ibi sic legitur „a Clanoventa Me-
 diolano M. P. CL sic: Galava [*al.* Calava, *al.* Gallava] M. P. XVIII.
 Alone M. P. XII. Galacum [*al.* Calacum, *al.* Gallacum] M. P. XVIII.
 Bretonaci [*al.* Bretonnaci, *al.* Brentonaci] M. P. XXVII.
 Coccio [*al.* Coetio, *al.* Coctio, *al.* Goccio] M. P. XX. Mancunio

*) Galeus opinionem p. 116. prolatam ipse sequenti p. refutare vi-
 detur. verba eius haec sunt: „*Glanventa*. Forte *Gebrin* Bēdae, Regia
 olim villa in *Glendale*, quae in vicinia sua *Anterchester* prospicit; cuius
 nomen et rudera satis prae se ferunt Romanorum temporum, et cuius
 e ruinis *Gebrin*, verisimile est, noscebatur. Fluvius ille qui nunc *Bow-*
ent, *Glan* olim dicebatur vel *Glain*, ab eo tota vallis nomen traxit
Glendale. Notitia quidem Imperii Glanibentam ponit ad Lineam Valli,
 sed ita fere laxè locuta est, ac cum Aballabam (*Appleby* [immo, cf.
 supra]) etiam ad Lineam Valli designaverit, quae tamen ad XXV. abest
 a Vallo lapidem, haec autem statio XXXIV.“

M. P. XVII.⁴ et r. Rem antiquariis Britanniae septentrionalis topographiae studiosis altius perquirendam relinquimus.

PAG. 115*. ꝥꝥ. 1. sq.] *terciae* D. *Neruorum* A. De Nerviorum cohortibus, ap. Tac. Hist. IV. 33. sine numeri quot fuerint adiectione memoratis, ex diplomatis militaribus quae dicunt lapidibusque haec comperimus: *Prima* sub Traiano in Britannia militavit, a. 106. (cf. Cardinal. p. XXXII. n. XII.), sub Antonino Pio a. 154. I AVGVSTA NERV. fuit in *Aegypto et Cyren* SVB MACRINIO *Vindice* (ibid. p. XXXVIII. et p. 167. not. 319. ubi Augustas dictas cohortes omnes enumeravit Cardinalius; *Borghesii Memoriae* I. p. 34.). dubito an huc quoque pertineat titulus Scoticus in vico *Miniabruch* repertus ap. Camd.-Gibs. p. 920. D. M | C. IVLI | MARCELLINI | PRAEF | COH. I. HANIOR., ut hoc vocabulum perperam lectum fuisset pro NERVIOR.; *Secunda*, *Tertia Sextaque* item in Britannia, sub Platorio Nepote, steterunt, cum Hadrianus imp. diploma supra ad p. 114*. ꝥꝥ. 1. 2. transcriptum emitteret; tertiam de qua proprie ad h. l. agitur, non Secundam, ut Gruter. 1179, 1. dedit, *Civium Romanorum* fuisse, ostendit lapis in *Whitley-Castle*, Cumbriae vico, sec. Camd. l. c. repertus, quem ex Camd.-Gibs. p. 836^b. (cf. Iansson. *Atl.* IV. p. 348. et Gale, p. 118.) repeto, cum neque Wessel. ad It. Ant. p. 481. nec Muratorius qui bis eundem exhibuit (247, 3. et 457, 3.), satis exacte versatus, ac Cardinalius p. 158. obs. XXXI. utramque, et Secundam et Tertiam, Civium Romanorum fuisse ex eodem lapide probari posse opinatus esset, neque Henzen. p. 95. de iusta scriptura satis certus fuisset: IMP. CAES. Lucii Septimi Severi Ara-|BICI, ADIABENICI, PARTHICI, | MAX. FIL. DIVI ANTONINI Pii Germanici | SARMA. NEP. DIVI ANTONINI Pii PRON. | DIVI HADRIANI ABN. DIVI TRAIANI | PARTH. ET DIVI NERVAE ADNEPOTI. | M. AVRELIO ANTONINO PIO | FEL. AVG. GERMANICO PONT. MAX. | TR. POT. -- X -- IMP. ---- COS. IIII. P. P. --- | PRO PIETATE AEDE -- VOTO-| COMMVNI CVRANTE ---- | ----- LEGATO AVG. | PR---- COH. III. NERVIO---- | RVM--- G. R. POS. Ceterum Henzenius l. c. in dipl. Hadriani ꝗIII NERV. *milliaria* legendum esse proposuit. *Sexta*, quam Vi-

rosidi stetitisse §§. 6. sq. docent, memoratur in lapide reperto in *Baintbrig* (*Richmondsh.*), quem ut ap. Gruter. 266, 4. et superscriptio et ipse titulus emendari possit, ex *Camd.-Gibs.* p. 759. transcribo: „. . . among several proofs of Roman Antiquity, I have seen this fragment of an old Inscription in a very fair character, with a winged Victory supporting it: IMP. CAES. L. SEPTIMIO | PIO PERTINACI AVGV. -- | IMP. CAESARI. M. AVBELIO A- | PIO FELICI AVGVSTO ---- | IIIIIIIIIII | IIIIIIIIIII | BRACCHIO CEMENTICIVM -- | VI NEVIORVM SVB CVRA LA | SENECION AMPLISSIMI- | OPERI L. VI SPIVS PRÆ- | ----- LEGIO. -----“.

— *Alione* aa. De *Alionae* s. *Alionis* situ minime certi sumus. cf. proxime superiorem annot. i. f. *Pancirolus*: „*Lancaster* nunc dicitur“; *Camdenus* (de quo videnda quoque sunt ad p. 113*. §§. 18. sq. annotata) p. 433. sq. primum haec dederat: „. . . sic ego iter illud [*It. Ant. l. c.*] disponendum existimo: GALACVM XIX. ALONE XII. BREMETONACI XXVII. *Alone* enim statim a *Bremetonaco*, *Galaco* non interposito, locat *Notitia* . . . Ab hoc burgo *Lonus* fl. . . . *Lancaster* ad australem ripam videt, praecipuum regionis oppidum, quod incolae verius *Loncaster*, uti et *Scoti* qui *Loncastell* vocant; a *Lono* enim fl. nomen assumpsit. Cur igitur non hanc urbem illam fuisse existimem, quam *Romani Alone*, et *Notitiarum* liber *Alione* dixerit. . . . Distantia utrinque suffragatur, nec absurdum erit, si *Romanos Alone* pro *Arlone* nominasse putemus, quod *Britannis ad vel super Lonum* sonat“ et c. (*Gorton. v. Lanchester. „co. Pal. of Durham. A parish and township in the west division of Chester ward . . . was once a place of considerable importance, and a great Roman station; and though its irregular ruins have long been levelled, yet it still exhibits one of the most conspicuous remains of a Roman fortress at present extant in England“.*) Idem vero *Camdenus* in ed. II. ipse a se decavit; nam ap. *Gibson.* p. 836. post exhibitam in *Whitley-Castle* („*Whitley, co. Northumberl. A township and chapelry in the parish of Tynemouth and east division of Castle ward, pleasantly situated near the sea*“ et c. *Gorton.*) repertam inscr. ita

pergit: „Now seeing the third cohort of the Nervii was quarter'd in this place, seeing also the Notitia sets them at Alione, as Antoninus does [?] at Alone, and a little river running under it is call'd Alne; if I should think this to be the very Alone, I could not indeed deliver it for a positive truth, . . . but it would at least seem probable“. Et probaverunt multi, inter quos etiam Galeus p. 117., Wesseling. l. c., Chalmersius, Sprunerus et Reichardus, qui praesidium in Notitia recensitum a mansionem Itinerarii diversum fuisse affirmat. sed iam ipse Gibsonus p. 869. ad Camdenum annotavit: „*Old town* [Northumbriae locus non ita procul a confluentibus duobus Alon rivis distans] *seems more likely to be the Alone of Antoninus (in the Liber Notitiarum Alione)*, than any other place which has hitherto been thought on. It answers best the distances both from Galana and Galacum; and many Roman antiquities, which have been found there, strengthen the conjecture. The name of the river also . . . argues as strongly for this place, as West-Alon can do for Whitley“. Mannert. p. 134. 137. hoc praesidium a Cumbriae oppido *Keswick ad Derwent fl. sito* (Volkmann. IV. 357., Büsching. p. 741. n. 11., Hassel. p. 313., Gorton. „*K. co. Cumberl. An ancient market-town and chapelry in the parish of Crosthwaite, ward of Allerdale below Darwent*“ et c.) unum miliare geogr. meridiem versus a fuisse putavit. At videant alii an hi loci omnes nimis a linea valli remoti non sint.

— γ. 3.] *armatarum* (pro *armaturar_{um}*) mss., *armatorum* aa. Cf. Notit. Or. cap. X. §. I. A. 6., Not. Occ. c. VIII. §. I. A. a. 3. et annot. ad h. l. pag. 304*. *Armaturarum* h. l. alia significatio est atque in illis; nam hic pro levis armaturae militibus, pedibus puto, sumendi esse videntur, ut inopportuno loco ad Not. Or. l. c. annotavi. Veget. II. 15. „Post hos [hastatos] erant Ferentarii et levis armatura, quos nunc Exculcatores et *Armaturas* dicimus.“ et II. 17. „Ferentarii autem, *Armaturae*, Exculcatores, Sagittarii, Funditores, h. e. levis armatura“. (cf. *Stewech.* ad h. l.) III. 14. „Tertius ordo disponitur de Arma-

turis velocissimis, de Sagittariis iuvenibus, de bonis iaculatoribus, quos antea Ferentarios vocabant⁴. ARMATVBA Legionis II. L. CALPVRNIVS AMORIOTIVS CONCITATVS est in inscr. Belgrad. ap. Murat. 801, 8. et IVL. MAR|INVS. A. RA. [S. potius ARA, I. E. Ara oriundus] LEG. XIII. G. M. V. in lap. prope Mogont. reperto ap. Steiner. n. 332. et CANDIDIAE. VRBANAЕ | MATERNIVS. PARDVS. . . | ARMATVBAE. . . [legionis] XXII. MARIT. | F. C. ibid. n. 473. ad hos titulos cf. Borghesi *Inscr. del Reno* p. 6. Pancirolus perperam: „equites sunt totis armis tecti, etiam Armigeri vocati⁴. neque rectius puto Camden. ap. Gibson. p. 835. „*Those Armaturae were Horse arm'd cap-a-pee: but whether they were duplares or simplares (Veget. II. 7.), my author has not told us*⁴. Ap. Amm. Marc. XIV. 11, 21. XV. 5, 6. Mellobaudes s. Mallobaudes, et XXVII. 2, 6. Balchobaudes armaturarum tribuni, XV. 4, 10. Arintheus agens vicem armaturarum rectoris memorantur. Vales. ad Ammian. XV. 5, 33. v. cum armaturis: „ex Iuliani (imp. in Orat. I. ad Constantium, p. 48. Spanh., et Orat. II. i. f. τὰς μὲν ἰππέων et ἕλη δὲ τῶν ἰππέων) verbis Armaturas equites fuisse apparet, quanquam Zonaras [XIII. 8. μετὰ πλήθους ὀπιλιτῶν] pedites videtur vocare⁴. Utrum equites peditesve Armaturae fuerint, neque ex Iuliano neque ex Zonara probari posse videtur. parum autem recte Forcellinius h. v. Armaturas ap. Ammian. cum Scholis Armaturarum Magistris Officiorum constitutis easdem fuisse sumpsit. Armaturas hic intellego Legionis Sextae. — *bremēteraco* λ, *Bremeteuraco* αα, *Bremetenraco* (bremeteñaco pro bremeteñaco) ceteri; *Bremetonaci* It. Ant. supra ad §§. 28. sq. cit.; *Bresnetenati* [corrigo *Bremetenaci* s. *Bremetonaci*] *Veteranorum* Geogr. Rav. V. 31. De situ non constat inter recentiores. Pancirolus Ptolemaei Βρεμείνιον, Otadinorum oppidum, huc trahi voluit. Camdenus p. 431. de Lancastriae loco *Riblechester* s. *Ribchester* inter alia haec protulit: „Ptolemaeus *Rigodunum*, si pro *Ribodunum* a *Riblechester* non omnino abludit, et Antoninus *Bremetonacum* posuit. *Bremeturacum* Notitiarum liber vocat.... Sed qui fit, occurrat quispiam ex Notitiarum libro, ut cum

Armaturarum Cuneus ad valli defensionem institueretur, in hac urbe ageret, quae Vallo plus minus 60 mill. pass. abest? Hunc scrupulum tollit Zosimus⁴ II. 34. supra ad p. 76*. transcriptus, ubi Constantinus vituperatur, quod limites a praesidiis nudasset, militibus in oppida redactis; qui tamen locus aperte non excusat, si quis praesidium, quod „per lineam valli“ fuisse indicatur, LX M. P. a vallo remotum fuisse statuere velit. De Ribchester, co. Pal. of Lancaster, Gortonus refert esse „celebrated as being the site of a Roman station of considerable magnitude, said to have been the Rigodunum of the Romans; from the great number of antiquities which have been discovered, it appears to have been of great wealth and elegance; two remains of military ways may still be traced, one leading to York, and the other to the north over the forest of Bowland“. In Lancastria idem Camdenus substitit, quamvis magis septentrionem versus tendens, cum in altera editione (ap. Gibson. p. 794.) scriberet: „If a man might have the liberty of a conjecture, I should take it (Overburrow, vicum ad Lonum s. Lunum fl.) to be Bretonacum, which was a distinct place from Brementuracum, as Surita very reasonably supposes, upon the account of its distance from Coccium or Ribchester“. Et hanc sententiam etiam Galeus p. 119. comprobavit; Britannice locum *Bremeinig-Tan* sonare, i. e. collem saxeam, cui ignis imponitur, idemque Saxonice vocabulum *Ingleborough-hill* significare. „Non errat itaque Camdenus (pergit Galeus) cum Bretonaca locat apud *Overburrow*, ad radices huius montis. Praeter nomen, nummi, lapides insculpti, et pavimenta tessellata hic figunt stationem. Distat vero M. P. XXXII a Galaco; levi negotio ex istis numeris fecit incuria librariorum XXVII, mutando tertiam X in V.“ Vereor autem ne Galeus nobis X pro V fecerit. Gortonus etiam „Burrow, co. Pal. of Lancaster. A township in the parish of Tunstall and hundred of Lonsdale, south of the sands, .. is the site of the Roman station of Bretonacae ..“ et in addendis: „Overburrow, co. Pal. of Lancaster. A town-

ship in the parish of Tunstall and hundred of Lonsdale, south of the sands, situated near the conflux of the Ledbeck and the Lune. This place, now a small village, appears to have been anciently a Roman station, perhaps that called by Richard of Cirencester Ad Alaunam, as tessellated pavements, coins, and other relics of antiquity have been found here..“

Certe veri multo similis est, praesidium de quo agitur, in Cumbria quam in Lancastria fuisse, ut Camd. ap. Glbson. p. 835. coniecit, his verbis: „Hard by [Castle-steed et Gillesland] is Brampton, a little market-town, which I take to be the Bremeturacum along the Wall (for 't is scarce a mile from the Wall), where formerly the first Cohort of the Tungri from Germany [quod ex lapide ibi reperto colligitur], and in the decline of the Roman Empire the Cuneus Armaturarum. . was quarter'd“. Gorton. „Brampton, co. Cumberl. A parish and market-town, the latter of which is seated in a deep and narrow vale. . . A lofty conical mount at the east end of the town, called the moat, bears marks of an ancient fortification, but is now covered with trees“. Ceterorum coniecturae e tabula supra (p. 885.) inserta cognosci possunt. Id unum observasse iuvabit, *Bremetonacum* (pariter atque *Olenacum*, de quo paullo post, ac nostrum Rhenanum oppidum *Antonnacum*, ad confluentes *Nette* rivum Rhenumque situm) ad aquam conditum locum significare. Vide magnam nominum in *acum* exeuntium copiam, quae omnia locorum ad fluvios sitorum fuerunt, in *Annalib. Lauriss. ap. Pertz. Monum. Germ. I. p. 148. §§. 10...20.**

— §§. 4. sq.] *Herculae* §. *Ala Prima Herculia* est in *Not. Or. c. XXV. §. 1. B. 6.* sub *Comite Limitis Aegypti*, *Ala Prima Nova Herculia* *ib. c. XXXII. §. 1. B. 1.* sub *Duce Syriae*, *Ala Herculex* supra *cap. XXIII. §. 1. 1.* sub *Comite Tingitaniae*; ceterum neque alas neque cohortes Herculeas in lapidibus, nedum in imperialibus diplomatis, me legere memini. — Neque de *Olenaci* situ certi quicquam habemus praeter huius *Notitiae* designationem, quod „per lineam valli“ fuit. *Camde-*

nus p. 453. primum „ad ostium [Oleni s. Eleni, *Elne* nunc nominant] *Elenburrrough* i. e. Burgus ad Elenum, *Olenacum* fuisse“ coniectavit. (cf. ad p. 113*. ꝥ. 6. sq.) idemque fere ad Camd.—Gibs. p. 824. not. 6. annotatum legitur; sed paullo post (p. 832.) legitur de castello Cumbrico *Linstoc in the barony of Crosby*, in dextra Itunae (*Eden*) fl. ripa supra *Carlisle* condito: „*the present name, I fancy, is contracted from Olenacum. For that Olenacum, where the ala prima Herculea lay in garison against the Barbarians, seems to have been along the Wall*“. Gorton. „*Linstock, co. Cumberl. A township in the parish of Staneviæ, Eskdale ward. Here was anciently a castle, the sqaure tower of which is still remaining*“. De loco Itiner. Aug. p. 481. *Galaco* dicto (cf. ad p. 114*. ꝥ. 28. sq. annot. i. f.), quem cum Ptolemaei (II. 2[3].) *Καλάτω* s. *Καλάω* in Brigantibus eundem fuisse putant, ad h. l. difficile est non cogitare. sed Camdenus *Galacum* primum (p. 433.) in Lancastrico *Overburrow* (cf. annot. proxime superiorem), deinde ap. Camd.—Gibs. p. 807. in Westmorelandico *Wheallep*—[s. potius *Whelp*] *Castle* quaeri voluit, Horsleius autem in *Appleby* (cf. ad p. 114*. ꝥ. 19.); Mannertus II. 2. p. 136. *Galacum* sive *Olenacum* prope hodiernum Westmorelandicum *Kendal* ad *Ken* fl. (cf. ad p. 113*. ꝥ. 10.) stetisse opinatus est. quod certe de Olenaco dictum huic Notitiae repugnat. Nomen Olenaci locum ad aquam conditum aperte indicat, cogitareque cum Camdeno de castello ad *Elne* fl. ostia sito, nisi *Ellenborough* nimium a vallo, meridiem versus, distaret (Gorton. „*Ellenborough, co. Cumberl. A township in the parish of Dearham, Allerdale ward below Derwent*“.); magis itaque est, ut hoc castellum in vicinia hodierni Cumbrici *Holm* (cf. Hassel. p. 313.) sive paullo plus versus septentrionem quaeramus. Gorton. „*Holme Cultram or Abbey Holme, co. Cumberl. A parish in Allerdale ward, below Darwent, situated on the west side, and near the mouth of that river and Solway Frith*“.

— ꝥ. 6. sq.] De hac cohorte vide annotationem ad ꝥ. 1. superiorem. — *Virosidum* Camdenus „*Werewic* s. *Warwic upon*

Eden near Carlisle in Cumbria fuisse interpretatus est, de quo loco Gortonus: „Warwick, co. Cumberl. A parish and township in Cumberland ward, pleasantly situated on the west bank of the river Eden, over which is a stone bridge of 4 arches, near the fort of an eminence, on which are the remains of trenches, probably raised to guard the pass during the times of Scottish invasion. From the large earth-works, still remaining, this place is supposed to have been a Roman station“. cf. Camd.-Gibs. 832. Camdenianae sententiae multo libentius accederem, quam Mannerti, qui p. 137. infra *Lancaster* prope burgum *Preston* paullo supra *Ribble* fl. ostia in *Lancastria* situm quaerendum esse opinatus est, atque addidit, finibus Britanniae tuendis magis meridiem versus nullis castellis opus fuisse, legionem enim [XX. victricem] *Devae* (*Chester*) oram inaritimam defendisse. Neque vero Camdeno subscripserim, *Warwick* pro *Virosido* sumenti, sed locum *Itunae* aestuario propiorem fuisse crediderim. *Chalmersius* ac *Sprunerus* nomen ei loco adscripserunt, ubi *Ellenborough* (cf. superiorem annot.) recentiores tabulae geographicae habent. —

De universis Britanniam secundum hanc Notitiam tuentibus militibus has rationes *Pancirolos* confici posse putavit: „Haec sunt praesidia 37, cohortes 16, quae cum unis Numeris Maurorum continent ferme peditum 8000. Alae vero quinque et Cuneus *Clibanariorum* [vult *Armaturarum*] minimum sunt equites 600. Extra lineam Valli per Britanniam erat legio VI. continens milites circiter 1000, Numeri 10, quos interpretor fuisse partes legionum sub praefecturis, omnes poterant esse 6000 peditum. Tres equitum ordines ferme 300. Pedites sunt omnes ferme 14000. Equites 900. qui merebant sub Duce in Britannia, praeter eos qui in eadem insula regebantur a Comitibus, et erant circiter peditum 9000, et mille equites, qui simul iuncti efficiunt ferme 23000 peditum et equitum 2900. qui universam Britanniam tuebantur. Hic nulla *Classis Britannica* nominatur, cuius *Iureconsultus* (in dicta *L. Seius* 46. [Dig.] ad [S.C.] *Trebell.*) et *Tacitus* (in II.) meminere“. —

- γ. 8.] *Offitium* et paullo post *offitiis*, *offitiales* B. —
idem vir spectabilis Dux omis. B, *Dux* omis. D.
 — γ. 10.] *officio* (pro *officiis*) B.
 — γ. 11.] *praesentialium* aa.
 — γ. 12.] *virū* A, *utrū* BC, *utrunque* aade¹.
 — γγ. 17. 18.] *Exceptores singulares* iunctim aa.

A P P E N D I X

ad annotationem cap. XXXVIII. Notitiae Occidentis

DE VALLO BRITANNICO

non nullorum recentiorum scriptorum commentariola.

I. HIERONYMI SVRTAE AD ITIN. ANTON. ED. WESSELING. PAG. 464.

Cum Spartianus in Hadr. c. 11. auctor sit, murum Hadrianum in Britannia per LXXX M.P. primum duxisse, qui Romanos a barbaris divideret, et *Valli* nomine magna munitionum mole a Septimio Severo longius productum fuisse; dubium erit, quis *limes* hoc Itinerario designetur. Ac mihi magis fit verisimile Severi *Vallum* intellegi: quod si ita esse donemus, auctor huius Itinerarii aetate Imperatoris Antonini Bassiani Severi F. opus hoc composuisse tradetur: et Imperatoris huius *Antonini* titulus erit, non *Antonini Pii*. Nam adeo singillatim hoc Itinerario a *Vallo* itinera ducuntur et ex aliis urbibus ad *Vallum*, ut verisimile non sit *Valli Hadriani* fieri mentionem, sed *Severi*: . . Iulius tamen Capitolinus in vita P. Anton. c. 5. Antoninum Pium auctor est Britannos per Lollium Urbicum vicisse, alio muro cespiticio, submotis barbaris, ducto. De Vallo Xiphilinus ex Dione haec prodit in Severo *Ολοῦσαι . . . δὲ τῆ ῥέμναι*. Eum itidem murum a *Severo* erectum atque constructum fuisse idem Spartianus in Severo c. 18. auctor est. *Britanniam* inquit . . . munivit, unde et Britannici nomen accepit. Aurelius Victor in Epit. hist. Aug. et Eutropius VIII. 19. in Severo, *Vallum* per XXXII M.P. a mari ad mare deduxisse, ut Spartianus, auctores sunt, si numeri mendo non carent. Nam Eusebius in libello Temporum ita prodit: *Severus . . . vallum per CXXXII M.P. a mari ad mare duxit*. Orosius VII. 17., ut Cassiodorus omittam, haec prodidit: *Severus victor . . . vallum . . . per CXXXII M.P. a mari ad mare duxit: ibique apud oppidum Eboracum morbo obiit*. In Notitia Provinciarum [i. e. Dignitatum] Tribuni cohortium per lineam *Valli* recensentur. Eo Vallo Picti, et regiones reliquae, quibus Scotiae regnum continetur, excluderentur.

II. GVIDONIS PANCIROLI COMMENTAR. AD NOTIT. OCC. CAP. LXXXIX.

. . . Subacta a Claudio Caesare Britannia, plures Legati, procuratoresque in eam insulam ab Imperatoribus missi fuere, qui illam in officio continerent, ut Tacitus (libro XIV. et in vita Agricolae) late explicat; Cumque saepe Britannii defecissent, Agricola penitus eos paca-

vit, postea imperante Hadriano cum rursus rebellassent, ipse eo profectus multa correxit, et neglecta Transmedana [? Transtwedana] regione, quae est Scotia, vallum per 8000 [ita ed. princ., recentiores: octoginta millia] passuum primus duxit, qui Barbaros a Romanis divideret: Eundem collapsum a Severo Imperatore restitutum fuisse Spartianus memorat .. Hic autem murus a Tinae fluminis ostio ad alterum amnem, qui Esca [sic] appellatur, usque ad Hibernicum Oceanum est perductus, ut ait Polydorus Virgil. (libro hist. Anglicae II.) et ex Goldae [sic omnes pro: Gildae] annalibus subdit; Id vallum primo non tam ex lapidibus, quam cespitibus factum, et propterea parum adversus incursus Barbarorum profuisse, quare hortatu legionis eo missae postea lapidibus extractum, et turribus aequis spaciis interpositis munitum fuit: nam prius maceries potius fuit, quam murus. Quod factum est Scotis et Pictis Angliam invadentibus; sed quia totam hanc historiam Beda (lib. I. [cap. 12.] eccl. hist. gent. Anglic.) exacte recitat, eius verba hic apposui. 'Ob harum ergo infestationem gentium . . . ad murum usque capessunt'. Haec Beda. Denique circiter ann. sal. 455. Martiano imperante, cum amplius hostium impetum Britanni sustinere nequirent, Anglos et Saxones ad sui tutelam vocaverunt, qui Vitos [Iutos] secum adducentes, cum tribus longis navibus vecti Orientalem insulae partem tenuerunt, cumque feliciter contra Pictos Scotosque pugnassent, in socios Britannos arma sumpserunt, et insulam tenuerunt. (Beda lib. I. cap. 15. et Zosimus.) Itaque eiculis praesidibus et militibus Romanis tota insula est amissa post quingentos annos, quam eam C. Caesar adiit. Valli autem per cuius lineam infra scripti milites excubabant, etiam nunc vestigia extare memorantur. Itinerarium Vallum imperii limitem appellat, in cuius linea excubabant XXIII tum cohortium Tribuni, tum legionum Praefecti, cum equitum Cuneo.

III. GVILELMI CAMDENI DISS. DE VALLO

sive *the Picts-Wall* in *Camdeni Britannia*, by *Edm. Gibson*. Lond. 1695. fol. p. 837. sqq. cum annot. Gibsoni p. 845.

That famous Wall, which was the bound of the Roman Province, call'd by ancient (Latin) Writers, Vallum Barbaricum, Praetentura, and Clusura¹, i. e. the Barbarous Wall, the Breast-work, the Fence or Hedge, crosses the upper part of Cumberland, and is not by any means to be past over in silence. 'Tis by Dio call'd Διατείχισμα, or Thorough-wall; by Herodian Χωμα, or A vast Ditch; by Antoninus, Cassiodorus, and others Vallum, by Bede Murus, by the Britains Gual-Sever, Gal-Sever, and Mur-Sever; by the Scots Scottis-waith, by the English and those that live about it, the Picts-wall, or the Pehits-wall; also the Keepe-wall, and by way of eminence, TheWall. When by the Providence of God, and the assistance of Courage, the Roman affairs had succeeded beyond expectation, and the ambitious bravery of that people had so enlarg'd their Conquests on all sides, that they began to be jealous of their own greatness, the Emperours thought it most advisable to set some bounds to their Dominions. For like prudent Politicians, they observ'd that Greatness ought to have its bounds;

¹ *The Fences in the Frontiers of the Provinces are call'd Clusurae, ab excludendo, from shutting out the enemy; and Praetenturae a praetendendo, from being stretcht out against the enemy. See P. Pithoeus in Advers. l. I. c. 14. Limits or bounds of the Empire.*

just as the Heavens keep their exact compass, and the Seas toss about within their own limits. Now these bounds were either natural, as the Sea, the larger Rivers, Mountains, Deserts; or artificial, viz. Fences contriv'd, such are Ditches, Castles, Towers, Barricadoes of Trees², Walls of Earth or Stone, with Garisons planted along them to keep out the Barbarians. Whereupon Theodosius's Novels (Tit. 43.) [ed. Haenel. p. 16.]: By the contrivance of our Ancestors, whatever is under the power of the Romans, is defended against the incursions of Barbarians by a boundary-wall³. In times of peace, the Frontier-garisons lay along the Line in Castles and Cities; but when they were apprehensive of the incursions of the neighbours, part of them, for the defence of their own, pitch their Tents in the Enemies Country, and part made excursions into the Enemies quarters, to observe their motions, and to engage, if they could, upon an advantage. In this Island particularly, when they found that those more remote parts of Britain had nothing agreeable either in the Air or Soil, that they were inhabited by that barbarous crew of Caledonians, and that the advantages by subduing them could never answer the trouble, they did at several times contrive several Fences, to bound and secure the Province. The first Praetentura. The first of that kind seems to have been done by Iulius Agricola, when he set Garisons along that narrow slip of ground between (Bodotria et Glotta) Edenborrow-Frith and Dunbritten-Frith⁴; which was afterwards fortify'd, as occasion requir'd. The second Praetentura. Hadrian, for whom the God Terminus retreated⁵, made the second, after he had retir'd about 80 miles, either out of envy to the glory of Traian (under whom the Empire was at it's utmost extent,) or out of fear. He (says Spartian) drew a Wall of eighty miles in length, to divide the Barbarians from the Romans; which one may gather from what follows in Spartian, to have been made in fashion of a Mural hedge (Muralis sepiis. Some read Militaris), of large stakes fixt deep in the ground, and fastned together with wattles. And this is it we are now speaking of, for it runs along for

²) Concaedes. — ³) Hence we meet with Stationes Agrariae in Vegetius. — ⁴) If our Author means by the Praetentura of Agricola, any thing of Walls or Rampiers, we may justly question the truth of it, since the learned Archbishop Usher (Ant. Eccl. Brit. p. 316.) has prov'd out of Tacitus, that Agricola only garison'd the Frontiers at this place, without contriving any other fence. 'Tis likely, that according to the Roman custom, he plac'd some of his troops within the limits of the Barbarians Country, intra fines Horestorum: for these Horesti were not the inhabitants on the river Esk, near the borders of England (as our Author afterwards in his description of Scotland asserts) but those of Angus and Mernes, as the Scotch Historians sufficiently evidence, particularly the learned Sir George Mackenzie, Defence of the Royal Line, p. 79. Not but Mr. Camden's foundation may for all that stand good, and the Horesti be deriv'd from Ar-Esc; considering there is a South as well as a North Esk. — ⁵) Not many years ago there was found (on the ruins of the Wall, a little below Carlisle) a small wing'd image of brass, somewhat more than half a foot in length, well agreeing with the description which some of the ancients have given us of the god Terminus. 'Tis now in the possession of the right honourable Sir John Lowther of Lowther, Baronet.

les together; and upon it are the Pons Aeli, Classis Aelia, Coaelia, Ala Sabiniana, which took their names from Aelius Hadrianus and Sabina his wife. And the Scotch Historian, who wrote the *Emporium*, tells us, That Hadrian did first of all draw a Wall ofigious bigness made of Turfs (of that height that it lookt like a plain, and with a deep ditch before it) from the mouth of the river Eske, i. e. from the German to the Irish Ocean. Which Boëtius delivers in the very same words. The third Praetentura. Urbicus, Lieutenant of Britain under Antoninus Pius, by his success remov'd back the bounds to where Julius Agricola had first been, and rais'd a Wall there, which was the third Fence or Praetentura. He (says Capitolinus) conquer'd the Britains, and driving back the barbarians, made another Wall of Turf, i. e. distinct from that of the first's. The honour of Lollius's success in Britain was by Fronto Panegyrist has it) given entirely to Antoninus the Emperour; and he liv'd quietly in his palace at Rome, and had given out a Commission to the Lieutenant, yet he had merited glory; as a Pilot sitting at the Stern deserves the whole hope of the voyage and expedition. But that this Wall of Antoninus was made of his Lieutenant Lollius Urbicus, was in Scotland, shall be hereafter. The fourth Praetentura. But when the Caledonians, under Commodus the Emperour, had broke thorow this, Seve neglecting that farther Wall, and that large Country between, drew across the Island from Solway-Frith to Timmouth⁶. And this

⁶) Buchanan maintains, that Severus's Rampier was at Grimes-but Fordon Major, as well as Hector Boëtius, are of Camden's opinion. The Controversie will be best determin'd by considering the place as it is deliver'd by several authors. Eutropius sets it at XXXII; some others have XXXV, 'tis easie to imagine, that a little inaccuracy in a Transcriber might change II into V. Thus far the evidence seems to make for Buchanan, that Severus's fortification was between the two Friths of Edenburrow and Dumbrifton. And Orosius (who computes its length at CXXXII. miles) goes so far as to say the extent of that which reach'd from Solway to Timmouth, that no true estimate is to be had. But 'tis most likely, that this difference is to be stated by Spartianus, who (rightly) asserts, that the extent of Hadrian's ditch was LXXX miles. Out of this number (by the change of L into C) the copyers of Orosius made CXXX, and by less dropping of the same Letter, the transcribers of Eutropius set it into XXX. As to the dispute betwixt the Archbishop Usher Antiquit. and our Author, Whether Severus's work was a wall of stone or a wall of earth? we shall only add to the authorities produc'd by Camden, that the Royal Paraphrast upon Bede says, it was mid dice and eorth- and afterwards speaking of a later fabrick of Stone in the same place he says, it was built daer Severus se Casere in het dician] eorū pyrcan. The Saxon Chronicle also affirms, that it was of turf. And if that expression [H δ' Αλουτων, εν η και τα στρατόνεδα] of Agathemer (who is suppos'd to have liv'd in Severus's time) has any relation to this work, it very much countenances the opinion of Mr. Camden. Vide Geogr. Agathem. (edit. a Sam. Tennulio, 671.) p. 45, 74 et 86.

*) Hoc caput etiam Chph. Lehmanni Chronicon Spirense lib. I. c. 9. repetiit cum hac praefatione: „Im Buch, dessen Titel ist Notitia Imperii, von allen Landen, Provinzien, Städten, Herrschaften, und darinnen bestellten Obristen, Befehlshabern und Kriegsvolk der Römischen Käyser Arcadii und Honorii Zeiten, das ist ums Jahr Christi 400. und etliche Jahr hernach beschrieben, seynd der Hertzogen Hoffstatt zu Mäyntz, und alle ihre Hauptleute und Rotten, so sie in den Landschaften des Rheinstroms in ihrer Verwaltung gehabt, also verzeichnet: Dux Mogontiacensis. Sub disp. etc. Das ist: Der Achtbare Hertzog zu Mäyntz hat in seiner Verwaltung folgende Capitänen und Rotten: zu Seltz, zu den dreyen Zabern, zu Speyr, zu Altripp, zu Wormbs, zu Mäyntz, zu Bingen, zu Coblentz, etc.“

**) „... inter alia excarnificatum Gerontium, Magnentianae Comitum partis, exsulari maerore multavit [Constantius]“. Pro Magnentianae alii Moguntinae perperam habent.

ceptus incidit. Ipse quidem nummum aureum medii moduli vidi, inscriptum ALOYS. MOGVN. in medio ad figuram Christi sive cuiusdam sancti, quem nescio quis episcopus flexis genibus adorat, puto ut ducesuum, sunt litterae $\frac{p}{x}$ sed nihil omnino hic dux ad rem nostram, sed ad tempora imperii Romanó-Germanici facit: ceterum ex episcopis archiepiscopive Mogontiacensibus nulli Aloysio nomen fuit. De finibus tractus Mogontiacensis ex annotatione ad capp. cit. satis constat. itaque quae maxime ad hoc caput faciunt e veteribus scriptoribus subsidia geographica topographicave, statim subiciam. Ptolemaei II. 8 (9). locum supra p. 850*) transcripsimus. Ammian. XV. 11, 8. vide p. 164*. med.; eund. XVI. 2, 12. supra p. 589*. sq. not. *. Id. XVIII. 2, 4. ad a. 359. „. civitates occupatae sunt septem: Castra Herculis, Quadriburgium, Tricesimae, Novesium, Bonna, Antunnacum et Bingio, ubi laeto quodam eventu etiam Florentius praefectus adparuit subito.⁴ Ex Itin. Ant. et Tab. Peut. huc pertinentia itinera sequentibus indicibus exhibuimus*.

*) Ad hos indices explicandos praeter communes Gallicarum Germanicarumque provinciarum descriptiones Cluveri, Valesii, Cellarii, D'Anvillii, Mannerti, Reichardi, Ukerti, Lapiei aliorumque imprimis hi commentarii adhibendi sunt: 1) I. B. Hetzrodt *Nachrichten üb. d. alten Trierer.* ed. II. Trevir. 1821. 8°. cap. 3. (qui libellus etiam Gallice exstat); 2) *Ueber die Römerstrassen in den Rhein- und Moselgegenden, nach den von dem kön. Hauptmann Schmidt I. angestellten Untersuchungen aus den Akten des kön. Generalstabs ausgez. u. mit Anmm. versehen v. Zwirner* (cum tab. geogr. regionum Rhenanarum a Bingio usque ad Noviomagum [Nymegen] ac Mosellanarum a Divoduro [Metz] usque ad Confluentes, quae utilissimi ipsa de Itinerariorum huc pertinentibus locis commentarii instar esse potest). prodiit hoc opus in ephemeridibus inscriptis *Verhandlungen des Vereins zur Beförd. des Gewerbfleisses in Preussen.* 1833. Berol. 4°. 3) I. Steininger *Gesch. der Trevirer unter d. Herrsch. d. Römer. Mit einer Karte. Trier.* 1845. 8°. p. 133...200. 4) I. Freudenberg *Zur z. g. Tab. Peut. gehörige Schriften,* in *Annalib. antiq. Rhenanar. curiosorum fasc. IX.* Bonn. 1846. 8°. p. 168...190.

	TAB. FEVT. II. A, B.	ITIN. ANT. P. 370- sq. A Lugduno Argentorato M. P. CCCXXV. sic:	ITIN. ANT. P. 374. Item a Treveris Argentorato M. P. CXXVIII. sic:	ITIN. ANT. P. 354. sq.	ITIN. ANT. 252. sqs.
<i>Köln.</i> 3 1/2 M.	XI. Agripina.	Colonia Agrip- XI. pina.			Colonia Agrip- ina
<i>Bonn.</i> 2 3/4	VIII. Bonnae.	Bonna.	XVIII.		lingua not. XII.
<i>Remagen.</i> 2 3/4	VIII. Rigomagus.	XVII.			supertorcm dobria
<i>Andernach.</i> 2 1/2	II. Antunnaco.	Antunnaco.	Baudobriga. (Bupperich s. Bubberig?) XXII.		III. XII.
<i>Coblenz.</i> 3	VII. Confluentes				et sequentis intra huc
<i>Boppart.</i> 2 3/4	VIII. Bontobrice.	XXVI.	Salissone. (supra Ktra prope Navam?) XXIII.		unnaco
<i>Ober-We- sel.</i> 2 3/4	VIII. Vosania.				II. X
<i>Bingen.</i> 3 1/2	XII. Bingü.	Vinco.	Vingio.		sto.
<i>Mainz.</i> 2 1/2	VIII. Mogontiac	XXXVII.	Mogontiac.	Mogontiacum.	
<i>Oppenheim.</i> 3 1/4	XI. Bonconica.	Noviomago. (Neumagen)	XVIII.	XV. Banconica.	
<i>Worms.</i> 5 1/2	XIII. Borgetoma- gi-	XIII. Treveros. *	XVIII. Borbitomago.	XIII. Borbitomago.	
<i>Speier.</i> 3 1/2	XII. Noulomag ⁹ .	XXXIII.	XVIII. Noviomago.	XIII. Noviomago.	
<i>Rhein-Za- bern.</i> 4	XI. Tabernis.	Divodurum.		XIII. Tabernis.	
<i>Sels.</i> 5	XVIII. Saletione.	XXIII.	XVIII. Saletione.	XIII. Saletione.	
<i>Brunat.</i> 2 1/4	VII. Brocoma- cus.	XXII.		VII. Brocoma- cus.	
<i>Strassburg.</i>	Argentora- te.	Argentorato.	Argentorato.	Argentorato.	

*) Iter a Treveris Agrippinam per Eiflam hoc habent

ITINERAR. ANTONINI p. 372. sq.

	A Treveris Agrippinam leugas LXV sic:	TAB. FEVT. II. A.
<i>Trier</i>		II. Aüg. Tresviro ²
<i>Bitburg</i>	Beda vicus	XI. Beda.
<i>Oos</i>	Asaua vicus	XII. Ausaua.
<i>Jünkerath</i>	Egorigio vicus	XII. Icorigium.
<i>Marnagen</i>	Marcomago vicus	VIII. Marcomagus.
<i>Billig</i>	Belgica vicus	X. Belgica.
<i>Zülpich</i>	Tolbiaco vicus Supenoruz	XVI. Tolbiaco.
<i>Köln</i>	Agrippina civitas.	Agripina.

Libellus qui dicitur Provinciarum Gallicarum: „PROVINCIA GERMANIA PRIMA civitates numero IIII. Metropolitana civitas Magontiacensium, id est Magontia; Civitas Argentoratensium; Civitas Nemetum, id est Spira; Civitas Wangionum, id est Wormatia“. Ex Hieronymi epist. 123., ad Ageruchiam anno 409. scripta hic locus (§. 16.) apprime ad hoc caput explicandum et ad eorum qui hanc Notitiam incunte quinto saeculo nondum compositam fuisse opinati sunt, errorem refutandum facit: „Innumerabiles et ferocissimae nationes universas Gallias occuparunt: quicquid inter Alpes et Pyrenaeum est, quod Oceano et Rheno includitur, Quadus, Wandalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni et, o lugenda res publica, hostes Pannonii vastarunt. (Etenim Assur venit cum illis. Psalm. 82. 9.) Moguntiacum [*al.* Maguntiacum], nobilis quondam civitas, capta atque subversa est, et in ecclesia multa hominum milia trucidata; Vangiones longa obsidione deleti; Remorum urbs praepotens, Ambiani, Attrebatae ‘extremique hominum Morini’, Tornacus, Nemetae, Argentoratus, translatae in Germaniam; Aquitaniae Novemque populorum, Lugdunensis et Narbonensis provinciae praeter paucas urbes populata sunt cuncta: quas et ipsas foris gladius, intus vastat fames. Non possum absque lacrimis Tolosae facere mentionem, quae ut huc usque non rueret, sancti episcopi Exuperii merita praestiterunt. Ipsae Hispaniae iam iamque periturae quotidie contremiscunt recordantes irruptionis Cimbricae, et quicquid alii semel passi sunt, illae semper timore patiuntur“. Denique agmen claudat Geogr. Rav. IV. 24. „...ego secundum praefatum Anaridum Gothorum philosophum inferius dictas civitates praefatae Francorum patriae nominavi. In qua patria plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas nominare volumus, id est iuxta fluvium Rhenum civitatem quae dicitur Maguntia, Bigum [*l.* Bingham], Boderecas [*Bacharach*, (an *Bachracas*?)], Bosagnia [*Ober-Wesel*, *Vosauia*], Confluentes, Anternacha, Rigomagus, Bonnae, Colonia Agrippina, Rongo Serima Novesio [*l.* *Boron-*

go (s. Burunco), *Dormago*, Nov.] et c.⁴. Item IV. 26. „... Quam Alamanorum patriam plurimi descripserunt philosophi... Ego autem secundum praefatum Anaridum praenominatae patriae civitates nominavi. In qua patria... iuxta supra scriptum Rhenum sunt civitates, id est Gormetia (*Worms*) quae confinalis est cum praenominata Maguntia civitate Francorum, item civitates Altripe, Sphira; Porca [? Porta? *Pforz* prope Tabernas, *Rhein-Zabern*], Argentaria quae modo Stratisburgo dicitur [immo, cf. p. 595*], Brececha (*Breisach*), Bazela, Augusta (*Aeugst*)..... Item iuxta praenominatum fluvium Mosela, quam Franciam Rhinensem nominavimus, sunt civitates, id est Tulla, Scarbona (*Charpagne*), Mccusa (? *Metz*), Gania (? *Ucango?*), Treoris (*Trier*), Nobia (*Neumagen*), Princa-stellum (*Berncastell*), Cardena (*Carden*), Cobulantia (*Coblentz*)⁴.

Pictura cum inscriptionibus castellorum ex A repetita est. In B liber mandatorum habet litteras FFL | INTALI | COMORD | PR. in dte. FL. | INTALL | COMORD | PR In C castellorum inscriptiones sic differunt: h) *Mogonciaco*; in D item: h) *Mogonciaco* et m) *Antoniaco*; in E: e) *Nemettis* f) *Altarippa* g) *Wangionis* h) *Moguntiaco* k) *Bodabrica* m) *Aistonaco*; in dte sic: c) *Tabernae* g) *Vuangionis* et s^{2,3}: k) *Bodobriga*.

— ꝥ. 7. sq.] *Mogonciacensis* C, *Mogonciacenses* D, *Moguntiacensis* aa (*Monguntiacensis* a⁴). —

— ꝥ. 9.] *Pacentium* ABC, *Pacentum* D, *Patentium* E. Cf. annot. ad p. 27*. ꝥ. 13. et ad p. 113*. ꝥ. 17. supra p. 249*. et p. 875*.

— *Salecione* B, *Saletoniae* aa. *Saletione* est etiam in Tab. Peut. et It. Ant. II. citt., *Salisonem* inverso vocabulorum ordine nominat Ammian. XVI. 2, 12. supra transcr., non confundendam eam, ut Pancirolus, Freherus, et nuper Ukertus etiam II. 2. p. 516. fecerunt, cum *Salissone* It. Ant. p. 374. inter Treviros Binghamque sita. Schoepflin. Als. ill. I. p. 226. sqq. *Saletionem* Latinam, *Salisonem* Celticam vocabuli formam fuisse arbitratur, sed apud me non magni ponderis Schoepflini de eiusce modi rebus iudicium est. A *sale* et rivum et oppidum nominatum puto, pariter atque paullo inferius ad dextram Rheni ripam

obvium pagum *Salzgau*. cf. W. Humboldti Opp. II. p. 79. sq. constat enim hodie loci nomen esse *Selz* s. *Seltz* ad confluentes Saletionem rivum (*Selzbach*) Rhenumque in praefectura Gallica Rheni inferioris. (Cannabich. *Erdb. Frankr.* p. 287.) Cf. Freher. Orig. Palat. II. cap. 16., Minola *Uebersicht dessen was sich unt. d. Röm am Rheinstr. merkw. ereignet.* ed. II. Col. Agr. 1816. 8°. p. 122., Weick *Röm. Niederlassungen von Windisch bis Mainz.* Friburg. 1822. 8°. p. 63. sq. Videsis etiam Cluver. German. II. 12., Vales. p. 495. sq., Cellar. I. p. 248., D'Anvill. p. 567., Mannert. II. 1. p. 268., Ukert. II. 2. p. 508., Georgii II. p. 109.

PAG. 117*. §. 1.] *Mapione* (pro *Menapiorum*) & *Menapiorum* s. Cf. p. 239*. annot. ad p. 26*. §. 15. — *Tabernis*] Pancirol. „Huius loci Itinerarium [et Tab. Peut. item Ammian. supra cit.] meminit, vulgo *Tabem*“. scripsit procul dubio, certe scribere debebat *Zabern*. nullum enim dubium est, quin h. l. oppidum Nemetum, nunc Bavariae Rhenanae non procul a Rheno situm *Zabern* s. *Rhein-Zabern* indicetur (ne confundatur neque cum Triboccorum, nunc Gallico *Saverne* s. *Zabern* in praefectura Rheni inferioris [Cannib. p. 287.], quae fortasse ea est quam *Ziaberna* Geogr. Rav. IV. 26. appellat, neque cum altero item Nemetum et nunc Bavarico oppido tria fere mil. geogr. dissito *Bergzabern* [Hassel, *Erdb. Deutschl.* I. p. 327.] cf. Hassel. I. c. p. 328. Per errorem Pancirolus huc traxit locum Ammiani XVI. 11, 11. de Tribus Tabernis i. e. hod. *Berg-Zabern*, *Tabernis* It. Ant. p. 240. et Tab. Peut. II. C inter *Ponte Saravi* et *Argentorate*, ut inverso errore Henr. Vales. et Cellarius locum Ammiani XVI. 2, 12. qui de Tabernis Rhenanis intellegendus est, de Tribus sive Montanis Tabernis acceperunt, quod et ab aliis et a Schoepflino I. p. 229. observatum est. Vid. etiam Hadr. Vales. Not. Gall. p. 542. sq., Freher., Cluver., Cellar., D'Anvill. (p. 627.), Minola, Mannert., Ukert., Weick. II. citt., Georgii II. p. 108.

— §§. 2. sq.] *Anderecianorum* **BCD**tsff, *Andericianorum* **Ca**. De his Aquitanicis ad p. 36*. §. 21. supra p. 282*. sq. accuratius dixi. Vere monstrosam ad h. l. Pancirolus undique

collatis membris' hanc explicationem genuit: „Andes Celtarum populi, a Caesare Andegauenses appellantur, ex quibus et Retiis hos milites constare arbitror“. Etiam de Vico Iulio Patavinus scriptor ὡσπερ παραγεγηρακῶς egregie sic falsus est: „Vico Iulium vero est Vicus Iulii oppidi in Belgis vulgo Iulach dicti [vult *Jülich*], prope Maguntiam. Itinerarium legit Iuliaceum“. Hunc Vicum Iulium olim ibi fuisse, ubi nunc Bavaricum munimentum *Germersheim* ad Queichae Rhenique confluentes situm est (Hassel. p. 327.), consentiunt Freher. II. 16., Cluver. II. 12., Vales. p. 154., Cellar. I. p. 250., Schoepflin. I. p. 230. sq., D'Anvill. p. 700., Minola l. c., Ukert. II. 2. p. 509.

— γ. 4.] De Vindicibus vide annot. ad Not. Or. p. 203. not. 34. — *Nemetes* *Ἐδρεff*. *Nemetes* usitatio antiquioribus vocabuli forma est, quam exhibent Caes. B. G. I. 51. VI. 25., Plin. IV. 17. sect. 31., Tac. Germ. 28., Libell. provv. Gall. l. c.; apud Ptol. II. 8(9). *Νεμητῶν*, sed ap. alios *Νεμητῶν*, ut utrum nominativus *Nemetae* an *Nemetes*, *Νεμητες* an *Νεμηται* fuerit, dubitare possis; apud Tac. Ann. XII. 27. et Ammian. XVI. 2, 12. est *Nemetas*, et aperte ap. hunc XV. 11, 8. *Nemetae*, atque hoc quidem loco etiam, ut in Notitia, et apud s. Hieronymum l. c. pro ipsius metropolitanae populi Nemetum civitatis nomine, quod antea *Noviomagus*, (It. Ant. et Tab. Peut. II. citt.) Ptol. *Νοιόμαγος*, fuisse constat. *Spira* in Libello provinciar. Gall. l. c., *Sphira* ap. Geogr. Rav. l. c. legitur. Huic civitati nos eum Notitiae codicem debere, e quo qui non decurtati exstant, omnes sive primo sive longiori gradu enati sunt, ingratum foret non annotasse. Celebrem in monte sancto prope Heidelbergam inventae, nunc Mannhemii servatae aerae Mercurii inscriptionem hanc

V	I	S	V	C	I	O	
A	D	M	G	M	S	'	G
C	C	A	N	D	I	D	I
C	A	L	P	V	R	N	A
D	C	C	S	N	Ἐ	M	E
C	N	E	M	E	F	E	C

I. AEDM

ist. et Commentt. acad. Theodoro-Palatinæ vol. I. Mannh. 4^o. p. 201. repetendam curavi, quoniam ab aliis multis per etiam a Graeffio *Das Antiquarium zu Mannh.* 1737. 3. parum recte repetita est. Pancirolus *Nemetacum* (hod.) cum *Nemetis* confudit. (cf. infra p. 120*. γγ. 12. sq.) et r. II. c. 15. cum *Nemetis* Byzantinum v. *Νεμέτζους* s. *Νεϋς* [i. e. mutos], *Κελτικὸν ἔθνος*, Slavicum ad Germanos randos vocabulum, parum apte contulit. (cf. Grimm. *Gesch. nutsch. Spr.* II. p. 780., Niebuhr. *kleine hist. Schriften* I. p. sed non ineptum videtur annotare, etiam Callaeciam *Nemetum* civitatem, *Nemetobrigam*, habuisse, sec. It. Ant. , *Τειβούρων πόλιν* sec. Ptol. II. 5 (6). De vocabuli significatione Lancelotus in *Mémoires de l'acad. des inscrr.* tom. VI. 1729. 4^o. p. 667. ad Venantii Fort. I. 9. γγ. 9. sq.

nine Vernemetis [in agro Burdegalensi] voluit vocitare vetustas

Quod quasi fanum ingens Gallica lingua refertur:

est pas difficile de reconnoître que ver est ingens, et Nemetis est templum... Augusto-Nemetum est le temple ruste; Nemetodurum est la porte [?] du temple; Nemetus, locus [?] templi; Nemetocenna, le temple des Vierges et prêtresses; cenna, quena, sacerdos [?] femina, mulier. signifiant grand...". Etiam Britannia suum oppidum *Verulam* habuit. cf. Itin. Ant. p. 479. 477. Memoratu digna vocabulorum *τέμενος* et *Nemetes* inter se similitudo, praetereundum est *Spiram* Germaniae olim *νεκρόπολιν* (cf. Car. Simrock *Rheinland.* ed. II. Lips. 1847. p. 64. sqq.). quoque inscriptionem infra ad p. 119*. γ. 17. exhibitam in loco Augusti Germaniae Superioris. De *Spira*, in qua non lites spirare neque exspirare olim, dum iudicium caesaris imperialis ibi esset, in proverbio fuit, vide Lehmanni *vic. Spirens.* lib. I., Cluver. II. 12., Vales. p. 386., Cellar. I. 1., D'Anvill. p. 493., Minola p. 124., Mannert. II. 1. p. 267., Ukert. II. 2. p. 509.

— γ. 5.] *Martentium* mss. Pancirolus ad h. l. aliarum in eiusdem vocabuli explicationum oblitus annotavit:

„Martenses ex Marcia oppido Belgicae [putavit ex *Marcis*, de quib. p. 108*. ꝥ. ult.] videntur deducti“; immo a Marte et Legionem Martia nominati sunt. cf. p. 254*. ad p. 28*. ꝥ. 1. — Alta Ripa hodieque vetus nomen servat; est enim vicus *Altrip* infra Spiram ad Rheni ripam, quae fere ad linguae sive Graecae Ω similitudinem formata est. „qua regio Nemetensis (verba sunt Symmachi in laud. Valentiniani sen. c. 21.) extenditur, recessum fluminis murorum ambitus vindicavit, parvo aditu nec satis libero, ut stationis exitus propugnaculis desuper protegatur. habent sua quodam modo castra rostratae, et intro conclave Rheni regia classis armatur. fallit eminus intuentes theatrum consaeptum, qui cum videant per summa discurri, per ima nesciunt navigari“. Altae Ripae Valentinianus XIII. kal. Iul. anni 369. emisit L. 4. Th. C. de reparat. appell. XI. 31., indeque Brisiacum sese contulit. Cf. Gothofr. Topogr. h. v. Geogr. Rav. IV. 26. „civitate Altripe“. In donationis diplomate Ruperti sen. Palatini Electoris, dato Heidelb. anno 1380. (ap. Freher. Or. Pal. II. 14.) legimus „... curias in Nuwenhoffe prope villam Altripf Spirensis dioecesis cum area ibidem, super quas ab olim fortalitium sive castellum fuerat aedificatum. . .“. Cf. etiam Cluver. I. c., Vales. p. 154., Cellar. I. p. 250. §. 90., D'Anvill. p. 60., Minola p. 124., Mannert., Weick. et Ukert. II. cc.

— ꝥꝥ. 6. sq.] Secundae Flaviae. Pancirol. „Hi milites sunt pars legionis Flaviae Secundae Virtutis, quae est una ex XXXII Comitatusibus“. cf. p. 27*. ꝥ. 14. sed pari iure pars Secundae Flaviae Constantianae (cf. ibid. ꝥ. 18.) dici possunt. vide etiam p. 119*. ꝥꝥ. 13. sq. Ad h. l. facit titulus Mogontiacensis quem Fuchs. I. p. 108. (aliter Steiner. n. 491.) sic exhibet: ANN. VSO SEDA | VONIS CIVES | BETÆSE | II. FLAV. I. A, Gruter. 520, 9. sic: ANNAEVS. OSEDAVONIS. CIVES | BETASII..... | II. FLAVIA..... | Lapis Wormatiensis ap. Grut. 14, 8. s. Steiner. n. 286. habet: I. O. M | L. OCTAVIVS | CELER. PRAEF | COH. VII. BREV-(corum) | ET COH. I. THRAC(um). Ex ceteris Wormatiensibus lapidibus e Lameio in Hist. acad. Theod. Pal. I. p. 20. sqq. et Steiner. I. p. 168...173. enoto haec: EQVES ALA | HISP.; EQVITI

ALA | HISPANORVM; EQV. | ALA INDIANA; MIL|ES EX COH|ORTE RAE-
TO; TRIB. LEG | VII. G. F. PRAEF | ALAE. SCVBVLORVM (i. e. *Excubulorum* = Excubitorum, sec. Borghes.); EQ. LEG. XV. et prope Wormatiam in vico *Weinsheim* repertus habet MIL | L. XXII. P. P. F. (legionis XXII. primigeniac piae fidelis). — *Vuangiones* ε², *Vuangiones* ε³, *Vangionae* α⁴, *Vangione* α⁷,¹¹,¹⁵. Celebris civitas Hassiaca ad sinistram Rheni ripam, *Wormz bi dem Rine*, *Wormez diu stat wit*, (cf. Hassel. *Deutschl.* II. p. 261.) per varias vocabuli correptiones suum nomen *Worms* adepta est: *Βορβητόμαγος* Ptol., *Vangiones* in subscr. L. 3. Th. C. de praediis uavicularior. XIII. 6. a. 365. emissa et ap. Ammian. l. c. atque Hieronym. ep. ad Ageruch. l. c., *Borbitomago* [al. *Bormitomago*, *Bromitomago*] It. Ant., *Borgetomagi* Tab. Peut., *Wormatia* [al. *Warmatia*, *Guarmatia*] Libell. provv. Gall., *Gormetia* Geogr. Rav.; Freher. II. c. 13. „Borbetomagus“ inquit „inde paulatim detorta *Vorvetomagus*, *Vormagus*, *Vormagia*, *Varmatia*. clerici etiam *Guarmacia*. Benjamin Tudelensis in Itin. suo scribit corrupte *Germetsa*: alii elegantuli urbem *Wangiam* commenti sunt...“. Ceterum de nominis Vangionum ε²ν¹μ¹ satis constat. cf. Graff, *Althochd. Sprachschatz* I. p. 894. v. *Wang*, et 1045. v. *Wormiza*, H. Müller *Die Lex Salica* p. 37. * Vid. etiam

*) „Schon vor Cäsar hiessen die Bewohner des Wormsgaues Vangiones, d. h. Bewohner der Fläche, des campus, der campania von wang, goth. wagg, campus; goth. also vaggia und ahd. wangjo = lat. vangio... Zugleich liegt aber im Namen Borbetomagus der Beweis, dass auch die von den deutschen Wangionen vertriebenen Kelten diese Campania gleich benannten; denn magus heisst im Kelt. Feld, Borbetomagus heisst Feld der Borbetes (vgl. Usipetes, Nemetes, Nemetocenna) und ist eigentlich der Gauname, ähnlich wie unsere Ortsnamen auf wang und wangen (= campis); die Stadt hiess nur ad Borbetomagum oder auch Borbetes, woraus Worms entstanden ist. (Wormitomagus ist schon alte Nebenform, daraus wurde Wormiz, Worms). Im Mittelalter, als das Wort wang veraltet war, begegnet als der Name des Gaues Wormesfeld = Bormetawang. Wir sehen also, dass die schöne Ebene von Worms schon vor einer vorcäsarischen Völkerwanderung gewissermassen la Champagne, la

Clüver. II. 13. (qui antiquitus Germanice *Wormitmagen* sive *Wormitsmagen* dictam fuisse putat, unde cetera nomina enata essent), Bucher. Belg. Rom. XIII. 5. p. 402. §. 5., Schannat. Hist. episc. Wormat. tom. I. c. 3., Vales. Not. Gall. p. 92., Chronic. Gotwic. p. 524. sq., Cellar. I. p. 250., D'Anvill. p. 171. 672. sq., Minola p. 129., Mannert. II. 1. p. 267., Weick. p. 69., Ukert. II. 2. p. 509., Lange *Gesch. u. Beschr. v. Worms*, Lehne *Gesch. der Stadt Worms* in eius scriptis a Kùlbio editis IV. p. 204. sqq., P. A. Pauli *Gesch. d. Stadt Worms*. 1825. 12°, H. Müller. I. c., C. Simrock. I. c. p. 70. sqq.

— †. 8.] *Armigeri Propugnatores Seniores et Iuniores* inter Legiones Palatinas XII. supra p. 23*. †. 28. et p. 24*. †. 5. recensentur, ad quos II. cf. annot. p. 224*. Inscriptionibus Mogontiacensibus quas Steinerus (Cod. inscr. Romm. Rheni I. p. 216...290.), sed magnam partem parum accurate repetiit, hae copiae, de quibus vide Lehnii scriptorum a Kùlbio editor. tom. II., memorantur: ALA ISPANA, AL. RYSONIS; Cohortes hae: I. AVG. ITVREOR., I. CYREN., I. PRAETORIANA, II. BITVRICVM, V. DALMATARVM, CHO. RAET. ET. VINDELICORVM, COR. RAITORVM, COH. THRACVM et VI. THRACVM; NUMERVS EXPLORATORVM DIVITIESIVM ANTONINIANORVM; legiones: LEG. I. ADIUTRIX, sive AD., sive ADI., sive ADIVT. (duodeciens), LEG. II., LEG. II. ADI., LEG. II. TRAIANA, LEG. III. M. G. (Martia Gemina), M. G. V(ICTRIX), LEG. VII. (bis), VII. G., LEG. VIII. AVG., LEG. VIII. AVG. SEVERIANA, LEG. X., LEG. XI., LEG. XII. (bis), LEG. XIII., LEG. XIII. GEM., LEG. XIII., LEG. XIII. G. SIVE GE. sive GEM. (quinqüens) sive GEMINA, LEG. XIII. M(ARTIA), G. M., G. M. V(ICTRIX, bis), LEG. XVI. (quater), LEG. XVIII. (bis), LEG. XIX., LEG. XXI., LEG. XXII. (septiens), LEG. XXII. ALEXANDRI, LEG. XXII. P(RIMIGENIA), PR. (ter), PR. (bis), PRIM., PRIMIGENIA, P. P. F. (Primigenia Pia Fidelis, ter), PR. P. F. (noviens). In vicis *Bretzenheim* (Britannorum vico), *Hechtsheim*, *Castell*, Mogontiaci vicinis, alii la-

Campine, Campania genannt wurde, und dass die einrückenden Deutschen diess früher mit wang, später (vielleicht bei neuer Einwanderung) mit Feld übersetzten“.

pides ad legiones II., III., VIII. et VIII. AVG. et VIII. ANTONINIAN., XI. C. P. F. (Claudiam Piam Fidelem), XIII. G. et G. P. F. (Geminam Piam Fidelem), XIII. GE., XIII. G. M. V. (saepius), XIII. G. M. VIC., LEG. XXI. RAP(ACEM, bis), LEG. XXII (quater), XXII. PRI., PRIM., P. P. F., P. R. P. F.(ter), et ad ALAM PICENTINAM pertinentes inventi sunt, quos vide apud eos ex quibus Steinerus p. 184. sqq. eos desumpsit. Batavorum cohortes missas in Germaniam ac tum Mogontiacy agentes memorat Tac. Hist. IV. 15. ad a. 69. p. Chr. et de Aureliano Vopisc. in ei. vit. c. 7. „apud Mogontiacum tribunus legionis VI. Gallicanae Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut CCC ex his captos, DCC interemptis, sub corona vendiderit“. — *Mogonitaco* C, *Maguntiaco* aa. Hod. Mainz, vulgo et Anglis *Mentz*, Gallice *Mayence*. Vocabuli formam *Mogont.* tuentur optimi codd. ap. Tac. Hist. IV. 15. 24. 25. 33. 37. 59. 61. 70., Ptol. l. c. *Μογοντίακον*, Eutrop. VII. 13 (8). [„Drusi qui apud Mogontiacum monumentum habet“ — ad quem I. Tzschuckius de Tac. codd. ac Tab. Peut. perperam rettulit], Ammianus *, Itin. Ant. et Tab. Peut. II. citt. et MOGONTIACY (NON MOGONTIACY, ut Cluver. Ital. p. 246., Gruter. 468, 3. et Fuchs. I. p. 159. dederunt) habet etiam lapis qui etiam nunc Modiciae (*Monza* regionis Mediolanensis, cf. Mannert. IX. 1. p. 168.) servatur et ex quo hoc quoque oppidum olim Mogontiaci nomen gessisse non nulli opinati sunt. cf. Orell. 4976., Steiner. num. 404 (non 104). item *MOG.* est in lapide ap. Lamcium I. p. 185.; variant inter formas *Mogont.*, *Mogunt.*, *Magunt.* alii, ut ap. Vopisc. et s. Hieronym. II. citt. itemque huius Notitiae codices. MAGONTIACY legitur in subscr. L. 2. Th. C. de scaenicis XV. 2. a. 371. datae, MOGONTIACY in subserr. Fgm. Vatic. §. 270. a. 286. et L. 13. Th. C. de off. rector. prov. I. 16. a. 377. datarum. „Felix Maguntia“ habet Venant. Fort. IX. 9. et *Maguntia* etiam ap. Geogr. Rav. legitur. Item

*) Apud quem II. supra citt. et XVII. 1, 2. XVIII. 2, 7. et 8. XXVII. 10, 1. *Mogontiacus*, *Mogontiacum* modo simpliciter, modo *municipium*, modo *civitas* appellatur.

apud scriptores medii aevi formae *Mogontiacum*, *Mogontia*, *urbs Mogontina*, *Mogontiaca*, *Moguntia*, *Magontiacum*, *Magontia*, *Maguntia* saepe leguntur. cf. e. gr. Monum. Germ. I. p. 647. hh. vv. Postea *aureae* vocabulum ex caussa nondum explorata civitatem accepisse notum est (cf. Bruzen la Mart. tom. VII. col. 975. et Simrock. p. 111.; sed quod idem amicus meus scripsit, temporibus Romanorum *Mogontiacum ferreum* dictam esse, unde haberet nec significavit neque nunc reminiscitur: certe usitatum hoc adiectivum neque ita, ut *aurei*, fuisse videtur, neque ita ut nequitiae convicium, quod *Mogontiacensibus* olim propter Germanici vocabuli *mein* (i. e. falsus, nefas, nequam) significationem inhaesit. De nominis *ἐριμω* valde disputant docti; mihi quoque maxime placet ab ostiis Moeni *, civitati contrariis, hanc appellatam esse, quae et ipsa syllabis *acum* civitatem ad aquas sitam sese prodit (cf. p. 937*. ad p. 115*. γ. 3.): ipsius fluvii appellationes *Mohin*, *Moin* (cf. Monum. Germ. I.) ad formam antiquiorem *Mogin* (*Mogen?* *Mogon?*) referunt: nam quod Zeussius **, cui in his rebus aegre contra dico, nomen Celticum *magus*, Galicum *magh*, i. e. campus, planum, in priore *Mogontiaci* parte reperiri scripsit, verum non esse puto, tum propter vetustatem formae *Mogont*, tum propter locum quem istae syllabae, alias non nisi vocabula composita finientes, in *Mogontiaci* vocabulo obtinerent,

*) Operarum errore in Panciroli comm. ex ed. 1593. legitur *ostia oeni fluminis*, inde sequentes omnes *Oeni*.

**) Ipsius verba haec sunt (p. 14.): „*der Main, Moenis Mel., Moenus Plin. Tac. Eumen., althochd. Moin, Mohin, Mogin. Mogus in späteren Urkunden, Formen, welche die irrige Ableitung des Namens Mogontiacum veranlassten: 'Mogin, ex quo, ut fama sonat, Mogontia dicta est'. Vita S. Aegili, Broweri Sidera p. 36. Magontiacum, mit wechselndem Vokal Mogontiacum, hat nichts mit Moenus, Moin gemein und ist mit Ableitung aus dem in keltischen Ortsnamen häufigen magus, gal. magh, Feld, Ebene, etwa das deutsche Feldenze*“. Videsis etiam Schoepflin. Als. ill. I. p. 463.

denique etiam propter non negandam *Mogini* (*Mogoni*?) et nominis quod civitas habet similitudinem. Quam olim maxime accipere solebant explicationem, eam commode ex Beato Rhenano et Bruz. la Mart. Lexico * perspicere possumus. — Ios. Fuchsii liber multa quae egregie ad rem nostram faciunt continens, *Alle Gesch. v. Mainz* tomis II. 4°. Mogont. 1771. sq. editus historiam civitatis usque ad a. 180. p. Chr. n. exhibet, eiusque prior tomus etiam Latine exstat. De Mogontiaci Romano, cuius accuratam delineationem etiam graphicam Fuchsio debemus, disputat K. A. Schaab *Die Gesch. d. Bundesfestung Mainz, hist. u. militär. bearb. Mainz* 1835. 8°. p. 7...62. Vide etiam praeter auctores iam cit. Sph. Al. Würdtwein, Nero Claudius Drusus Germanicus, Moguntiaci conditor. Mogont. 1782. 8°, Cluver. II. 13., Vales. p. 339. sqq., Cellar. I. p. 251. §. 93., D'Anvill. p. 463., Lehne *Gesch. der Stadt Mainz* in opp. tom. IV., Minola p. 132. sqq., Mannert. II. 1. p. 263. sqq., Weick p. 70. sqq., Ukert. II. 2. p. 509. sq., Georgii II. p. 108.

Aestate a. 1848. in vico *Weissenau* prope Mogontiacum post domum urbi proximam repertus lapis sepulcralis a Kleinio editus est, in cuius antica parte legitur:

**) Beat. Rhen. Rer. Germanicar. III. (ed. Ulm. 1693. 4°. p. 619.): „*Magum* videtur priscis Gallis domum significasse, et *Cia* fluviolus est. unde *Magunciacum* quasi Domicilium *Ciae* coniunctum. Sic habes *Rotomagum*, *Noviomagum*, *Drusomagum*. Nam *Moenus* Germaniae fluvius nunquam eruditus vel *Mogus* vel *Moganus* dictus est“. Ego vero nomina *Mogonus* vel *Mogana*, similiter ut *Loganus*, *Logana*, qui fluvius *Venant*. Fort. VII. 7, 58. *Langona* (i. q. *Lōgona*) dicitur, in usu fuisse puto. Bruz. la Mart. VII. p. 957. „*Moguntia, welcher letztere Name ohn-streitig von den 3 Flüssen herkommt, so bey Mayntz zusammen kommen, davon vor Alters der erste Mon, der jetsige Mayn, der andere Gon, oder die Gantz, und der dritte Cia, oder die Oenbach geheissen hat. Der deutsche Name Mayntz hat ohne Zweifel seinen Ursprung von dem Mayn, so allda in den Rhein fällt. Anfänglich hat sie nicht so nah am Rhein gelegen, sondern.. in der Ebene, wo das Sieckenhaus und das Dorff Zabern zu suchen sind*“.

BLVSSVS·ATVS.....
 AN·LXV·H·S·F·RE.....
 NS·F·AN VISO.....
 SATTO·VERN.....
 F·PAREN^TIBVS·P.....

in postica:

BLVSSVS. ATVSHI·F·
 NAVTA·AN· LXXV· H· S· E·
 MENMANI·BRIGIONS·F·AN·
 VXSOR·VIVA·SIBI·FECT·PR^MVVS·F·
 PAREN^TIBVS·PRO·PIETATE·POSI T·

i. e.

Blussus Attusirii filius
 nauta annorum LXXV hic situs est.
 Menimanii Brigionis filia annorum [quot, omissum est]
 uxor viva sibi fecit
 Satto vern.....

Primus filius

parentibus pro pietate posuit.

— γ. 9.] *Bringentium* **ACDE**, *Bringensium* **B**, *Brigensium*
 aa. pro *bigēsiū* falso *bīgētū* aut *bīgenfū* scripserant librarii.
 Nomen milites, quod Bingii debebant, non quod inde oriundi
 essent, habebant. — Ut certum est vetus Bingium, quod *Bin-*
giam appellant Einhardi annal. ad a. 819. (Monum. Germ. I. p.
 206.), *Pingua* Ruodolfus infra cit., hod. Hassiacum oppidum
 amoenissimum *Bingen* esse (cf. Hassel. *Deutschl.* II. p. 258.),
 ita magna quaestio est, utrum oppidum ad dextram Navae in
 Rhenum exeuntis ripam hodie situm, antiquis temporibus ad
 sinistram Navae, tum alio loco sese Rheno miscentis ripam
 iacuerit nec ne: oppidum semper ibi stetisse, ubi hodieque
 pars eius meridionalis condita est, mihi extra dubium est *,

*) Non ita Minolae p. 154. sic dicenti: „Wir gehen nun wieder
 auf das linke Ufer [der Nahe] nach Bingium... es lag der Nahe west-
 wärts... Das heutige Bingen liegt auf dem rechten Ufer der Nahe, zu
 seiner diesseitigen Anlage gab die im J. 883. durch Normänner gesche-
 hene Zerstörung des alten die Veranlassung. s. Gelen. p. 689. Aber auch
 nach dieser Verpflanzung war dem Bingerer das Andenken an Drusus
 noch theuer... Drusus veranstaltete.. diese Wasserleitung hierhin nicht,

sed Navam fluvium olim non prope ipsum Bingium, sed prope vicum *Kempton*, supra Bingium ad pedem montis S. Rochi situm, ostia habuisse, quod p. 483*. non satis caute ut rem indubitata affirmavi, argumentis haud sane levibus indicatur. Ex veteribus scriptis Bingium memorantibus, cum Ammianus XVIII. 2, 4. de loci situ nihil indicet, atque It. Ant. ac Tab. Peut. ll. citt. Navam non significant, ad dirimendam illam quaestionem non nisi Tac. Hist. IV. 70. et Auson. Mosell. init. adhibendi sunt*. Ille: „Tutor“ inquit „vitato Mogontiaco Bingium con-

weil sein Bingen auf einem andern Ort lag“ etc. Quae procul dubio ex eiusce modi libris desumpta sunt, qualis est Io. Schollii *Chronick oder zeitregister der uhralten statt Bingen*, quem his ipsis diebus, quibus operis commentar. meum tradidi, E. Sanderus publicavit, ubi p. 10. legimus: „*Bingen aber, wie S. Hildegardis in vita S. Ruperti Confess. bezeügt, halt nicht an dem ord, da ess jetsund gelegen ist, sondern über der Nahe, da das Kloster S. Ruperti ligt, auff der Ebene unten am berg hinab [gelegen], und ist umbs jahr Christi 891 von den Nortmannern zerstört, und nachmahls von den inwohnern auff diese seyth der Nahe, und wie ess jets ligt erbauet worden*“. Quae editor adiecit, ut demonstraret Navae alveum Bingique situm semper eodem fuisse, quales hodie sunt, non opus est refutare: inter cetera nullius pretii argumenta testimonium tabulae Peut. adhibere voluit, quae secundum hunc scriptorem „*Bingen nicht hinter der Nahe auf dem linken Ufer, sondern vor derselben auf dem rechten Ufer an seiner jetsigen Stelle verzeichnet*“. Scilicet aut Rheni flumen in Tab. delineatum Navam, quae neque nominata neque delineata est in eadem Tabula, significare et ex oceano in lacum Brigantium decurrere Rhenum interpretatus est, pari fere sagacitate, atque Taciti Ausoniiue locos infra transcriptos explicavit, aut — non inspezit tabulam Peutingeranam.

*) Nam somnia sunt quae Keuserus in commentario *Bingen zur Zeit der Römer* in „*Zeitschr. des Vereins s. Erforsch. d. rhein. Gesch. u. Alterth. in Mainz*“ tom. I. p. 293. scripsit: „*Nach der Erzählung des Florus erbaute Drusus gleichzeitig mit dem Castell Bingen die Brücke über die Nahe*“. Neque Bingium neque Navam memorat Florus, cuius verba totiens temptata IV. 12, 26. „*Bonnam et Gesogiacum [edd.: Gesonia cum, Gesoniam cum] pontibus iunxit*“ sic scribenda „*Bonnam et Gesoriacum pontibus vinxit et c.*“ et sic interpretanda esse arbitror:

cessit, fidens loco, quia pontem Navae fluminis abruperat. sed incursu cohortium quas Sextilius ducebat et reperto vado proditus fususque^a. Tutor secundo Rheno sive certe ab euronoto Bingio appropinquavit, quo occupato ideo a Sextilii impetu tutum se putavit, quod abrupto Navae fluminis ponte cohortes Sextilii a Mogontiaco venientes Bingium capere non possent; sed tamen per Navae vadum euntes Tutorem cum suis copiis fundunt. itaque Bingium a Mogontiaco sive ab Altiaia (*Alzey*) et *Wörrstadt* venientibus trans Navam, i. e. in sinistra Navae ripa fuit *. Et Ausonius quoque cum a Mogontiaco per tractum *Hunsrück* a Bingio iter fecisset:

„Transieram celerem nebuloso flumine Navam,
Addita miratus veteri nova moenia vico [Vince],
Aequavit Latias ubi quondam Gallia Cannas.

Unde iter ingrediens nemorosa per avia solum^a e. q. s.

De Bingio poetam loqui, vel si quis vico pro *Vince* retineri

*Bonn und Boulogne befestigte er durch Brückenköpfe und versah jedes beider Orte mit einer Flotille^a. Sic Cic. ad Att. VII. 18, 2. „loca vincere praesidiis^a. Pontis significationem quam posui, quamvis non usitatam nec refelli quidem posse puto, neque equidem aliud argumentum quo probem habeo, nisi ipsam rei convenientiam, ut obsidionalis quoque machina, per quam ad muros urbium capiendarum ibatur, illud nomen gessit. Littera *g* pro *r* in vocabulo *Gesoriacum* facile permutari potuit, ut etiam Tab. Peut. I. A. habet „*Gesogiacum quod nunc Bononia^a*; et verba *inanzit* ac *inanzit* eandem in codd. mss. formam habent.*

*) Secundum Doederlinium non in ipso Bingio, sed prope id in sinistra Navae ripa coesedit Tutor. quod merito reprobatur Franc. Ritterus ad Tac. I. c.; sed eidem praepostere venti flaverunt aut inutili ac magnetica usus est, cum annotaret, cum Taciti verbis hodiernum Bingii ad dextram Navae situm sic conciliari posse: „nam Tutor loco fidebat, qui ab una parte (meridiem versus [unde nunc Nava venit]) moenibus oppidi, ab altera (in septentrionem [ubi Rhenus praeter fluit]) flumine Nava defendebatur. Pontem abruperat, ne a tergo invaderetur^a. sane, sed a tergo habuit Mogontiacum et Sextilium et secundum Tacitum ipsam Navam.

malit, iam nemo est qui neget. Quid ergo? transit Navam, a Mogontiaci veniens transit Navam, deinde Bingii moenia miratur. at fortasse a sinistra Navae ripa, relicto Bingio retro spiciens eius moenia miratus est? fateor nebuloso flumine interiecto (sive malis *nebuloso lumine*, ut omnino artem suam in eo quoque probaret poeta, ut moenia miraretur quae ne conspiciere quidem posset) non ita bene moenia in altera ripa condita spectari. Vix possis vel poetae verba sic accipere: postquam miratus eram Bingii moenia Navaeque pontem transieram, iter ingrediebar per avia etc. Itaque non possum quin Ausonium quoque testari, Navam inter Bingium Mogontiacumque olim interfluxisse, opiner. Nec parvi ponderis videtur, quod vetus via Mogontiacensis per Gaualgeshemium Ockenhemium versus atque inde ad Būdeshemium angulumque scarlatinum (*Scharlachecke*) ducebat, ut Keuscherus l. c. docuit. certe per Rheni vallem ad septentrionalem montis sancti Rochi pedem viam, ut nunc est, etiam Romani duxissent, nisi aliam atque nunc habent, vallesque et clivi Bingium circumdantes formam olim habuissent. Accessit quod in Ruodolfi Annalib. Fuldensib. ad a. 858. (Monum. German. I. p. 372.) legimus: „Villa quaedam haud procul ab urbe Pinguia [*Bingen*] sita est, Caput montium vocata eo quod ibi montes per alveum Rheni fluminis tendentes initium habent, quam vulgus corrupte [?] *Capmunti* [al. *cammunti*, *cammunzi*] nominare solent; ubi malignus spiritus evidens nequitiae suae ostendit indicium. . . .“ ad quem locum editor „*Chamund*, hodie *Kempton*, supra *Bingam*“ annotavit; eiusd. a. diploma ap. Lamei. in Actis acad. Palat. I. p. 272. memorat *Chamunder marcam* *. sed non cum Frehero II, 11. p. 45. adscripta vocabula *Gæmunde*, *Gemunda*, *Gemünde*, a mundio, i. e. tutela et defensione, sed cum Simrockio p. 252. ab antiquis Navae ostiis (cf. Graff *Althochd.*

*) Ex verbis documenti apud eund. p. 273. „in pago Vvormacinae in castro Pinginse, quod est constructum super fluvium Naba“ de quaestione supra agitata nihil definiri potest.

Sprachs. II. p. 812.) interpreter, si hoc per eas leges, quibus clivi collesque fiunt, licebit: nam hodie Nava quo minus ad meridionalem montis S. Rochi pedem, ipsius quasi montium Hunsrückianorum promontorii, Gemundam versus fluat, clivis interiectis vetatur, qui utrum Rhenique Navaeque exundantium aut vinitorum imbriumque etiam viribus (sive id istius maligni spiritus nequitia factum est, Elbegasti fortasse) post Romanorum tempora effecti, an illis etiam temporibus exstitisse dicendi sint, naturalis historiae peritioribus veterisque Navae alvei, si qui fuit ab hodierno diversi, investigatoribus diiudicandum relinquimus. Lapidem Bingensem Fuldae servatum hunc ex Steiner n. 321. repeto: I. H. D. D | I. O. M. PATRONVS | PATRINVS. ARA | M. DE. SVO. IN. | SVO. POSVIT | L. L. M | D. N. SEVERO | ALEXANDRO. III | ET. DIONE. COS. I. E. ANNO P. CHR. N. 229. Vide praeter scriptt. citt. Cluver. II. 14., Vales. p. 84. sq., Bruz. la Mart. II. p. 929. sqq., Cellar. I. p. 252., D'Anvill. p. 161., Mannert. II. 1. p. 257. (qui Auson. l. c. male intellexit), Ukert. II. 2. p. 210. measque ad Auson. annott.

— §. 10.] *ballistiariorum* a¹¹. Cf. p. 281*. ad p. 36*. §. 18. Hunc titulum Bodobricae repertum exhibent Orell. 3460. et accuratius 4968. et Steiner. 734.: PRINCEPS. II. LEG. XIII | GEM. AN. LXIII. STIP | XLVI. MILIT. XVI. CVRA | TORIA. VETERAN. IIII | EVOCATI-VA. III. — *Iodobrica* C, *Bodobriga* c^{2...4}. It. Ant. p. 254. *Baudobrica* [al. Boudobrica, Baudobriga, Bondobrica, Bondobriga] perperam transpositis nominibus *Antunnaco* et *Baudobrica*; Tab. Peut. *Bontobrice*. (nusquam *Bodobria* appellatur, nisi apud Ukert. II. 2. p. 517. not. 70. et qui hunc sequuntur.) ex quibus locis constat esse hod. oppidum *Boppart*, oppidum in profundo, ab Hunsrückianis non raro *Bupperich* dictum, quod paullo plus quam tria miliaria Borussica sive XIII M. P. vel VIII leugas supra Confluentes ad sinistram Rheni ripam conditum est. (Hassel. *Erd. der preuss. Mon.* p. 506.) In diplomatis medii aevi *Bobardia*, *Bochbardon* in pago Trechirensi nominatur. cf. Chronic. Gotwic. p. 461. Videsis Freher. II. 2., Cluver. II. 14., Vales. p. 91., Bruz. la Mart. v. *Boppart*, Cellar. I. p. 258. §.

102., D'Anvill. p. 144. sq., Minola p. 165. sqq., W. Humboldt *gesamm. Werke* II. p. 106. et §§. 23. sqq. *ibid.*, Mannert. II. 1. p. 256., Ukert. I. c., Simrock p. 279. Apparet ab illa Baudobrica diversam esse Baudobrigam in itinere a Trevis Argentoratum inter illam metropolin Bingiumque (de quo temere coniectaverunt Hetzrodt *üb. die alten Trierer* §. 8., Ukert. p. 517. alii, non esse Bingium Rhenanum, de quo supra egimus) sitam, a Trevis XVIII, a Bingio XLV M. P. sive potius leugas distantem, neque Salissonem a Bingio XXIII M. P. sive leugas distantem cum Saletione, hod. oppido *Selz* ad Rhenum sito (cf. ad p. 116*. §. ult.) confundi debere. Olim pro *Baudobriga* scriptum fuisse *Drahnobriga* et pro *Salissone* 'Dumnisso' lusi, ut illa mansio in hod. vico *Büdelich* ad Drahonum, hanc in vico *Denssen* prope *Kirchberg* quaeras et Hetzrodtii ab Ukerto accepta sententia stare posset. Aliorum opiniones rettulit Freudenbergius I. c. p. 186. sqq., omitta tamen Reichardiana, secundum quam Baudobrica ista in eo oppido, in quo cunae meae steterunt, i. e. „*Trarbach* ad rivum *Kautenbach* et *Mosellam*“ quaerenda est. et adiecit scriptor „Num *Kautenbach* vox corrupta sit vocis *Bautobrica*, definiant rei peritiores“. Utrumque facile refutari potest: *Trarbacum*, saeculo XIII. ex nummis, quibus archiepiscopus Balduinus a comitissa Lauretta Spanhemiensi captus anno 1328. se redemerat (cf. Güntheri *Cod. dipl. Rheno - Mosell.* III. p. 256. sqq. numm. 155. 156., *Stramberg Das Moselthal zw. Zell und Konz. Kobl.* 1837. 8°. p. 70. sqq. * et Simrock p. 300.), condi sive e viculo oppidum fieri coeptum nomen suum a Travennensi rivo, *Traverbach*, i. e. ipso *Kautenbach*, ab excavationibus, quae *Kaute*, *Kaule*, *Küle* vulgo dicuntur, sic vocato accepit: nam ostia idem con-

*) Non possum errorem a Strambergio, quod miror, p. 71. admissum non notare. „*Laureta . . . hatte ihrem Gefangenen, dem Erzbisch. Balduin, in der Sühne die ungeheure Summe von 11,000 Pf. Heller abgetrotzt*“. immo „*driesig tusend Punt Hallere*“. Vide Günther. *Cod. dipl.* I. c. p. 266.

tra velustiore vicum Travennam (*Traben*) in sinistra Mosellae ripa situm habet. neque viam Romanam a Treveris per Trarbacum aut Bingium aut Winningam, quam non nulli pro Vingio s. Bingio It. Ant. p. 374. perperam sumpserunt, unquam duxisse constat. Sed, quod maximam partem etiam Schmidtii delineatio ostendit, explicat Steiningerus l. c. p. 171. sqq. a Treveris per *Pellingen*, *Zerf*, *Noswendel*, *Baumholder*, *Sobernheim* ad Bingium viam habuisse Romanos; atque hanc indicare Itinerarium l. c. puto, ideoque cum praesertim et leugarum indicatarum numeri et vocabulorum sonus satis bene concinant, Baudobrigam in viculo *Bupperich* * non procul a *Prims* rivulo, qui Saravo miscetur, neque ita procul a vico *Lebach* (cf. Hassel. *preuss. Mon.* p. 529.) sito quaerendam esse opinor, ut Steiningerus quoque Baudobrigam *Bubrig* interpretatus est. Salissonis autem vocabulum et distantia ad vicum *Sulzbach* non ita procul supra oppidum *Kirn* in sinistra Navae ripa ad cognominem rivum ibi Navae sese miscentem situm, ubi Romanorum sepulcra, nummi supellectiliaque interdum effodiuntur, nos deducit; sed velus via Rom. non per eundem vicum ducebat, sed per dextram Navae ripam vicosque *Sien* et *Hundsbach*. Cf. de hac via et de Mithraeo prope vicum *Schweinschied* adhuc exstante *Friedlieb Röm. Denkmal bei Schw.* in annalib. antiqq. Rhenanar. curios. IV. Bonn. 1844. 8. p. 94. sqq.

— §§. 11. sq.] *Armigeri Defensores Seniores* inter XXXII legiones comitatenses, *Defensores Seniores* inter XVIII pseudocomitatenses sub dispositione Magistri militum praesentalis constitutas recensentur p. 26*. §. 18., p. 28*. §. 3. Vide annot. ad Not. Or. p. 195. not. 49. — Nemini dubium est quin *Confluentes* sint hod. civitas *Coblenz* (Hassel. *Preuss. Monarch.* p. 494. sq.), iam a geogr. Rav. *Cobulantia* dicta, ubi Mosella

„ . Germanis sub portibus ostia solvit“,

) Observatu digna est convenientia huius et vulgaris Boppardiae vocabuli, quae plane eadem est, atque Latinae utriusque loci appellationis. Cf. p. 976.

ut Auson. Mos. γ. 473. habet, sive, ut Venantii quoque Fortunati X. 10(12. ed. Brower.) γγ. 47. sq. utar,

„ . . . qua se duo flumina conflua iungunt,
Hinc Rhenus spumans, inde Musella ferax“.

sed utrum ante Ammiani tempora locus, qui hodie Borussorum admirandis operibus inexpugnabilis factus est, castello munitus fuerit nec ne, certant scriptores. Ammian. XVI. 3, 1. ad ann. 356. de Iuliano a Nemetibus et Mogontiaci veniente „ad recuperandam“ ait „ire placuit Agrippinam, ante Caesaris in Gallias adventum excisam. per quos tractus nec civitas ulla visitur nec castellum, nisi quod apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi annis Mosella confunditur Rheno, Rigomagum [*Remagen*] oppidum est et una prope ipsam Coloniam turris“. Constans fama est inter castella a Druso ad Rhenum condita (Flor. IV. 12, 26.) Confluentinum quoque fuisse, quod etiam Suetonii loco totiens temptato confirmari puto, in vita Calig. c. 8. „ . . . genitum scribit Plinius Secundus in Treveris vico Ambiatino supra Confluentes. addit etiam pro argumento, aras ibi ostendi inscriptas OB AGRIPPINAE PVERPERIVM“. Et, ne repetamus supra exhibitos II. It. Ant. et Tab. Peut., „Castrum Confluentis“, scripsit Greg. Tur. hist. Franc. VIII. 13. „quod ob hoc nomen accepit pro eo quod Mosella Rhenusque omnes pariter confluentes in eodem loco iunguntur“. Alios aevi scriptorum locos Confluentium mentionem facientes congegit W. A. Günther *Topogr. Gesch. der Stadt Coblenz*. 1813. 12^o. p. 9. sqq., qui §. 3. de situ castelli Confluentini in angulo utriusque fluminis disputavit. Ptolemaeum Confluentibus legionem Traianam * attribuere multi scripserunt; sed loci nomen nullum exhibet geographus, et Ukert. II. 2. p. 527. Traia-

*) Ptol. II. 8(9). „ . . . Βόννα λεγίων á Ἀθηναϊκή, εἰτα Τραιανή λεγίων, εἰτα Μοκοντίακον“. Pancirolus inde „Legionem Primam seu Traianam“ Confluentibus collocatam fuisse per confusionem scripsit; neque I. neque XII. legio, quam alii hanc Traianam fuisse sumpserunt, ab eo imperatore umquam nomen habuit. De legione II. Ptol. intelligendus est. cf. ad superiorem γ. 8. annot.

nam legionem apud vicum *Godesberg* (i. e. Wotani clivum), qui tria ferme M. P. a domo mea remotus est, stetisse ibique etiam Aram Ubiorum, quam ipsi Bonnae nostrae adscribere solent, quaerendam esse putavit p. 519. * Vide Cluver. II. 14., Vales. p. 154. sq., Bruz. la Mart. v. *Coblentz*, Cellar. I. p. 259. §. 104., Chronic. Gotwic. p. 465., D'Anvill. p. 240. sq., Minola p. 171. sq., I. A. Klein *Rheinreise. Kobl.* 1828. p. 138. sqq., eiusd. *Das Moselthal zw. Kobl. u. Zell. Kobl.* 1831. 8°. p. 8. sqq., Simrock p. 291. sqq.

— §. 13.] *Acincentium* ABC, *Acicensium* r²...⁴. ab Acinco (hod. *Alt-Ofen, O'Buda*) nomen gerentes. cf. p. 283*. ad p. 36*. §. 22. et p. 698*. ad p. 95*. §. 8. et 96*. §. 18. — *Antonacam* C(?). *Antunnacum* Ammian. et *Antunnaco* etiam Tab. Peut. et It. Ant.; sed in hoc discrepant scripturae *Antonaco, Anturnaco, Antunnago, Autunnaco, Autumnaco, Antannaco*. Geographo Rav. *Anternacha* vocatur. Reges Francorum aulam

„Antonnacensis castelli . . ad arces“

habuisse suaviter describit Venant. Fort. (cf. *Moselgedichte des Auson. u. Ven. Fort. Latein. u. deutsch v. E. Böcking.* Bonn. 1845. 8°. p. 116. sq.) ibique etiam reges Francorum cum optimatibus leges condidisse docet Decretio Childeberti II. regis §. 1. a. 596. ap. Pertz. Monum. Germ. tom. I. legum p. 9. (Baluz. I. p. 18.) „Ita . . Antonaco . . . convenit . . .“. *Antrinacham* vocant Ann. Fuldens. p. V. ad a. 882. (Monum. Germ. I. p. 396.). *Andernacum, Andrenacum, Anternacum, Antunacum*, castrum in pago Meginensi, non raro scriptoribus medii aevi memoratur. Chronic. Gotwic. p. 453. et Monum. Germ. Vid. etiam Cluver. II. 14., Va-

*) Ex eiusd. p. 518. not. 76. haec transcribenda videntur: „Klein in einem zu Coblenz erschienenen Programm zeigt, dass nirgends eine Spur von einem röm. Denkmal dort sei, dass Ammian. XVIII. 2. es bei Aufzählung der hergestellten Orte nicht nenne; dass, wenn es dagewesen, es den Römern nichts genutzt hatte, Amm. XXVIII. 2. XXIX. 7. und dass auch zu Valentinians Zeit dort kein Castell angelegt zu sein scheine. Amm. XXX. 3. XVIII. 6. Vgl. *Allgem. Repertorium* 1827. n. 7. p. 61. *Repert. der n. Litt.* 1826. IV. p. 207.“ Cave nimium his argumentis tribuas.

les. p. 25., Bruz. la Mart. v. *Andernach*, Cellar. I. p. 260. §. 105., D'Anvill. p. 71. sq., Minola p. 213. sqq., Mannert. II. 1. p. 255., Ukert. II. 2. p. 518., Klein *Rheinreise* p. 244. sqq. et Simrock. p. 309. nomen loci a verbis *ante Nacum i. e. an der Nette* deduci volunt, et mihi quoque hic rivus per pagum Meginensem veniens, non procul ab oppido, fere contra oppidum *Neuwied*, Rheno sese miscens, ab ἐρύμφ Antonaci et, quod alii quoque coniectaverunt, Ambiatini vici ap. Sueton. l. c. non alienus esse videtur. cf. p. 937*. ad p. 115*. γ. 3. i. f.

„Horum militum (Pancirolus adicit) numerus non ponitur, sed legionibus in praefecturas divisis singulae millenos et quandoque quingenos secundum Constantin. Porphyr. capiebant, neque enim hoc tempore legiones ut olim erant sex et septem milium, quas etiam suo seculo exhaustas fuisse Vegetius II. 3. conqueritur. Poterant omnes milites esse sex milia⁶. Poterant etiam vel plures vel pauciores esse.

— §§. 14. sq.] *Offitium B.* — *vir omiserunt et.* — *Dux hoc modo omisit E.*

— §§. 16. sq.] *Principem ex officiis omisit E.* *Officio pro Officiis* in exemplo nostro mendum typographicum est. *officiis* recte habent ACDDe¹, *offitiis B.*, *officio e^{2,3,4}.* — *praesentialium a^{4,7,11}, e^{2,3,4}, praesentiarum a¹⁵.*

— γ. 19. omisit A.

— γ. 20.] *Auditorem e^{2,3}.*

— γ. 22.] *Regerendarium omiserunt e^{2,3}.*

— §§. 23. 24.] *Exceptores singulares. a¹⁵.*

CAPVT XL.

PAG. 118*. CAP. XL.] Iustum hunc huius capitis locum esse demonstravi supra p. 260*. sq. et p. 416*. ad p. 60*. γ. 5. cf. Th. C. de off. Quaestoris I. 8. p. 329*. sq. transcr. et quae p. 208*. annotavimus. Pancirolus cum annotaret, nihil temere, sed cuncta ordine narrari, eum ordinem, ex quo hoc caput post reliquas militares dignitates administrationesque omnes

expositas collocatum est, non intellexit, sed ordinem hoc ipso capite enumeratarum rerum, de quo paulo post dicitur. De illo recte quidem „post Comitum et Ducum Limitaneorum copias“ inquit „Notitia quasdam Italiae, Galliarum et Hispaniae praeposituras hic summatim colligit, quibus nec Comites Italiae aut Hispaniarum, sed solus, ut videtur, Magister peditum imperabat, et ideo ultimo loco hic explicandae sunt reservatae“; sed causam ex Th. C. h. t. cit. repetendam non cognovit, i. e. quod in alteram consuetudinem, cum haec Notitia componeretur, derivatum fuerat Praeposituras, Tribunatus et Praefecturas quondam e Minore Laterculo emittendas ab hoc sublatas ad Magistrorum Militum potestatem dispositionemque transiisse, cui abusui obviam itum est illis constitutionibus. Itaque inter alia de aetate huius Notitiae conscriptae documenta multa etiam hoc habemus, quod contra eius rationem priscum morem inde ab a. 415. sensim revocari videmus.

— §§. 2. sq. rubr.] *Item* i. e. post spectabiles Comites Ducesque rei militaris cum suis copiis, Magistris Militum subditis quidem, sed iuxta priscam consuetudinem e Laterculis sive maiori sive minori emittendis, ante quam ad viros clarissimos, provinciarum praesides, descendat haec Notitia, iam exponendae sunt „omnes Minoris laterculi dignitates quae sub cura quidem ac sollicitudine v. ill. Quaestoris esse antea videbantur, postea vero“, quod huius Notitiae scriptae tempore obtinebat, „ad Magistrorum militum potestatem dispositionemque transierant“, ut ipsa Theodosii A. verba L. 3. Th. C. tit. cit. habent. Mirum in modum Io. Savaro (annot. ad Sidon. Apollin. epist. IV. 18. p. 272. ed. Paris. 1599. 4^o) erravit, cum totum hoc caput praecedentis partem efficere sequentesque praefectos ac tribunos omnes sub dispositione Ducis Mogontiacensis fuisse opinaretur: nam in hoc errore cum versatum esse, probant haec eius verba: „Notitia imp. sub dispositione V. Spectabilis Ducis Moguntiacensis *Praef. Lætorum, Bataurum, et Gentilium Sueuorum, Baiocas* et c.“ — *praepositae* a“.

ositurae, Tribunatus et Praefecturae“, ut L. 2., sive minoris laterculi dignitates quae etc.“, ut L. 3. Th. C. Memorantur enim hoc capite sex Praepositurarum species: 1) Praefecturae Classium VIII, si classiariis non adscriptae; 2) Praefecturas Militum a) Iuniorum Italicorum et b) Seniorum; 3) Tribunatus Cohortium VII; 4) Praefecturae Classium VII. Geminae, una; 5) Praefecturae Laetorum XII, in quibus quattuor simul Gentilium Suevorum praefecturae sunt; Praefecturae Gentilium XXI (nam quae plures fuerint, et in Italia et in mediterranea et in Galliis, mala codicis Spirensis coniectura nescire cogit), inter quas una Sarmatarum et Taurorum est, omissis quattuor Gentilium Suevorum, quas Laedecimus, praefecturis. Pancirolus: „Sunt autem Praefecturae Classium VIII, militum XXXVI, Tribunatus VII. Praefecturae, inquit Constantin. Porph. de thematib., erant M et aliae D milites, unde cum tribunatibus forte efficiebant circiter milia XXX. His aliae Laetorum et Sarmatarum praefecturae subnectuntur“. Et Nastius (*Röm. Kriegsalterth.* p.447.) Praefecturam ac Legionem idem fuisse singulisque legionibus Praefectos praefuisse nullius temporum diversitatis habita opinatus est. utrumque illud iis de quibus agitur temporibus non convenire veluti V praefecturae legionis praefecturae, IIII praefecturae legionis V. Macedonicae aliaque exempla demonstrant, itaque nihili faciendum est quod Pancirolus idem Nastius Praefecturam s. Legionem M, Praefecturam D, Auxilium C militibus constituisse scripsit. Constat post thematis Anatolici descriptionem (I. 7.): καὶ γὰρ μὲν οὐκ ἔν οὕτως ἀλλ' εἰς χιλιαρχίας καὶ πενταρχίας καὶ ἑκατονταρχίας καὶ πεντηκονταρχίας διήρητο τὸ στρατιωτικόν. εἰς δὲ τις ἀνθύπατος ἐκράτει τῶν κλημάτων, ὡς περ ἐπὶ τῶν κάτω χρόνων καὶ ἕως Ἰουλιανοῦ μάλιστα ἐπέμπετο τοῖς τάγμασιν ἕξαρχος. — Sub his poenis hi praepositi vetabantur „cuiquam de militia castris atque a signis vel his etiam locis, quibus deberent, discedendi commeatum dare; (L. 1. Th. C. de

commeatu VII. 12. a. 323. [L. 1. Iust. Cod. eod. XII. 43.], L. 2. Th. C. de re militari VII. 1.) et si Tribuni vel milites per possessiones evagarentur, neque cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis manerent, rectorum ac defensorum relationibus deferri ad imperatores praefecti praetorio iubentur L. 12. Th. C. (L. 11. Iust. C.) de re mil. a. 384. emissa. De duplici via qua ad has Praeposituras perveniebant, i. e. aut ambitu suffragiisque aut militiae labore decurso, deque inferiori Praepositurarum dignitate ipsi imperatores nos edocent constitutione adhuc male lecta et intellecta, hac: *Valentinian. Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* (L. 10. Th. C. de veteranis VII. 20.) „Si quis praepositus fuerit aut fabricae aut classi - aut laetis, identidem si praeposituram legionum [edd. praepositus Rom. largitionum*] vel cohortis gesserit tribunatum** aut quicumque his administrationibus, ad quas non nisi cum certis fide iussoribus singuli quique veniunt, fortasse praesuerit, qui non vel intra palatium congruo labore meruisse vel armatam invenitur sudasse militiam, iis privilegiis careat, quae militaribus [? *Cuiac. militansibus; ego: comitatensibus*] palatinisque tribuuntur⁴. *Dat. X. kal. Ian. Treveris Valentiniano NB. P. et Victore coss.* (a. 369.); *Honorius et Theodosius AA. Stiliconi Comiti et Mag. utr. militiae* (L. 13. Th. C. eod.) *** „Oportet inter eos qui ambitu ac suffragiis ad tribunatus praepositurasque perveniunt, et eos qui labore, periculo atque

*) *legionum*, non *largitionum* legendum esse iam alii observaverunt; corruptionem *praepositus rom* ex *praepositura* enatam esse ipse nunc demum vidi.

***) Ita etiam L. un. Th. C. de testimoniali extrib. VII. 2. qui ex praepositis sunt, ante eos qui ex tribunis sunt, collocantur.

****) Fere convenit eorund. imp. ad eund. Stiliconem a. 407. emissa L. 18. Th. C. de tironib. VII. 13. „Iuniorum collatione vel qui proxime in pretio ab honoratis pro rerum necessitate petiti sunt, vel si unquam tale aliquid rei p. ratio flagitaverit, immunes haberi oportere decernimus qui militiae praerogativa ad tribunatus praepositurasque pervenerint⁴.

ordine militiae decurso huius modi dignitates acceperint, esse discretionem: quare immunes eos haberi decernimus qui militiae praerogativa, ut dignum est, ad tribunatum praepositarum perveniunt*. commonendi autem sunt Comites aut Duces militum, ut et ipsi eos relevatos esse cognoscant, neque aliquid hoc nomine ab his flagitandum. De quibus ad omnes militares iudices paria scripta direximus. *Dat. XI. kal. April. Roma. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. coss.* (a. 409. [sive 407. cf. Gothofr.]). — Milites classarii et qui sub Tribunis

) De iis qui testimonialibus fraude quae sitis veterani fiunt, qui milites non fuerint, est in L. 12. Th. C. eod. et de abusu per gratiam, non per merita ad dignitates adscendendi, locupletissimum argumentum exhibet Agath. hist. V. 15., ad quem Not. Or. commentarius p. 235. rettulit, qua propter locum transcribimus: ἦσαν δὲ οὐ μάχιμοι... [cf. supra p. 269. sq.]... *μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι. καὶ τὸ μὲν παλαιὸν οὐκ ἄλλους τινὰς ἐν τοῖςδε θεμιτὸν ἦν κατατάττεσθαι, ἢ τοὺς αὐτοῦργεῖν τὰ πολέμια ἡσκημένους. καὶ τοῖσιν οὐδὲ χρήματα εἰσήγον ἐφ' ᾧ ἐνστρατεύσασθαι, ἀλλὰ χαρισιτηρίαν διαφανῶς καὶ ἀξίμιον ἐδέχοντο τὴν τιμὴν, αἵτε δὴ ἀξιοὶ ἐκ τῶν προηγωνισμένων ἀναδειχθέντες. Ζήνων δὲ φάσκειται πρῶτος ὁ Ἰσαυρος μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ἀνάκτησιν πολλοὺς τῶν ὁμοφύλων τοῖςδε τοῖς τάγμασιν ἐναριθμύσας, ἥκιστα μὲν ἐν συμπλοκαῖς ἀριστεύσαντας ἢ ὄλως ἐμπείρους γεγενημένους, ἄλλως δὲ πῶς γνωρῖμους αὐτῷ καὶ ξυνήθεις. εἴτα δοθέντος ἐν τῷ τότε καὶ παρειλημμένου τοῦ ἐξεῖναι οὐ μόνον ἀντὶ μόχθων τε καὶ ἀγῶνων καὶ τῆς ἐν μάχαις ἀρετῆς, ὡς ἐν ἀμοιβῆς τρόφῳ καὶ γέρας ἐγκαταλέγεσθαι τοὺς ἀξίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς παντάπασιν ἀπολέμους τῶν ὁμοίων μεταλαγχάνειν οὐ πρὸς ἀξίαν, ἀλλὰ πρὸς χάριν. δοθέντος δὲ οὖν τούτου τὴν ἀρχὴν παρῆλθεν εἰκότως εἰς μέσον ἐξ ἐκείνου καὶ ἐκ τῶν λημάτων ἐπικουρία, ἢ πασῶν, ὡς εἶπε, τῶν ἄλλων ἐγκρατεστέρα, καὶ τοιοῦτον ἐς ἐμπορίαν μετέστη τὸ χρῆμα, ὡς μηκέτι ἄλλως ἐν τοῖςδε τοῖς στρατεύμασι καταλέγεσθαι τοὺς βουλομένους, πρὶν ἂν χρυσίου τι μέτρον καταθεῖναι. τοῦτο δὲ ἀποτίσαντες εὐθύς ἐγχαράττονται ἀνεξετάστως, καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει ἀναριθμοῦνται, εἰ καὶ παντάπασιν πολεμικῶν ἔργων ἀνεπιστήμονες τυχοῖεν ὄντες. οὕτω τε τῆς κρίσεως ἡμελημένης, εἰκότως ἄρα ἥκιστα διαπονεῖσθαι καταναγκάζονται, ὡς δὴ ὦνιον ἐλόγτες τὸ γέρας, καὶ πλείστου ὅσου πριάμενοι τὴν ἀργίαν. Tamen usque recurret.*

fuert, quibus ceteri huius deterioris ordinis milites comparandi sunt, ut aliis iustae militiae privilegiis carebant, ita Paulus S. R. V. 26. §. 2. (*Ad L. Iul. de vi publ. et priv.*) „Hac lege excipiuntur“ inquit „tribuni etiam militum et praefecti classium alarumve, ut sine aliquo impedimento legis Iuliae per eos militare delictum coerceri possit“. — *praesentialium* aa. De quo Magistro peditum praesentali capp. V. cf. VII.

— §. 4.] *In Italia* ad praecedentem rubricam trahunt aad. — Cf. quae p. 275*. sq. ad p. 33*. §. 4., p. 587*. sq. ad p. 84*. diximus. — De partium huius capituli serie Pancirolum negaverim recte vidisse, cum scriberet: „Videntur autem prima fronte confuse et sine ordine disponi, cum primo Italiae, deinde Galliarum, mox Hispaniarum, rursus Galliarum Belgicaeque atque Italiae, ac denuo Galliarum praefecturae recitentur. Verum nihil temere, sed cuncta suo ordine narrantur. Italiae enim ut dignioris quatuor classium praefecturae praecedunt, et una militum Italicorum Ravennae, ubi Imperator residebat, degentium. His subnectuntur quae in Gallis et Hispaniis merebant, demum Laetorum et XXI Sarmatarum legiones [?] late per praefatas provincias dispositae, ne separentur, unico recensentur contextu. Prius igitur Laetorum, prout in Gallis Belgicaeque I. et II. et Germania I. dispositae erant; deinde Sarmatarum prout per Italiam et Gallias Belgasque et ipsae divisae reperiebantur, praefecturae explicantur. Non ergo per saltus, sed hoc ordine cuncta traduntur“. Hunc equidem ordinem video: primum Praefecturae Classium militumque classiariorum, Praefectura leg. VII. G. et Tribunatus cohortium per tres dioeceses, Italiae, Galliarum Hispaniarumque, deinde Praefecturae Laetorum Gentiliumque, quarum illae dignitate praebant, recensentur, unde priore loco Laeti per Gallias, posteriore Gentiles per Italiam et Gallias constituti memorantur, ut in universum dignitatis unius cuiusque militum generis ratio habita sit.

— §. 5.] *In omiser. BDE.* — *provincia BD.* Non proprio sensu h. l. *provinciae* vocabulum positum esse putem, ut

regionem consularem significet et pro *Venetia* sive *Venetia et Histria* (cf. p. 5*. ꝥ. 13., p. 9*. ꝥ. 9., p. 65*. ꝥ. 7.) sumendum sit, sed pro regione s. tractu militari minori, ut p. 275*. ad p. 33*. ꝥ. 3. pro maiori poni vidimus. — *biretia* A, *Benetia* B, *beretia* (bēetia pro bēetia) D. Vide quae de *Venetia* p. 440*. sq. ad p. 65*. ꝥ. 7. disputavimus. — *inferior* E. Cf. p. 48*. ꝥ. 25. sq. cum annot. p. 354*, ubi Inferiorem appellasse videri occidentalem provinciae a Sontio (*Isonzo*) fl. partem, Superiorem vero *Histrinam* diximus. *Tilaventum* fl. (*Tagliamento*) *Venetias Inferiorem* a *Superiore* divisisse etiam *Furlanellus* scripsit, contra quem et hic d. q. a. ab ipso transcriptus locus pugnat: *Aquileia* longe a *Tilaventi* ostiis orientem versus sita erat. Etiam *Iornand.* de reb. *Get.* meam sententiam tutatur c. 57. vv. „indeque (e *Pannoniis*) *Venetiarum* fines ingressus ad *Pontem Sontium* nuncupatum castra metatus est (*Theodericus*)“. cf. etiam *Geogr. Rav.* IV. 30. i. f. Possis etiam *maritimam Venetiam*, ut *Serv. ad Verg. Ecl.* VI. 62. appellat, ab *Alpina* sive *montana* divisam fuisse, ut illam *Inferiorem*, hanc *Superiorem* dixissent, sed vereor ut recte, opinari.

— ꝥ. 6. 7. omisit A.

— ꝥ. 6.] Praefecti *Classium*, cum olim quasi *maritimos imperatores* sive *supremos admirales*, ut recentiori vocabulo rem significemus, eos fuisse constat (*Liv. XXVI. 48. XXXVI. 20. 42. rell.*), *Notitiae* aetate quasi *Commodorum* minorive dignitate fruentes sub *Magistris militum*, sive per *medios Ducis* (ut *capp. XXXI. sqq.*) sive sine *intermedia alia militari administratione* (ut *hoc cap. XL.*) fuerunt*; unde in *lapide Salo-*

*) *Dubos Hist. de la mon. franç. I. p. 82.* „*Nous ne voyons point que les Officiers qui commandoient ces bâtimens de toute espece, eussent, pour parler à notre maniere, un Amiral ou un Chef particulier, qui reçût immédiatement ses ordres de l'Empereur [i. e. ut habuissent proprios Magistros Militum navalium pariter atque Equitum Peditumque]. Dans l'Empire Rom. le service de terre et le service de mer n'étoient point aussi séparés qu'ils le sont aujourd'hui dans les Etats de la Chre-*

nit. ap. Donat. 283, 10. s. Orell. 3599., quem exhibebo infra ad cap. XLV., Dyconius Sextenius ex Praefecto classis Latinae [? Polaticae? Salonitanae?] v. c. (vir clarissimus) PRAESES PROVINC. DALMAT. factus legitur, item in Misenensi ap. Orell. 3596. praefectus classis V(ir) P(erfectissimus), alius PRAEF. AVXIL. OMN. CLASS. PR. RAVENN. NON. nisi VIR. DVCENAR. appellatur (ibid. 3622. Grut. 457, 8.), in quo dignitatis vocabulo frustra non nulli haeserunt. Paulo accuratius h. l. de re classica, adhibito commentario olim a me edito disputabo. Classicorum militum apud Romanos in universum deterior quam terrestri militiae condicio fuit, sed non omnium eadem eo potissimum tempore, ad quod nobis respiciendum est. In rebus nauticis nunquam excelluisse Romanos satis notum est, et Polybius VI. 52. in hac re longe eos Carthaginiensibus inferiores appellat. Etiam sub principibus rerum potitis in navalem militiam tanquam sordidiorem ac minus honestam libertini ordinis homines sociique navales dabantur, veluti ab Octaviano A. viginti milia servorum manu missi ad remum dati sunt (Suet. Octav. 16.), classisque Ravennatis magnam partem Dalmatas Pannoniosque fuisse Tac. Hist. III. 12. testatur; ita antea quoque naves navalibus sociis civibus Romanis qui servitutem servissent complebantur, ingenui tantum ut iis praecessent. (Liv. XL. 18. XLII. 27. rell.) Duas classes, unam Miseni, alteram Ravennae ad tutelam superi et inferi maris ab Octaviano A. collocatas (cf. infra ad §§. 10. sq.) aliasque minores ab eodem institutas esse notum est. (Tac. Ann. IV. 5., Hist. III. 47. cf. Lips. magn. Rom. I. 5.) sed classiariorum militum sub Octaviano maria fluminaque tuentium numerum Dio Cassius, postquam legiones sub eo militantes recensuit (LV. 24.), accuratius indicare posse negat: singulas legiones cum classibus apud Misenum et Ravennam stetisse

tienté. Il paroît seulement qu'il y avoit des Officiers et des Corps destinés à servir sur les flotes, et que les soldats de ces corps croyoient monter d'un grade quand ils pouvoient passer dans les légions.

post alios Vegetius l. c. aperte tradit. sed has classicas legiones a sordidiore navalium militum et classiariorum ac remigum abiectiori genere seiunctas fuisse docet Fabrett. de col. Trai. p. 83. sq. Quos classarios ad varios usus ministeriaque viliora adhibebant, ad vias muniendas, ad flumina purganda, ad species transvehendas, ad speculandum quid barbari, praecipue in limitibus imperii agerent, ad custodiendos, arcendos, lacessandos aggrediendosque hostes et si quae aliae necessitates fuerunt. contra honoratior legionum classicarum sors cum ceterarum legionum conditione comparanda est, qua de caussa Otho ap. Tac. Hist. I. 87. classariis spem honoratioris militiae facere dicitur. Istius modi classarios cum Nero ex remigibus iustos milites fecisset (Plut. Galb. 15.), redire ad pristinum statum Galba coegit, qui recusantes... non modo immisso equite disiecit, sed decimavit etiam. cf. annot. ad p. 114*. γγ. 26. sq. Tacitus (Hist. I. 6.) „trucidatis tot milibus inermium militum“ in urbe remansisse legionem ab Nerone e classe conscriptam refert, eidemque ille legioni, inquit, „classicae diffidebat, infestae ob caedem commilitonum quos primo statim introitu trucidaverat Galba“, eaque ad Othonem defecit et a Vitellio victa „prima classicorum legio in Hispaniam missa, ut pace et otio mitesceret. Id. II. 67. De illis classariis autem ib. I. 87. refert: Otho „reliquos caesorum ad pontem Mulvium et saevitia Galbae in custodiam habitos in numeros legionis composuerat, facta et ceteris spe honoratioris in posterum militiae. addidit classi urbanas cohortes et plerosque e praetorianis“*. Lapidem etiam aeraque Classarios magnam certe partem inferioris sortis peregrinaeque conditionis homines fuisse testantur. Ex tabulis honestae missionis vulgo dictis multae sunt quibus sueto more civitas Rom.

*) Dio s. potius Xiphilin. LXIV. 3. quod a Galba *ἐς ἐπιτακισχίλους τοῦ Νέρωνος δορυφόρους* caesos esse narrat, tam hoc nimio VII M numero, quam falso *δορυφόρων*, praetorianorum, nomine, dum ceteri scriptores de classariis loquuntur, imprimis Casauboni Reimarique ingenia exercuit.

classiariis datur: sic civitatem dedit ET CONVIVIVM CVM VIO-
 RIBVS QVAS TVNC HABVSSENT, CVM EST CIVITAS IIS DATA, AVT SI
 QVI CAELIBES ESSENT, CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT, DVM TA-
 XAT SINGVLI SINGVLAS: 1) a. 52. p. Chr. TI. CLAVDIVS CAESAR
 AVGVSTVS....TRIERARCHIS ET REMIGIBVS QVI MILITAVERVNT IN CLASSE
 QVAE EST MISENI SVB TI. IVLIO AVGVSTI LIB. OPTATO. (Platzm.,
 Vernazza, Cardinali. n.º. I.) 2) a. 71. IMP. CAESAR VESPASIANVS
 AVG....VETERANIS QVI MILITAVERVNT IN CLASSE RAVENNATE SVB
 SEX. LVCILIO BASSO QVI SENA ET VICENA STIPENDIA AVT PLVRA
 MERVERVNT ET SVNT DEDVCTI IN PANNONIAM. (Iidem n. V.) 3)
 a. 86. IMP. CAESAR DIVI VESPASIANI F. DOMITIANVS AVGVSTVS GER-
 MANICVS....CLASSICIS QVI MILITANT IN AEGYPTO SVB C. SEPTIMIO
 VEGETO ET CLAVDIO CLEMENTE PRAEFECTO CLASSIS. ITEM DIMISSIS
 HONESTA MISSIONE EX EADEM CLASSE etc. (Platzm. et Vernazz. n.
 VI., Cardinal. n. VII.) 4) a. 92. Idem....IIS QVI MILITANT IN CLASSE
 FLAVIA MOESICA QVAE EST SVB SEX. OCTAVIO FRONTONE etc. (Platzm.
 et Vern. n. VII., Cardin. VIII.) 5) ? a. 107. IMP. DIVI NERVAE FIL.
 NERVA TRAIANVS GERMANICVS et C. ... IIS QVI MILITAVERVNT IN
 CLASSE RAVENNENS. et misenensi quae est svb c. ivlio frontone
 et I. SVRAE SEX ET XX STIPEND. EMERIT. etc. (Vern. IX., Cardin.
 XIII.) 6) a. 127. IMP. CAESAR DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NER-
 VAE NEPOS TRAIANVS HADRIANVS AVG....IIS QVI MILITANT IN CLASSE
 PRAETORIA RAVENNATE QVAE EST SVB NVMERIO ALBANO QVI SENA
 ET VICENA STIPENDIA MERVERVNT etc. (Cardin. XIV.) 7) a. 129.
 Idem ... IIS QVI MILITAVER. IN CLASSE PR. * MISENENSI SVB IVLIO
 FRONTONE SEX ET VIGINTI STIPENDIA EMERIT. etc. (Platzm. IX., Vern.
 X., Cardin. XV.) 8) a. 134. Idem ... IIS QVI MILITAVER. IN CLASSE
 PRAETORIA MISENENSI QVAE EST SVB CALPVRNIO SENECA SEX ET
 VIGINTI STIPENDIA EMERIT. etc. (Vern. XI., Cardin. XVI.) 9) a.
 154. IMP. CAESAR DIVI HADRIANI F. DIVI TRAIANI PARTHICI NEPOS
 DIVI NERVAE PRONEPOS T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS

*) De PRAETORIAE vocabulo tam Misenati quam Ravennati classi
 addito vid. Cardinal. p. 170. sq. ibidemque cit. Vernazzam *Dipl. di Adriano*
 p. 9. sqq.

... IIS QVI MILITAVERVNT IN CLASSE PRAETORIA MISENENSI QVAE EST SVB VALERIO PETO SEX ET VIGINTI STIPENDIS EMERITIS *etc.* (Vern.XIII., Cardin.XIX.) 10) a. 247. IMP. CAESAR M. IVLIVS PHILIPPVS PIVS FELIX AVG.... IIS QVI MILITANTES SVNT [? militaverunt] IN CLASSE PRAETOR. PHILIPPIANI SEV MISENENSE QVAE EST SVB AELIO AEMILIANO PR[ae]fecto] OCTONIS ET VICENIS STIPENDIS *etc.* (Platzm.XIV., Vern.XIX., Cardin.XXVI.) Ut nomina praefectorum classium quasi sub unum conspectum redigamus, hunc indicem ex Cardinalii libro p. 174. sqq. in usum nostrum vertere visum est.

Praefecturam Classis Misenensis, quam Iulius Fronto gessit, Neronis tempore *Anicetus* [Tac. Ann. XIV. 3.], deinde *Plinius*, historiae naturalis auctor, [Plin. ep. VI. 16. §. 4.] habuerunt. Eiusdem classis praefecti secundum lapides diplomataque (eos enim qui apud scriptores passim memorantur, h. l. recensere nolumus) fuerunt sub Claudio *Ti. Claudius Ilius* (Gruter. 369. 7. [quem tit. Cardinalius suspectum sibi esse significat, non addita causa]), *Ti. Iulius Optatus* [vide supra n. 1.]; sub Vitellio *S. Lucilius Bassus* [n. 2.]; Hadriani temporibus *Iulius Fronto* [n. 5. et 7.], *M. Calpurnius Seneca* [n. 8. et tit. Villalbae Turdetaniae reperi. ap. Cean-Bermudez Sumario p. 292.]; sub Antonino Pio *Valerius Paetus* [n. 9.]; sub Gordiano *Valerius Valens* (Orell. 3596.); sub Philippis *Aelius Aemilianus* [n. 10.], et incertum quo tempore *T. Iulius Paetius Bassianus* (Orell. 3613. [quem vide de hoc tit. Ligorian]). Antiquis temporibus Duumviros navales, postea Consules, Praetores, Praefectosque orae maritimae classibus praefuisse notum est; sub imperatoribus vero proprii Praefecti iisdem praecerant, iidemque suos Subpraefectos habebant, ut Graeci *ἐπιστολεῖς* sive Subnavarchos. ita ap. Grut. 208. memoratur *Alfenius Senecio* SVBPRAEF. CLASS. PR. MIS. Praefecti Classis Ravennatis: *M. Aquilius Felix* (Guasco I. p. 117.), *S. Lucilius Bassus* (Grut. 573, 1.), *C. Ceraunius Callistus* (Mur. 10, 1., Spreti cl. III. n. 125.), *T. Marius Siculus* (Fabr. IX. 518.), *Numerius Albanus* [supra n. 6.]; Subpraefecti: *T. Cornasidius Sabinus* (Morcell. p. 317.), *T. Abudius Verus* (Mur. 54, 6.), *T. Appius Alfinius Secundus* (Grut. 359, 3. suspect.) [Cf. etiam fragm. ap. Grut. 493, 6.] Praefectus Classis Aegyptiacae [*C. Septimus Vegetus* et] *Cl. Clemens* [supra n. 3.], Flaviae Moesicae *Octavius Fronto* et *Q. Alatinus Modestus* [supra n. 4. et] (Fabr. IX. 59., Mur. 184, 2., Marini Atti 462.), Britannicae *M. Maenius Agrippa* (Rein. VI. 128.), Latinae [?] *Dyconius Sextenius* (Donat. 283, 10. *Marm.*

Sal. p. XIV. 1.), Siciliae *L. Cornelius Festus* (Mur. 1981, 13.), Pannonicae et Germanicae *C. Manlius Felix* (Mur. 717, 5. 2023, 3.), Alexandrinae *L. Valerius Proculus* (Mur. 1056, 4.), Ponti *Crispinus* [*ΚΡΙΣΠΙΝΟΣ ΕΥΚΛΕΗΣ ΑΝΗΡ*] (Mur. 809, 1.), Britannicae, Moesicae et Pannonicae quidam cuius nomen non exstat in lap. ap. Grut. 493. 6.; Classium Praetoriarum *Cn. Marcus Rustius Rufinus* (Donat. 293, 6.); Praef. auxil. omn. class. pr. Ravenn. *L. Popilius Celenius* (Grut. 457, 8. Orell. 3622.). Nescimus quibusnam classibus praefecti fuerint *Fl. Nonius Erastus* (Pratilli Cons. della Camp. p. 96.), *C. Veratius Italus* (Marini *Atti* p. 159.) [Aquileiensis fuit, Aquileiensi quoque classi praefuisse putem], *M. Titius* (Grut. 474, 8.), *P. Cornelius Cicatricula* (Fabr. X. 211.), *S. Aulienus* [*Auienus* Gud.] (Grut. 370, 1.), *M. Aurelius An...* (Mur. 794, 2.) [item Aquileiensis?]. — Nemo puto non probabit quod in hunc indicem non nullos praefectos in marmoribus Gudianis (30, 4. 52, 7. 60, 5. 135, 4. 153, 3. 159, 7.) Muratorianisque (283. item Fabr. X. 571., Mur. 784, 2. 788, 1.) memoratos non recepimus, dignos quidem istius *L. Antidii Ferocis* collegas, quem e fabrica Ligoriana prodiisse Oliverius ostendit *Esame dell' iscr. di L. Ant. Feroce...* Academici Herculenses diversarum militiae navalis tam Graecae quam Romanae administrationum munerumque abundantem elenchum ediderunt, in quo componendo non satis sibi a Ligorianis fraudibus caventur, quibus Gorius quoque fidem habuit (III. p. 88. 90. 91. 93.), ut merito virum vituperaret Oliverius. Itaque usque dum meliora testimonia perhibebuntur, ex isto Herculensium indice reiциendi videntur *PRINCIPES CLASSES* (Grut. 1031, 8., Doni 6, 1.), *LEG. LEG. I. CLASSICAE* (Gud. 124, 7.), *PRAEF. CLASS. RAVENN. COHOR. PRIMAE SPECPLAT.* (Gud. 159, 7.), *MAGIST. CLASS. RAV.* (Gud. 28, 9.), *PRAEF. ET MENSOR OPER. PVBL. CLASS. RAVEN.* (Gud. 60, 5.), *PRAEF. VEHICVL. CLASS. RAV.* (Gud. 135, 4.), *ARCHINAVT. CLAS. RAV.* (Doni 6, 2., Gud. 181, 7.), *CENT. COH. VII. SPECPLAT. CLASS. MISEN.* (Gud. 184, 3.), *PRAEF. CLAS. MISENAT. ID. > COH. III. SPECVL. ANTIQVAE. STIPEND.* (Mur. 788, 1.) Ne vero si quod damnum dedimus, non resarciamus, habeto tibi haec munera gradusve ab Herculensibus praetermissos: *MEDICUS DVPLARIS* (Marin. p. 826., Gori III. 94., Donat. 333, 4. *etr.*), *BENEFICIARIUS* (Vignoli *inscr. sel.* p. 300., repet. Mur. 837, 2., Donat. 281, 9.) *DOC. DE III. DIANA* (*Doctor de Triere Diana* lego ap. Mur. 839, 8., ubi est *DOC. III. ET DIANA*, pari modo aliunde noti sunt *doctores campi et cohortium, sagittariorum, Thracum, Secutorum, Myrmillonum, factionis Venetae* et q. s. r.), *MANIVVLARIS* (Mur. 780, 5. 784, 4. 807, 3. 829, 10. 856, 8., Grut. 561, 1., Marin. p. 358.), *EVOK. EX. CLAS.* (Gor. I. 236., Mur. 837, 5.),

EMERITVS. CL. (Vignoli p. 287., Mur. 854, 8., Gori III. 64.), MISSICIVS. EX. CLAS. (Mur. 809, 6.)

Ut *remiges* olim sive *remigium* vel *navtae*, *ἐρέται*, *αὐτερέται* et *τριηρίται* s. *τριηρέται*, atque *classici milites* sive *socii navales* aut *propugnatores*, *ἐπιβάται*, *ἐπιβάται νεῶν*, quos omnes classiariorum nomine passim comprehendebant, tamen ubi exactius loquerentur, inter se distinguebantur (Polyb. I. 25., Liv. XXII. 11. XXVI. 51. rell., Tac. Ann. IV. 27. XII. 56. XIII. 30. XIV. 4. 8. cf. Fabrett. col. Trai. p. 71.), ut legionis honorificum nomen non facile classi attribuebatur *, ita posterioribus etiam temporibus, cum a Diocletiani Maximianique inde imperio usque ad tempora huius Notitiae in eam formam qua nunc utimur, redactae, maxime per Constantinum Theodosiumque totius imperii status ac forma multum immutaretur **, similes militiae gradus observati sunt. Universum navalis militiae genus in hac Notitia fere infimum ubique locum habet atque diversae huius quoque limitanae militiae singulae species quod ad dignitatem condicionemque fuerunt: aliae namque e Maiori, e Minori aliae Laterculo emittebantur ***,

*) Polyb. I. c. Τὸ δὲ μέρος ἕκαστον διττὰς εἶχε προσηγορίας· πρῶτον μὲν γὰρ ἐκαλεῖτο στρατόπεδον καὶ πρῶτος στόλος καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ λόγον.

**) Multi cum in scholis novam historiae Rom. periodum a Constantino M. incipere soleant, de his immutationibus ita loquuntur ac si cum hoc imperatore novus rerum ordo quasi caelo delapsus esset. at tamen cautius ille, neque tanto rerum novandarum studio, immo ubi fieri potuit aut debuit, summopere eam rei p. constitutionem quae eo usque optinuerat, bene retinuit, quod, ut uno exemplo defungar, proconsularium provinciarum forma demonstrat.

***) Praefecturas Classium sub Ducibus recensitas omnes, cum haec Notitia componeretur, e Maiori Laterculo emittendas fuisse docet tum Not. Or. c. XXXVII., ubi post Legiones Riparienses Praefecturamque navium amnicarum enumeratas p. 103. sequuntur „quae de Minore Laterculo emittuntur“ Cohortes tres, tum quod de Minori Laterculo olim emittendae Praepositurae Magistri Ped. praesent. summam hoc capite XL. exponuntur. Ceterum qui sub Ducibus memorantur Praefecti Clas-

aliae, ut Naucarii milites, inter Auxiliares * (Not. Or. p. 99. B 1, p. 102. b 10), dignitate Legionibus Palatinis posteriores, priores ceteris, Comitatus ac Pseudocomitatensibus, post quos demum Legiones Riparienses, Castriciani ceteraeque Praepositurae collocabantur. Unde Arcadius et Honorius AA. a. 400. ad Stiliconem Mag. Mil. „Contra publicam utilitatem nolumus a numeris ad alios numeros milites nostros transferri. sciant igitur Comites vel Duces quibus regendae militiae cura commissa est, non solum de Comitatus ac Palatinis numeris ad alios numeros militem transferri non licere, sed ne [de] ipsis quidem Pseudocomitatensibus ** legionibus seu de Ripariensibus***, Castricianis ceterisque cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam, quia honoris augmentum non ambitione sed labore ad unum quemque convenit devenire...“ L. 18. Th. C. de re mil. VII.1., L. 14. Iust. C. eod. XII. 36. De singulis navalis militiae generibus quae hac Notitia

sium, post eos numeros ponuntur, de quibus quin e Maiori Laterculo emitterentur, nullum dubium est. atque hoc quidem etiam de Not. Occid., modo varias capitum divisiones recte interpretemur, verum est.

*) Levior fuit Auxiliarium s. Auxiliariorum militia, neque ad eam peregrini tantum, sed saepissime etiam cives Rom. adspirabant. Cf. Gothfr. ad L. 9. Th. C. de tironib. VII. 13. et quae in annot. ad Not. Or. p. 192. not. 37. dicta sunt. Sed inter Ripenses quoque milites Cuneos Auxiliaeque fuisse L. 7. Th. C. tit. cit. aperte demonstrat verbis „hi vero qui in ripa per Cuneos Auxiliaeque fuerint constituti...“

**) Sic recte Cuiac. Obs. I. 25.; edd. „sed ne ipsis quidem seu de comitatensibus“. Numeros legionibus hic opponi putavit Haenel. not. e ad h. L.; immo, quod „de Comitatus ac Palatinis numeris“ dixerunt imp., idem est ac si „de Comitatus Legionibus Vexillationibusque ac Palatinis Vexillationibus, Legionibus Auxiliisque“ dixissent: nam ea honoris inversa $\alpha\lambda\mu\alpha\xi$ fuit; deinde sequebantur Pseudocomitatenses, quibus Legionis vocabulum Notitia nunquam addidit, Riparienses s. Riparienses et deinceps alii.

***) Malim „Pseudocomitatensibus seu de legionibus Ripariensibus“. cf. not. superiorem. In Iust. C. est: „seu de comitatensibus legionibus seu de castris ripariensibus, castrensianis ceterisque“.

memorantur, in annotatione disputatum est. — *Venetum*] *benectum* B, *benecum* D. Nescio an nemo veterum Venetos Italicos 'Venetes' appellaverit. — *Aquiletae* B D, *Aquilete* C. Aquileiam de qua p. 347*. ad p. 47. γγ. 26. sq. diximus, Herodianus VIII. 2. in vita Maximini πόλιν Ἰταλίας τὴν μεγίστην appellat eamque sic describit: 'Ἡ δὲ Ἀκυληΐα καὶ πρότερον μὲν αἶτε μεγίστη πόλις ἰδίου δήμου πολυάνθρωπος ἦν καὶ ὄσπερ τι ἐμπόριον Ἰταλίας ἐπὶ θαλάττῃ προκειμένη καὶ πρὸ τῶν Ἰλλυρικῶν ἔθνῶν πάντων ἰδρυμένη, τά τε ὑπὸ τῆς ἡπείρου διὰ γῆς ἢ ποταμῶν κατακομιζόμενα παρεῖχεν ἐμπορεύεσθαι τοῖς πλείοσι· τά τε ἀπὸ θαλάττης τοῖς ἡπειρώταις ἀναγκαῖα, ὧν ἡ παρ' ἐκείνοις χώρα διὰ χειμῶνος οὐκ ἦν εὐφορος, ἀνέπεμπεν εἰς τὴν ἄνω γῆν· πρὸς οἶνον τε μάλιστα πολύγονον χώραν ἀφθονίαν ποτοῦ παρεῖχον τοῖς ἄμπελον μὴ γεωργοῦσιν. ἔνθεν πολὺ τε πληθὸς ἐπιδήμει οὐ πολιτῶν μόνον, ἀλλὰ ξένων τε καὶ ἐμπόρων. τότε δὲ μάλλον ἐμπολυπλασιάσθη τὸ πληθὸς, τῶν ὄχλων πάντων ἐξ ἀγρῶν ἐκεῖτος συρρεόντων, πολίχνας τε καὶ κόμας τὰς περιειμένους καταλιπόντων, πιστευσάντων δὲ αὐτοῦς τῷ τε μεγέθει τῆς πόλεως καὶ τῷ προβλημένῳ τείχει, ὃ παλαιότατον ἐκ τοῦ πλείστου μέρους πρότερον μὲν κατερρήρειτο (αἶτε μετὰ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μηκέτι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἢ τειχῶν ἢ ὄπλων δεηθεισῶν, μετεληφθειῶν δὲ ἀντὶ πολέμων εἰρήνην βαθεῖαν καὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις πολιτείας κοινωνίαν) πλην τότε ἡ χρεῖα ἤπειξε τὸ τελεῖχος ἀνανεώσασθαι, τὰ τ' ἐρείπια ἀνοικοδομήσαι, πύργους τε καὶ ἐπάλξεις ἐγεῖραι. τάχιστα οὖν φράξαντες τῷ τείχει τὴν πόλιν, τὰς τε πύλας κλείσαντες κ. ἔ.

— γ. 7.] *Flamminia* a⁴. De hac consulari provincia vide p. 442*. sq. ad p. 65*. γ. 10.

— γγ. 8. sq.] Ad hos Praefectos Militum quae supra ad γ. 2. annotavimus, quantum pertineant, sponte apparebit, atque id imprimis, has praefecturas, quae ex antiquioribus Cohortium praefecturis post Diocletianum prodidisse videntur (cf. supra p. 536*. sqq.), praefecturarum legionum, sive ripariensium sive mediterrancarum, partes fuisse, unde quae Vegetius

II. 9. sq. aliive de totarum legionum deque castrorum praefectis habent, cave ne de his praefectis, de quibus h. l. et seq. γ . 23. dicitur, intellegas. Vide etiam annot. ad sq. γ . 25. — *Italicarum* a¹⁵, *Italicotum* f¹. Pancirol. „erant pars legionis Italicæ“. (cf. etiam p. 584*.) putavit itaque ex iis esse qui p. 26* $\gamma\gamma$. 26. 28. inter legiones comitatenses recensentur, aut Secundanis Italicianis aut Tertianis s. Tertia Italica, quod nullo iure fieri, ex annot. nostra ad illos locos efficitur. *Iuniorum* vocabulum hic non proprie ad tirones significandos, ut ap. Veget. II. 5. et saepissime in constitutionibus imp. (cf. Gothofred. ad L. 9. Th. C. de tironib. VII. 13.) ponitur, neque proprie secundam sive inferiorem alicuius numeri partem, ut multis aliis locis etiam haec Notitia Iuniores Senioribus opponit, utque minorum ordinum clerici in conciliorum canonibus Iuniorum nomine veniunt (cf. Gothofr. ad L. 10. Th. C. de episcop. XVI. 2.), sed quasi proprium quoddam militum genus, ad conservandam in urbe regionibusque adiacentibus tranquillitatem securitatemque destinatum, ut apud nos *die Polizeisoldaten*, *die Gensd'armes*, *Landdragoner* similesque habentur, eundem ut designare putem, facit et locus cui adscribuntur, et quod ante classarios Ravennatenses Curasque eiusdem civitatis recensentur. — *Rabennae* (quod retineri poterat) $\mathfrak{A}\mathfrak{B}\mathfrak{D}\mathfrak{E}$, *Rabenne* \mathfrak{C} . Vide p. 359*, ad p. 49* γ . 19. et seq. annot.

— $\gamma\gamma$. 10. sq.] *rabennancium* \mathfrak{A} , *Rabennantium* \mathfrak{B} , *Rabennatum* $\mathfrak{C}\mathfrak{E}$, *rabenantium* \mathfrak{D} , *Rauennacium* \mathfrak{E}^3 . De classium praefectis in universum ad superiorum γ . 6. egimus, ibique etiam quae in diplomatis lapidibusque memorantur praefectorum Ravennatum nomina exhibuimus. de ipsa classe Ravennatensi hi fere veterum scriptorum notabiliores loci sunt: Suet. Octav. 49. „classem Miseni et alteram Ravennae ad tutelam superi et inferi maris collocavit“. Tac. Ann. IV. 5. „Italiam utroque mari duae classes, Misenum apud et Ravennam, proximumque Galliae litus rostratae naves praesidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Foroiuliense miserat valido cum remige“. Veget. de R. M. V. 1. 2. „Apud Mi-

senum... et Ravennam singulae legiones cum classibus stabant, ne longius a tutela urbis abscederent et cum ratio postulasset, sine mora, sine circuitu ad omnes mundi partes navigio pervenirent: nam Miscnatium classis Galliam, Hispanias, Mauritaniam, Africam, Aegyptum, Sardiniam atque Siciliam habebat in proximo; classis autem Ravennatium Epiron, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa navigatione consueverat, quia in rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse quam virtus. Liburnis autem quae in Campania stabant, praefectus classis Miscnatium praeerat, eae vero quae Ionio in mari locatae fuerunt, ad praefectum classis Ravennatium pertinebant, sub quibus erant decem [non deni, ut edd. habent] tribuni per cohortes singulas constituti. singulae autem liburnae singulos nauarchos, i. e. quasi navicularios habebant, qui exceptis ceteris nautarum officiis, gubernatoribus atque remigibus et militibus exercendis quotidianam curam et iugem exhibebant industriam^a. CL(assis) PR(aetoriae) ANTONINIAN(ae) RAVENN(a-tis) ap. Grut. 1107, 3. Orell. n. 2671. et ap. hunc n. 3598. CL. PR| ANTON'NIAN | RAV. legitur. Pharum etiam sive turrim, cuius usus „nocturno navium cursu ignes ostendere ad praenuntianda vada portusque introitum“ fuit, Ravenna habuit sec. Plin. H. N. XXXVI. 12. sect. 18. Constat autem eam civitatis partem, in qua portus fuit, Classis s. Classium vocabulum ipsam accepisse: Procop. B. Gotth. II. 29. „... ἐς Κλάσσεις τὸν λιμένα ἐσπλεῖν· οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ Ῥαβέννης προύστειον καλοῦσιν, οὗ ὁ λιμὴν ἐστίν“; Agath. hist. I. 20. „... παραγίγνεται ἐς Κλάσσεις... ἴδρυνται δὲ τὸ φρούριον ἐν τῇ Ῥαβέννης περιουκίδι“. Maxime memorabilis est Iornandis de reb. Get. c. 29. descriptio haec (ed. Murat. p. 205. sq.): „ad pontem applicuit Condiniani [Candiani], qui tertio miliario ab urbe erat regia Ravennate. quae urbs inter paludes [cf. Strabo V. p. 213., ed. Almel. p. 327.] et pelagus interque Padi fluenta uni tantum patet accessui... Haec in sinu regni Rom. super mare Ionium constituta in modum influentium [l. insulae] aquarum redun-

datione concluditur: habet ab oriente mare... ab occidente vero habet paludes, per quas uno angustissimo introitu ut porta relicta est; a septentrionali quoque plaga ramus illi ex Pado est, qui Fossa vocatur Asconis: a meridie idem ipse Padus, quem solum fluviorum regem dicunt, cognomento Eridanus, ab Augusto altissima fossa demissus, qui septima sui alvei parte mediam influit civitatem, ad ostia sua amoenissimum portum praebens, classem CCXL (al. CCL) navium, Dione referente, tutissima dudum credebatur recipere statione, qui nunc, ut Fabius ait, quod aliquando portus fuerat, spatiosissimos hortos ostendit, arboribus plenos, verum de quibus non pendeant vela, sed poma. Trino si quidem urbs ipsa vocabulo gloriatur, trigeminaque positione exultat, i. e. prima Ravenna, ultima Classis, media Caesarea inter urbem et mare, plena mollicie arenaque munita, vectationibus apta. Geographum Rav. totiens adhibuimus, ut ex eo IV. 31. hunc locum non omittere debeamus: „Ravenna nobilissima, in qua, licet idiota, ego huius cosmographiae expositor, Christo adiuvante genitus sum. item civitatem Caesaream, Classis, Ariminum“. — *cum curis eius de civitate mss. dteff.* apparet olim scriptum fuisse *cū curis eiusdē civitatē*. De his Curis Pancirolus intellegendos esse „veredarios, quibus ad classem necessaria ex civitate Ravennae celeriter extrahebantur“, annotavit: „curas enim cursum publicum vocat Constantinus [Constantius] in L. 1. C. de off. Mag. offic. I. 31. Idem A. [Constantius A. et Iulianus C.] in L. 2. C. de curios. XII. 23. ‘Agentes’ ait *et r.* Hic igitur curae pro cursu publico accipiuntur. huius enim classis praefectus equis et rhedis cursus publici civitatis Ravennae ad expedienda classis necessaria utebatur. unde curiosi vocantur qui praesunt cursui publico in tot. tit. C. de curiosis XII. 23. Posset etiam curas appellare curatores, qui commeatum et necessaria ad classem procurabant, vel ipsas classis necessitates, prout accipiuntur in actis martyrum sub Diocletiano imp. ap. Caesar. Baron. ann. 290. ‘uincite’ inquit ‘ferro manus ac pedes illius, nec dimittatis aliquem curam ei apponere, i. e.

ad victum necessaria⁴. Pancirolum de his Curis male disputasse, neque de Curiosis cursus publici (ut ipse p. 322*. ad p. 44*. } 14., vereor ne perperam, annotavi) h. l. sermonem esse nunc mihi persuasi, sed non aequè certus sum, ultra ex sequentibus Curarum significationibus hic accipienda sit, litorum [et portuum] et itinerum custodia (Th. C. VII. 16. Iust. C. XII. 45.), an procurationes vel curae civitatium, ut pax et securitas in urbibus servaretur atque ea fere recte administrarentur, quae hodie politicae vocabulo (*Polizei*) comprehendi solent. fateor autem hanc posteriorem explicationem ut probem me propiorem esse, ut civilis cum militari classis administratione iuncta sit, pariter atque inter aliores dignitates ducatum cum provinciae praesidatu aliquotiens coniunctum vidimus. De illa litorum portuumque custodia Gothofredus in paratitlo libri VII. Th. C. (II. p. 250. ed. Lips.): „Litorum nominatim et portuum et itinerum custodes quidam erant, et excubias agebant, de quibus est tit. peculiaris VII. 16. Litora i. e. portus, stationes, quin et Insulae. (LL. 1. 2. eius tit. VII. 16. LL. 5. 8. 17. 34. de Navicular. XIII. 5.) Sed et loca observationis excubiis munienda (L. 30. de cursu p. VIII. 5.), itinera (rubr. dicti tit.) et itineris tramites (L. 1. siq. pec. conflav. IX. 23.), abscessus provinciarum, abdita loca (L. 10. de curios. VI. 29. et Nov. Valent. inter Theodos. 23.), vel etiam custodes absolute (L. 9. de metall. X. 19.), litorum custodes. (LL. 5. 17. de navicular. XIII. 5.) Custodes, inquam, per provincias, quae mari alluuntur. (d. L. 9.) Certis de causis, inquam, puta ut ne mensuram seu modum oneris cursus publici quisquam egredereetur (L. 30. de cursu p. VIII. 5.) ut ne merces illicitae ad barbaras nationes transferrentur (L. 3. eo tit. et L. 1. siq. pec. confl. IX. 23., L. 10. de curios. VI. 29.): qua de causa Naucleri seu Mercatores commeantes merces suas profiteri tenebantur (d. L. ult. de lit. et itin. cust. VII. 16.); item ne personae fortassis certae conditioni adstrictae, veluti Metallarii sese subducerent vel aufugerent (L. 9. de metall. X. 19.); item ne quisquam commeantium iniuria adficeretur, quo pertinet lex 5. 8. 17. de Na-

vicular. Imo et alia quandoque extra ordinem necessitate sineque litora itineraque custodita, quo pertinet lex 1. et 2. de lit. et itin. cust.⁴. Tres huius tit. constitutiones annis 408. 410. 420. emissae omnes ad Praefectos praetorio directae sunt. De curatoribus autem civitatum s. rerum publicarum, quos tum imperatores dabant (cf. etiam Capitolin. in M. Ant. philos. c.11.), tum municipales decurionesve eligebant, magna titulorum copia exstat, quos cum adhuc nemo collegerit, ex Latinis collectos quos habeo, non qui exstant, omnes exhibeo; Graecos adicere nolui, ne in re nondum satis explorata, neque a Marini *Atti* p. 780. sqq. solita diligentia pertractata nimius fierem. Praetereundi mihi fuerunt Curatores aedium, annonae, aquarum, kalendarii, signorum statuarumve erigendorum reficendorumve, viarum et si qui similes sunt, quos a recentioribus passim cum curatoribus rerum publicarum confundi scio.

CVRANTE V. C. TI. PROCVLO PATRONO ET CVR. ABELLANORVM (Abell.) Corcia *Storia delle 2 Sicilie*. Ncap. 1845. II. p. 422.

CVRAT. R. P. AECANOR. ITEM. HONORATO. AD CVRAM. KALENDARI. REIP. CANVSINOR. A. DIVO. TRAIANO. PARTHICO. ET. AB. IMP. HADRIANO. AVG. (Beneventi) Grut. 443, 2.
CVR. COL. CLAVD. AVG. AGRIPPINENSIVM ... CVR. AMERINOR. (Beneventi) Grut. 436, 7. Ligor.

CVRATORI. REI. P. AMARIAE. [Muf. vult AMERIAE]. CVRATORI. PECVNIAE. PVBL. (Caere) Murat. 1023, 1. Ligor.

CVRATOR REIP. AMERIN. (Ameriae) Ex Ligor. Gud. 135, 1.

CVR. RP. AMITERNORVM. IIII (Aquilae in Samnio) Gud. 163, 2.

CVRAT. CIVIT. ANTIATIVM. ET. AQVINATIVM. PATRONO. (Rom.) Marini *Atti* tab. LX.

CVRATORIS. REIPVBLICAE. AQVINATIVM. (in monte Soracte) Fabrett. V. 350. cf. Spartian. Pescenn. 1.

CVRATOREM AQVINI Pescennius Niger avum habuit. cf. Spartian. in ei. vit. 1.

CVRATORI. CIVIT. ARAYS. PROV. GALLIAE. NARB. (Rom.) Grut. 457, 2.

(Arimini) FACTA. VSVRARVM. EXACTIONE. CVRANTE. STATIO. IVLIANO. V. CVRATORE RES. REFECIT. Grut. 1103, 8. Sed cf. Caesenaep. tit. ap. Grut. 178, 3. ubi est v. f. CVRATORE. RESI. REIECIT. [legerim v. p(erfectissimo). curatore rei p. refecit.]

C. MVNICIF. ARRETIN. (Arezzo) Grut. 372, 12. = Murat. 1101, 5. Ligor.

Asculi. CVRATORE. REIPVBLICAE. Murat. 468, 6.

CVRAT. REIP. ASERNINORVM. DATO. AB. IMP. OPTIMO. ANT. AVG. PIO. (Histonii) Gud. ad Grut. 332, 3.

- CVRAT. R. P. ATINAT. ITEM. SEPINATIVM. PAT. TEANENSIVM. APVLVM. (Casertae) Marini p. 782.
- Aventicensis: a) CVR. COL. b) CVR. COLONIAE. HELVETIORUM FOEDERATAE AVENTICI, c) CVR. COLON. d) CVRATORES COL. Schmidt, *Recueil d'Antiquités trouvées à Avenches*, Bern. 1760. 4^o. p. 9. 16. sqq.
- CVRATORES COL. [AVENTICENSIS] (Helvet.) Grut. 110, 2. = Orell. inscr. Helv. n. 177.
- CVR. COLON. ..AVENTICENS. (item) Grut. 110, 3. = Orell. l. c. n. 178.
- CVR. COL. eiusdem. Orell. l. c. n. 175.
- CVR. COL. HE. F. A. (Aventic.) Orell. l. c. n. 179.
- COL. AVXIM. ET. COL. AESIS. ET. MVNIC. NVMANAT. ORDO. ET. PLEBS. TREIENS. PATRONO. MVNICIPI. CVRATORI. DATO. AB. IMP. ANTONINO. AVG. Grut. 446, 1. = Orell. 3899. cf. Grut. 446, 2. = Orell. 3900.
- V. C. CVR. REIP. BENEVENTI (Beneventi) Donati 333, 5. cf. ibid. 332, 9.
- CVRAT. REIP. BERGOM. DAT. AB. IMP. TRAIANO. (Brixiae) Pancirol. de magg. munic. c. 11. = Grut. 392, 7. = Orell. 3898.
- CVR. R. P. BOVILLENSIVM. Marini p. 781. n. IX.
- ? CVR. BVSTORENSIS. (Panorm.) Grut. 489, 5.
- CVR. SPLENDIDAE. CARTHAGIN. (in regno Neap.) Murat. 1029, 8., Corcia II. p. 267.
- CVRAT. REIP. COL. CASINATIVM. ET. PATRONO. (Verulis in Latio) Murat. 1104, 7., Gud. 208, 5., Donat. 346, 3. Ligor.
- CVRAT. CIRCEIENSIVM. Marini p. 34. init.
- CVRAT. REIP. COMENS. DAT. AB. IMP. HADRIANO. (Brixiae) Pancirol. de magg. munic. c. 11. = Grut. 392, 7. = Orell. 3898. cf. Grut. 358, 6.
- CVR. R. P. CONCORD. CVR. R. ALB. FVC. CVR. R. P. BOVIAN. (Rom.) Grut. 404, 3., Gud. 122, 3[4].
- (Corae). CVR. MVNICIPI. ET. INCOL. CVR. PECVN. PVB. Ex Ligor. Murat. 481, 6.
- C. V. R. [CVR.] R. P. [COLONIAE. FALISCORVM] (Hortini in Faliscis) Grut. 288, 1.
- CVR. VIAE. LATINAE. ITEM. REIP. FAVENTINORVM. (Rom.) Murat. 397, 4.
- CVR. REIP. I. . [FIRMAN.] (Rom.) Marini p. 779.
- CVR. COL. FORMIANORVM. (Atinae) Murat. 360, 2. 1110, 6. cf. MINTVRN. PATRONO ET CVRATORI REIPVBBLICAE FORO. CORNEL. (Urbini) Murat. 1047, 4.
- CVR. REIP. FORODR. PATR. COL. ARIM. ITEMQVE. CANORVRVM. VICORVM. (Arimini) Grut. 1094, 2.
- (In agro Foroiuliensi) CVRAT. ET. PATRON. Marini p. 146. init.
- CVRATORI. R. P. FVLGINAT. (Pituli in Umbria) Murat. 1071, 4. Ligor.
- CVR. GRAVISCANORVM. ET. INTERAMNATIVM. NARTIVM. Murat. 1115, 6. = Donat. 343, 8.
- CVRAT. R. P. HISTONIESIVM. (Histonii, nunc *el Guasto*) Grut. 323, 3. sed Murat.

653,4. et iterum 1109, 1. dat PLEBS. VNIVERSA. MVNICIPVM. HISTORIENSIVM. STATVAM. AERE. COLLATO. CVRAT. REI. P. AESERNOR. DATO. AB. IMP. OPTIMO. ANTONINO. AVG. PIO.

CVRATORI. CIVITATIS. INTERAMNATIVM. NARTIVM. (Rom.) Grut. 422, 7.

CVR. R. P. INTERAMNAT. LIRIN. KORVND. ET. PATRONO. (Casini) Grut. 431, 7. (Interamniae) Murat. 1104, 8.

CVRATORI. REIPUBLICAE. SPLEND| ISTAVR. (Salon.) Murat. 1116, 6. = Donat. 350, 8.

CVRATORI. LAVINATIVM. Marini p. 738.

V. C. CVR. LAVR[entium]. LAV[inatium]. (in Latio) Murat. 368, 3.

CVR. R. P. LAVR. LAVIN. (Rom.) Murat. 357, 3.

CVRAT. REI.. LESTINOR. DATO. A. MAXIMIS. IMP. ANTONINI. AVG. (Camerini) Murat. 755, 1.

CVRAT^{OR} VIRANOR. LOVSONNENSIVM II (Vidy prope Loussonam) Orell. Inscr. Helv. n. 128. (= Murat. 1054, 1. 2053, 6.)

CVRATORI REIP. NANT. (inter Bauzad. et Tridentum) Grut. 479, 6. = Orell. 3905.

CVRATORI. P. SPLENDIDISSIMAE. CIVITATIS. MARS[orum]. MARS[ubiorum]. (Teate) Murat. 1057, 2. [cf. 3.] Gud. 134, 5.

CVRATORI. REIP. MEDIOLANENSIVM. CVRAT. REIP. MOLANORVM. CVRATORI. REIP. VRVINATIVM. NATAVRESIVM. PATRONO. COLONIAE. AVVIN. (Rom.) Murat. 1057, 3. Ligor. sed Grut. 463, 4. annot. „Vidit Smetius“.

CVR. COL. MINTVRNENSIVM. (Atinae) Murat. 360, 2. et 1110, 6. cf. FORMIAN.

Cur. rei. p. MINTVRN. HISPELLATIVM. ITEM. CALKORVM. (nella tenuta di Marcosimone) Cardinali p. 325. n. 629.

PRAEF. CLASSIS ET CVRATORI REIP. NISENATIVM. cf. infra ad p. 118*. §. 16.

CVRATORIBVS. ET. MINISTRIS [NASII] (Nancy) Murat. 1062, 1.

CVR. R. P. NICOMEDENSIVM. INTERAMNATIVM. NARTIVM. ITEM. GRAVISCANORVM. (Rom.) Grut. 407, 1.

LOGISTAE. CIVITATIS. SPLENDIDISSIMAE. NICOMEDENSIVM. ITEM. EPHESIORVM. CVR. CIVITATIS. TEANENSIVM. (Tarracone) Grut. 389, 2.

CIVIVM NOIDEKOLICIS CVRATOR. DVVMVIR. DESIGNATVS. (Noidenolice - Neufchâtel) Orell. Inscr. Helv. n. 163.

CVRAT. REIP. MOLANORVM. (Nolae) Grut. 469, 9. = Orell. 3903. [Murat. 1064, 3. Ligorian. ex Grut. l. c. et 365, 6.]

CVR. NONIENSI. (Burdegal.) Grut. 420, 1.

CVRAT. MVNICIP. NVMANAT. DECVR. EIVSDEM. MVNIC. PATRONO. COLON. AESIS. CVRAT. R. P. ATTIDAT. CVRAT. CASVENTIN. AD. AGR. DIVIDEN. DAT. AB. IMP. CAES. ANTONIN. AVG. Doni V. 1. = Murat. 1100, 3. Ligor.

CVRATORI REIP. OTESINORVM (Bergomi) Cluver. Ital. ant. I. p. 282.

CVR. R. P. PARENENS. (Placentiae) Murat. 1067, 4.

- (Petellinorum civ. in Lucania) RARISSIMO. INNOCENTISSIMO CVR. R. ET PATRONO. Murat. 1069, 4.
- CVR. RES. PVBLICARVM. PISAVR. ET. FANEST[r]is (Pisauri) Grut. 433, 1.
- CVR. R. P. PISAVR. ET. FAN. (Pisauri) I. I. Chiffletii Vesontio I. p. 185., Grut. 276, 3.
- CVR. R. P. PIS. ET. FAN. (Pisauri) I. I. Chifflet. Vesontio I. p. 172., Grut. 45, 2. = Murat. 256, 1.
- (Pituli Umbriae.) CVRAT. REIP. PITVL. PATRON. COL. AESIS. (Aesi) Murat. 1102, 2. Ligor.
- CVRATOR. VICOR. PORT(uensium). (Ostiae) Murat. 102, 3.
- CVRATOR REIPVBLICAE POTENTINORVM (Potentiae Lucan.) Murat. 1073, 2.
- CVRATORI. MVN. PVBL. DECRETO. DECVRIONVM. POSTVLANTE. POPVLO. (Praeneste) Grut. 483, 9.
- (Priverni) CVRATORI. REIPVBLICAE. Ex Ligor. Don. et Murat. 1073, 4. 1115, 2.
- CVRAT. R. P. RICINIENS. (Tarracone) Grut. 446, 9.
- CVRATORI. CIVITATIS. ROMVLENSIVM. MAVRENSIVM. ... CVRATORI. COLONIAE. ARIENSIVM. (Hispani) Murat. 1099, 6.
- CVRATORI. SARSINATIVM. CVRATORI. SOLONATIVM [SALONATIVM Gud.] (Arimini) Grut. 1095, 2. Gud. 143, 3.
- (Sestini) CVRATOR R P RVIVSCE Murat. 386, 5.
- EQ. PVBL. LAV. LAV. CVRAT. R. P. S. PATRO (Sestini) ex Gorio Murat. 860, 3. 1094, 1.
- CVRATORI REIPVBL. SPLONIS | STARVM' (Salonae) Orell. 502.
- CVR. COL. SVBRVTOR. [?] (Rom.) Grut. 113, 5.
- CVRATOR REIP. SVSSVLANORVM (Praenest.) Ex Ligorio Gud. 3, 9.
- CVR. R. P. SVTRINORVM. (Saponariae) Murat. 728, 2.
- (Sutri) CVR. F. P. [lege R. P., non *perpetuo*] Grut. 355, 3.
- CVRATOR. SPLENDIDISSIMAE. REIPVBLICAE. THIMIDENSIVM. REGIORVM. (Florentiae) Marini p. 400. init. plenius quam Murat 1059, 1.
- CVRAT. TIF. MET. DATO. AB. INFF. SEVERO. ET. ANTONINO. AVGG. (Sestini in Umbria) Maffei Mus. 362, 9. = Orell. 3902.
- CVR. R. P. TREBANORVM. (Anagninae) Murat. 652, 2.
- CVRATOR. REIPVBL. AVG. ANT. AVR. [I. AVGVST. TAVR.] DATVS. AB. AVGG. SEVERO. ET. ANTONINO. PATER. TITVLO. VSVS. (Bagnoli prope Brixiam) Grut. 306, 3. Sed idem 458, 8.: CVRATOR. REIPVBL. AVGVSTAN. TAVR. DATVS et c.
- CVR. R. P. TARQVINIENS. ET. GRAVISCANOR. CVRATOR. PVRGENS. ET. C. ERRETANOR. (Tarquinia) Cardinali p. 304. n. 592.
- CVR. R. P. TARRACONENSIS. (Vide supra p. 467*.)
- CVR. R. P. TEANENS. ... CVR. R. P. TARRICINENS. ... CVR. R. P. ASCVLAN. (Rom.) Grut. 381, 1.
- IN. E. D. D | GENIO | VIRI. CLAR | L. CENSOR | INIVS | IBLIOMAR | CVRATOR | C. TREVER | D. S. P. DD. lap. Lingonic. ap. Al. Wilthem. Luciliburgens. I. p. 238.

- CVRATORE [TVCCITANORVM] (in Hispania repert.) Murat. 1090, 3.
 CVR. R. P. TVSCOLANORVM. CVR. R. P. SVESSANORVM. (Rom.) Grut. 381, 3. = Marini tab. LXII.
- CVRATORI. ET. PATRONO. CIVITATVM. [Fabrett. CIVITATIVM.] VARDAGATENSIVM. ET. DRIPSINATIVM. [Reines. AN BRIXINATIVM?] PATRONO. (in agro Brix.) Grut. 480, 5.
- CVR. VERCCELLARVM (Rom.) Fabrett. 411, 352. Orell. 3044.
- CVRATORI R. P. VERONENSIVM. (Perusii) Pancirol. de magg. munic. c. 11.
 PATRONO. ET. CVRATORI. RP. VERONENSIVM. (Perusii) Grut. 1102, 7.
- CVRATOR HERVM PVBLICARVM [i. e. Veronae aliarumque civitatum] (Veron.) Maffei Mus. 79, 4. = Murat. 9, 2. = Orell. 3904.
- PATRONO. ET. CVRATORI. R. P. VETTONENSIVM. (Perusiae) Grut. 487, 2.
- CVR. VBL. VETVLONENSIVM. (Rom.) Grut. 1029, 7. CVR. RBIPVBL. VETVLONENSIVM (Arretii) Gori II. p. 288. Murat. 1094, 2.
- CVR. VIENNENSIS. (Burdigalae) Grut. 478, 5.
- CIVITATIVM. VOLMERII. ET. PETOVII. CVRATORI. (Tordae) Grut. 347, 4.
- CVR. R. P. [COLONIAE. AELIAE. HADRIANAE. AVG. ZAMAE. REGIAE.] (Rom.) Grut. 364, 1.
- CVR. R. P. (Florentiae, ex Africa adduct.) Murat. 472, 8.
- ? CVRATORI. PECVNIAE. REIP. ALIMENT. CVRATORI. ANNONE. PLEBIS. CVRATORI. OPERVM. PVBLICOR. CVRATORI. APVD. IOVEN. STATOREM. (ad lacum Furinum.) Grut. 435, 8.
- ? CVR. R. P. ... IV. R. N. | D. D. NN. VALENTINIANO | ET. VALENTE. AVGG. III. COS. Marini p. 697.
- ? CVRET. (sic) CIVITATIVM. ... AB. IMPER. ... CN. FELIC. AVG. (Cass. Gandolf.) Murat. 364, 2. = Marini p. 738.
- CVRATOR. CIVIVM. ROMAN. NOGVNTIACI. (Mediolan.) Grut. 468, 3. [cf. supra cap. XXXIX.
- (SVENVVS. CVRATOR. C. R. PROVINC. LVG. (Lugduni) Grut. 431, 1.)
- (CVRATORI. AFRICAE. REGIONIS. HIPPONENSIS. (In monte Casino.) Murat. 1049, 5.)
- (CVRATOR. GERMANORVM. (Rom.) Murat. 119, 1.
- (Agmen claudat titulus Nescaniae, in Turdulorum municipio (hod. *Valle de Abdalaci* & episcopus Malac.) repertus, qui quamvis proprie ad h. d. q. a. pariter atque superiores quattuor non pertineat, tamen huic loco explicando inservire potest: IOVEN. PANTHEVM. AVG | CVM. AED. ET. TETRASYLO | SOLO. | IB. | L. CALPURNIVS. ET. C. MARIVS | CLEMENS NESCANIENSIS | CVR. TORES. IVVENVM | LAVRENSIVM [hod. *Alhaurin*] | D. D. K. IVLII. P. SEPTIMIO. A. PRO | A. SEDATIO. SEVERIANO. COS.) (Cean-Bermudez *Sumario* p. 339.)
- Peculiaris *Formula Curatoris civitatis* ap. Cassiodor. Var. VII. 12. haec legitur: „Quamvis per se honorabilis habeatur, qui

vel minimam sollicitudinem civitati propriae videtur impendere, et inter suos magna reverentia perfruatur qui cives se amare professus est, tamen indubitatus honor est qui nostra electione confertur, quia praeditus bonis institutis creditur cui aliquid principis auctoritate delegatur. Et ideo ab indicatione illa illius civitatis curam ad Te volumus pertinere, ut laudabiles ordines curiae sapienter gubernes, moderata pretia ab ipsis quorum interest, facias custodiri: non sit merces in potestate sola vendentium, aequabilitas grata custodiat in omnibus. Opulentissima si quidem et hinc gratia civium colligitur, si pretia sub moderatione servantur, ut vere curatoris impleas officium, cum Tibi sollicitudo fuerit de utilitate cunctorum. consuetudines [annonas] autem tibi ex Nostra auctoritate defende, quas in eodem loco Tuos constat habuisse maiores. Non nulla quoque negotia quae Cassiodorus sub Theoderico rege tum Praefecto Vigilum urbis Ravennatis (VII.8.) tum Comiti Ravennati (VII.14.) adscripsit, antiquioribus quidem temporibus ad Curatorem civitatis spectasse crediderim, de quo tractatus Panciroli cap. XI. de magistratibus municipalibus, et Gothofredi comm. ad L. 20. Th. C. de decurionib. XII.1., quamvis uterque non satis temporum diversitatis rationem habuerit, neque ab aliis quoque permixtionibus sibi caverit, ideo subiungimus, ut quid de Curis Notitia memoratis tibi videatur, facilius ipse statuas.

PANCIROLI DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS CAP. XI.

Habebant civitates fundos, aedes aut pecuniam, quam in tuto aut apud negociatores collocabant (L. 1. §. 1. D. quod cuiusc. univ. nom. III. 4.), quibus aliquem administratorem praefici oportebat: et ideo ob hanc causam a decurionibus creabatur rei p. curator, aut procurator vocatus, qui non fisci aut principis pecuniam, ut susceptor, sed ipsius civitatis res administrabat, quod et ipsum munus publicum erat. Hic alio nomine logista dicebatur. Gordianus A. (in L. 3. C. de modo multar. I. 54.) 'Curator' inquit, 'rei p. qui Graeco vocabulo logista nuncupatur, multandi ius non habet'. [Modestin. L. 15. §. 7. D. de excus. tut. XXVII. 1. ἡ Λογιστεία πόλεως οὐδὲ εἰς ἀριθμὸν μιᾶς ἐπιτροπῆς προχωρεῖ. cf. Rudorff. Vormundsch. tom. II. p. 82.] Hoc autem nomen sortitus est au-

ctore Suida v. λογισταί [et λογιστήρια], quia rerum civitatis arbiter erat et aestimator seu censor: vel potius quia cum res civitatis administraret, supputandi rationem tenere debebat. Plinius epist. 18. lib. VII. actorem publicum appellat: *agrum*, inquit, *ex meis [longe pluris] actori publico publice [sic Panc.] mancipavi, eundem vectigali imposito recepi.* Is quemadmodum et alii ex decurionibus eligebatur, cuius praecipua cura erat praediorum civitatis reditus colligere. Arcadius IC. (in L. 18. §. 9. D. de munerib. L. 4.) *Sed et curatores, ait, qui ad colligendos civitatum publicos reditus eligi solent, personali munere subiguntur [subiunguntur]:* publicorum enim praediorum cura inter personalia munera connumeratur L. 1. §. 2. D. eod. Idem praedia civitatis locabat, quod in quinquennium fieri consueverat. (L. 3. §. 1. D. de adm. rer. ad civ. pert. L. 8.) Res quoque rei p. a privatis occupatas vindicare tenebatur (L. 9. §. 2. D. eod.), et aedes publicas et balnea quae restauratione indigebant, redemptoribus sarcienda locabat (L. 18. §. 10. D. de munerib. L. 4.) aut ipse refici iubebat. (L. 2. §. 4. D. de adm. rer. ad civ. pert.) Damnum enim sua culpa rei p. illatum de suo resarcire tenebatur. Idem iustum pretium rebus venalibus statuebat, ut Cassiodorus [supra transcr.] memorat. curabat et comeatum exercitui suppeditari, quem copias appellari Duarenus autumat. Prospiciebat etiam, ne urbs aedificiis deformaretur, collapsa enim civium aedificia restitui iubebat. Paulus (in L. 46. D. de damno inf. XXXIX. 2.) *Ad curatoris, inquit, rei p. officium spectat, ut dirutae domus a dominis extruantur. Domum sumptu publico exstructam, si dominus ad tempus pecuniam impensam cum usuris restituere noluerit, iure eam res p. distrahit.* Haec ille. Prohibebat praeterea ne publica loca occuparentur aut devastarentur; ipse vero nemini concedere poterat, nisi lex municipalis id illi permisisset. (L. 3. §. 4. D. quod vi aut clam XLIII. 24.) In omnibus denique locis ita totam civitatem referebat, ut in publico [quis] aedificaturus si hoc procuratori denunciasset, ipsi rei p. denunciasset videretur (L. 5. §. 4. D. eod.): nam quod ei interdicitur, rei p. interdictum esse videtur. Sed ob haec procuranda plerisque in locis proprius magistratus creabatur, Aedilis a Papiniano vocatus (lib. quem de aedificio Graece [?] composuit, L. 1. D. de via p. XLIII. 10., L. 30. §. 1. D. locati XIX. 2., L. 18. §. 7. D. de muner. L. 4.) Ulpianus (L. 2. §. 6. D. de adm. rer. ad civ.) *Grani, ait, aestimationem per iniuriam post emptionem ablati, quae rationibus publicis refertur, curator rei p. domino restitui iubeat.* Ex quibus verbis aliquam iurisdictionem habuisse videtur. [quod aperte Alex. L. 2. C. de sent. quae sine certa quant. prof. VII. 46. affirmat: „Quamquam pecuniae quantitas sententia Cu-

ratoris rei publicae non continetur, sententia tamen eius rata est, quoniam indemnitate rei publicae praestari iussit^a.] Pecuniam denique publicam ipse collocabat aut exigebat, non etiam foenerabatur: quia id praefecti kalendarii munus erat. (L. 18. §. 2. D. de mun. et hon., L. 9. §. 7. D. de adm. rer. ad civ.) Is et alii curatores quotannis administrationis suae rationem reddere tenebantur, et factas impensas ostendere, actis publicis insinuare (L. 26. C. de episc. aud. l. 4.), et eo modo tutus a molestia reddendae rationis fiebat. Plures quandoque curatores creabantur, cum Papirius Iustus (L. 9. §. 8. D. de adm. rer. ad civ. L. 8.) scribat, curatorem rei p. collegae nomine teneri, si eum male agentem prohibere potuit et non fecit. In expediendis publicis difficultatibus rei p. curator assessores et Iurecons. vocabat, quorum consilio utebatur, ne aliquid forte contra ius vel temere faceret, et ut aliorum etiam opinionem audiret, et istud est consilium curatoris rei p., cuius Papi- nianus (L. 6. D. de off. assess. l. 22.) meminit. . . Sed forte intelligit de consilio civium ad hoc electorum, cum servus rei p. erat manumittendus. [!] Curatoris rei p. in vetustis marmoribus frequens est mentio; legitur enim Brixiae [vid. titul. ad γγ. 13. sq. exhib.] Perusii quoque: c. ARBIO. C. P. L. N. TRO. GALLO. PROCURLEIANO. PATRONO. ET. CVRATORI. R. P. VERO- NENSIVM. Alexandrum imp. XIII Romae urbis curatores fecisse Lampri- dius scribit [cap. 33.] . . . [Potius ad rem fecisset si ex Spartiani vit. Pesconn. I. haec verba protulisset: „Pescennius Niger . . . avo curatore Aquini. . .“] Curatoris rei p. munere hodie in plura sunt divisa, ideo nullus facile ei conferri potest. Apud nos iudex viarum et thesaura- rius et syndicus eius officio funguntur.

EX GOTHOFREDI COMMENT. AD LEG. XX. THEOD. COD. DE DECUR- RIONIB. XII. 1.

... παραλλήλως haec posita hoc loco *Procuraciones vel Curas ci- vilitatum*. iidem scil. Procuratores et Curatores civitatum s. rei p. Curatorum fit diserte mentio octo legibus hoc Codice: LL. 3. 8. de dona- tion. VIII. 12., L. 5. de exhib. reis IX. 2., L. 3. §. 1. de superexactionib. XI. 8., L. 5. §. 1. i. f. de iis quae administr. VIII. 15., L. 31. de episcopis XVI. 2., L. 2. de canone frum. U. R. XIV. 15., L. 1. de scaenicis XV. 7. In glos- sis *Curator φροντιστής και λογιστής*. Curatoris quoque civitatis An- tiochenae meminit Ammian. XIV. 7, 17. *Luscus*, inquit, *quidam Curator urbis subito visus*. De hoc eodem Curatore accipio, et quod Capitoli- nus scribit in Marc. Ant. Phil. c. 11. *Marcum Curatores multis civitatibus e senatu dedisse, quo latius senatorias tenderet dignitates*. Unde patet, ut ex hac L. [20. Th. C. de decurion.] i. f. *epistula vel codicillis*, a Principe

hos Curatores creatos: quod et vetus inscriptio docet [ad γγ. 13. sq. exhib.]. Procopius de B. Goth. III. 6. ἐπίτροπον βασιλεὺς αὐτὸν Νεαπόλεως κατεστήσατο. [Vales. addit: et in Anecdotis p. 55. εἰ δὲ τὴν πόλιν Δάρας ἐπιτροπεύων.] In actis quoque collat. Karthag. (Harduin. Concil. I. p. 1049.) dicitur *Rufinianus scriba viri clarissimi Curatoris celsae Karthaginis*. Et in Edicto Marcellini in ead. Coll. Karth. (p. 1052.) fit mentio horum Curatorum: *Universos etiam cunctarum provinciarum Curatores, Magistratus et Ordinis viros, nec non et Actores, Procuratores vel Seniores singulorum locorum*. Dignitas vero eorum media in municipiis fuisse videri posset, inter Defensores civitatum et Magistratus seu Duumviros: et sic secunda, argumento ordinis litterae d. L. 5. de exh. reis; quod tamen non ita est: nam imo viliores eos fuisse aperte docet L. 8. de donation. [et ap. Cassiodorum etiam formula Curatoris civitatis post formulam Defensoris cuiuslibet civitatis collocata est]. Administrationis porro genus id fuit, ut haec L. docet. Ad officium eorum scil. pertinuit pax et securitas provincialium in urbibus, tam saecularium quam ecclesiasticorum. Ideo querelae provincialium ad eos perferebantur (si quid eis denegaretur quod iustum videretur, vel iniustum quid adversus eos committeretur, et ideo iniurias suas cupientibus contestari apud eos Acta conficiebantur), ut docet L. 1. de scenic. et L. 3. de superexactionibus. Nautici apud eorum acta quoque profitebantur incorruptas se species accepisse. (L. 2. de can. frum. U.R.) Donationes quoque apud hos insinuabantur (L. 3. de donation.), quod eis postea ademptum. (L. 8. eod. tit.) Horum litteris iniuriae ecclesiis factae et ecclesiasticis in notitiam Iudicum perferebantur. (L. 31. de episcop.) Rei his offerebantur, quos mox ad Iudices dirigebant (L. 5. de exh. reis). Talis fuit et Antiochiae Theotecnus ap. Euseb. IX. 2. ἐδόκει καὶ λογιστεύειν τὰ κατὰ τὴν πόλιν, qui emendis et persequendis Christianis incubuit. Prohibiti iidem quicquam comparare dum Curatores essent. (L. 5. de iis quae administr.) De his tandem multa Pancirolus et Valesius [ll. citt.]. Procuratorum Civitatum frequens quoque mentio in vett. inscr. Interpretis certe ad h. L. error est, qui Defensorem *Procuratorem* interpretatur. De Curatoribus Rei p. singularem librum Ulpianus olim scripserat, de quo quinque tantum per Pandectas fragmenta supersunt: ex quibus vel illud colligitur, collocatam ab his foenori pecuniam publicam usuras rei p. debitas ab his exactas (L. 33. D. de usur. XXII. 1.), operum publicorum curam iis incubuisse (L. 5. D. de operib. publ. l. 10., L. 1. D. de pollicitat. l. 12.), proinde discussores pecuniae publicae et operum publicorum fuisse: breviter, ne

quod detrimentum res p. caperet, attendisse (L. 4. D. de decret. ab ord. fac. L. 9.); quae leges [cum L. 15. D. de pollicitation.] omnes ex eo libro desumptae sunt. Hi sunt qui et *Patres civitatum* vocantur: hinc adeo Graeci ad L. 46. D. de damno inf. XXXIX. 2. et L. 1. Iust. C. de solut. et liberat. debitor. civit. XI. 39. Curatorem rei p. *patrem civitatis* interpretantur: ὁ πατήρ τῆς πόλεως ἀναγκάζει τοὺς δεσπότας τῶν καταπεσόντων οἰκῶν ἀναγεοῦν αὐτοῦς. Hoc igitur inter alia Curatores et Patres fuere, quod Romae Aediles, et apud Graecos ἀστυνόμοι. . . . Meminit et Patris Arrianus in Epictet. II. 10. et Leo L. 3. Iust. C. de his qui sponte mun. X. 43. Ex d. Marcellini et Arriani loco et L. 3. Th. C. de donat. et L. ult. Th. C. de superexact. liquet, praecipuum hunc honorem fuisse, et e Decurionibus creatum. Quod et ipsum haec lex testatur*. Cf. etiam Marini Alti p. 786. sq.

— §. 12.] *provincia* D. — *Liguria* A. cf. ad §. 15. De hac consulari provincia vide p. 442*. ad p. 65*. §. 9. itemque p. 587*.

— Cassiodor. Var. XI. 14. Comum quasi murum quendam planae Liguria vocat et Paulus quoque Diaconus (p. 445*) hanc provinciam usque ad Alpes Penninas extensam describit.

— §§. 13. sq.] Classis Comensis, cuius non nisi hic Notitiae locus mentionem iniecit, maxime speciebus transvehendis copiisve in Raetias perferendis destinata fuisse videtur. — *cum curis eiusdem civitatis* h. l. omnes. Pancirolus: „Curae civitatis Comi sunt equi et rhedae currentes in ea urbe dispositae, vel alia ad classem necessaria, ut supra de curis Ravennae est dictum“. et equidem ad meam quoque superiorem annotationem refero, lapidem autem Brixianum hunc transcribo: P. CLODIO P. F | FAB. SVRAE | Q. FLAMINI. DIVI | TRAIANI. PONTIF | II VIR. QVINQ. TRIB. LEG | II. ADIVTRIC. PIAE. FID | CVRAT. REIP. BERGOM | DAT. AB. IMP. TRAIANO | CVRAT. REIP. COMENS. DAT | AB IMP. HADRIANO | COLLEGIA | FABR. ET. CENT. Pancirol. et Gothofr. II. citt., Grut. 392, 7., Orell. 3898. — *Comi aeer.* Comum oppidum Liv. XXXIII. 36. ad a. u. 556. Galli sec. Iustin. XX. 5, 8. „sedibus Tuscos expulerunt et Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderunt“. Strab. p. 192. (ed. Almel. p. 293.) „ὁ Ἀδοίας εἰς τὸνναντίον μέρος ἔει, τὰ πρὸς τὴν ἐντὸς Κελτικὴν, καὶ

πληροῦ τὴν Λάριον λίμνην, πρὸς ἣ ἔκτισται τὸ Κῶμον^α. p. 204. (ed. Alm. p. 313.) „ὑπέρεκινται δὲ τοῦ Κώμου πρὸς τῆ ρίζῃ τῶν Ἄλπεων ὑδρῦμένον τῆ μὲν Ῥαιτοὶ καὶ Οὐέννορες ἐπὶ τὴν ἔω κεκλιμένοι, τῆ δὲ Ληπόντιοι καὶ Τριδεντῖνοι καὶ Στόνοι καὶ ἄλλα πλείω μικρὰ ἔθνη, κατέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις, ληστροικὰ καὶ ἄπορα. cf. eund. p. 206. (ed. Alm. p. 318.) et impr. V. p. 213. (ed. Alm. p. 326.): Ἰνσουβροὶ δὲ καὶ νῦν εἰσὶ. Μεδιολάνιον δ' ἔσχον μητρόπολιν.... [cf. Ptol. III. 1. Ἰνσουβρων, οἳ εἰσὶν ἀπὸ δύσεως Κενομανῶν Νουριὰ, Μεδιολάνιον, Κῶμον, Τίκινον] αὕτη δ' ἦν μὲν κατοικία μετρία· Πομπηῖος δὲ Στράβων ὁ Μάγνου πατὴρ κακῶ-θεῖσαν ὑπὸ τῶν ὑπερκειμένων Ῥαιτῶν συνώκισεν. εἶτα Γαῖος Σκηπίων περὶ τρισχιλίους προσέθηκεν· εἶτα ὁ θεὸς Καῖσαρ πεντακισχιλίους ἐπισυνώκισεν· ὧν οἱ πεντακόσιοι τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρξαν οἱ ἐπιφανέστατοι· τούτοις δὲ καὶ πολιτείαν ἔδωκε καὶ ἐνέγραψεν αὐτοὺς εἰς τοὺς συνοίκους· οὐ μέντοι ὤκησαν αὐτόθι, ἀλλὰ καὶ τοῦνομά γε τῆ κτίσματι ἐκεῖνοι κατέλιπον· Νεοκωμῖται γὰρ ἐκλήθησαν ἅπαντες· τοῦτο δὲ μειτερομνηνευθὲν Νοβοκωμῶμουμ λέγεται. Ἐγγὺς δὲ τοῦ χωρίου τούτου λίμνη Λάριος καλουμένη· πληροῦ δ' αὐτὴν ὁ Ἀδούας ποταμὸς· εἰτ' ἐξίησιν εἰς τὸν Πάδον...“ cf. Plutarch. Caes. 29., Suet. in eod. 28. („Nec contentus Marcellus provincias Caesari et privilegium eripere rettulit etiam ut colonis quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur, quod per ambitionem et ultra praescriptum data esset“.), Appian. B. C. II. 26. („πόλιν δὲ Νεόκωμον ὁ Καῖσαρ ἐς Λατίου δίκαιον... ὤκικει· ὧν ὅσοι κατ' ἔτος ἤρχον, ἐγίνοντο Ῥωμαίων πολῖται· τὸδε γὰρ ἰσχύει τὸ Λάτιον κ. τ. λ.) Plin. H. N. III. 17. sect. 21. „Orobiorum stirpis esse Comum atque Bergomum et Licini forum et aliquot circa populos auctor est Cato: . . . originem gentis . . . docet Cornelius Alexander ortam a Graecia interpretatione etiam nominis vitam in montibus degentibus“. Id. XXXIV. 14. sect. 41.: „ . . . nobilitavit gloria ferri . . . Comum in Italia“. Iunioris Plinii descriptiones municipii sui Comi, Larii lacus suarumque ad eum villarum cum fonte crescente

decrecentequae (Epp. I. 13. IV. 30. IX. 7.) hodieque suavissimis locis convenientes notiores sunt quam a Cassiodoro Var. XI. 14. composita, quae si respicias ad utriusque scriptoris tempora, illis vix inferior dicenda est: amoenissimae sane picturae sunt

„Comi moenia Lariumque litus“.

(Catull. XXXV. 4.) De situ cf. etiam It. Ant. p. 278. sq., Tab. Peut. III. B., Ammian. XV. 2, 8., Procop. B. Goth. II. 12. In lap. Mediol. ap. Gudium 143, 7. (non ex Ligorio) memoratur PATR. COLL. NAVT. COMENS. Vid. Cluver. Ital. I. 25. p. 248. sq., Mannert. IX. 1. p. 174. sqq. et de hodierna delegationis Comensis in regno Lombardo Veneto metropoli Hassel. *Erdbeschr. des österr. Kaiserth.* p. 697. sq., Vallardi *Itinéraire d'Italie. Milan. 1833.* 8°. p. 32. sqq.

— §. 15.] *provincia* D. — *Campaniae* A. cf. ad §. 12. De Campania dicemus ad cap. XLI.

— §. 16.] *Misenantium* aa. Hunc quoque Praefectum classis curas civitatis sub Antonino Pio habuisse testatur hic ex Lupulo a Corcia (*Storia delle due Sicilie* II. p. 154.) et in doctissimis *Osservazioni sulla iscr. onor. di Mar. Lolliano Augustini Gervasio*, Neapoli a. 1846. 4°. editis, p. 27. repetitus *σολοικῶν* titulus: SCHOL. ARMATVR. | FL. MARIANO. V. P. PRAEF. | CLASSIS ET CVRATORI | REIP. MISENATIVM CVIVS | NOBIS ARGVMENTIS | PONTE LIGNEVM QVI PER | MVLTQ TEMPORE VETVSTATE | CONLAPSVS ADQVE DESTITVTVS FVERAT PER QVO NVLLVS | HOMINVM ITER FACERE | POTVERAT PROVIDE FECIT | DEDICAVITQVE OB MERITA EIVS | HONESTISSIMVS ORDO DIGNO | PATRONO | DEDICATA IDIB. APRILIB. | QVINCTILLO ET PRISCO | COS. I. E. A. 159. p. Chr. De ponte quem insanus Gaius Caesar ab uno promontorio ad alterum per XXX stadia construxerat, vide Iosephi Antiqq. XIX. 1. init. Nomina praefectorum huius classis vide supra ad §. 6., et ad §§. 10. sq. loci exhibitus sunt, qui de utraque classe, et hac et Ravennatensi, sunt. de sola Misenate sive Misenensi multis locis apud veteres scriptores mentio facta est, quos non omnes collegerunt ubi de Miseno promontorio (hodieque *Capo s. Punta*

di *Miseno*), portu oppidoque tractant Cluver. Ital. IV. 2. p. 115. sqq. et Corcia l. c. p. 150. sqq. Classis Misensis PIAE VINDICIS (GORDIANAE et PHILIPPICAE.) cognomina in inscr. habet. cf. supra exhibitae diplomata imperatoria, Orell. n. 3594. sqq. et Cardinali p. 281. num. V. ibiq. citt. II. *Μισηρούς* oppidum appellat Ioseph. l. c., ut de Misensis nobilibus Propert. I. 12. v. 4.; ceteri singulari numero utuntur. Prope Misenum, (Ptol. III. 1., Itin. Ant. p. 123. 515.) id est inter hoc oppidum nunc dirutum montemque quem Procidae vocant, planities hodieque *Miliscola* i. e. Militum Schola dicitur, ubi milites quondam exercebantur lapisque paullo ante exhibitus inventus est. cf. Aug. Gervasii *osservo. sulla iscr. oner. di Mau. Lolliano. Napol. 1846. 4^o. p. 25.*, Corcia l. c., Vallardi p. 380. Marcell. Euseb. Scotti scripsit *dissertaz. corograf. istor. di Miseno e Cuma. Napol. 1774. 4^o.*, quae mihi praesto non est. Videsis etiam Mannert. IX. 1. p. 721. sq.

— v. 17.] Hanc vel similem rubricam, quam omnes omiserunt, olim h. l. stetisse argumento est v. 4.

— v. 18.] *Galliani parensi* **ABDE**, *Gallia ripensi* **e²...** et Du Chesne Hist. Francor. scri. I. p. 4. Pancirolus: „A ripis horum fluminum, ubi classes stabant, Gallia Ripariensis est appellata, unde Ripenses milites“. i. e. a Rhodano et qui infra Helvetios a sinistra eum augent fluminibus dicta est. Recentiores hanc Galliarum divisionem omnes ignorare videntur. cf. vocabula Daciae Noricique Ripensium s. Ripariensium.

— vv. 19. sq.] *Rodani* **e²...** **ff** et Du Chesne l. c. Infrequentior est haec appellatio; exspectaveris *Rhodanicae*, ut *Histricae*, *Araricae*, *Sambricae* et q. s. r. Parum recte Valensius p. 470. cf. p. 110. eumque secutus Bouquetius p. 128. not. f ab hac classe *Nautas Rhodanicos* cognominatos fuisse opinati sunt: *Nautae Rhodanici*, qui passim lapidibus memorantur (c. gr. Orell. 4110. 4243.), pariter atque *Ararici*, *Comenses*, *Druentici*, *Ligerici*, *Parisiaci*, in lapide *Aventicensi* **NAVTAE ARV-RANCI** et **ARAMICI** (Orell. Inscr. Helv. n. 174.), in lapide *Hispalensi* **SCAPHARII. QVI. ROMVLAE. NEGOTIANTVR.** (Cean-Bermudez *Sumario* p. 251.), **LINTRARII. CANAMENSES.** (ap. eund. p. 280.),

NAVICVLARII. MALACITANI. et SCAPHARII QVI. MALAGRE NEGOTIANTVR
 in lapidib. Malacitanis (ap. cund. p. 318.), NAVICLARIO MARINO
 in lap. Lugd. ap. Maff. Antiqq. Gall. p. 24, NAVIG. MARIN. AREL.
 CORP. in Arelatensi ibid. p. 70., BATHIARIOR in Genevensi ap.
 Spon. Miscell. p. 231. (cf. Blas. Caryophil. de antiqq. marmorib.
 p. 92.) aliique fuerunt negotiantium collegia in illis fluminibus
 lacubusve naves exercentium, non classarii milites. Propius
 ad hoc militarium nautarum genus, de quarum classibus ac
 praefectis h. l. agitur, accedit aliud, sed tamen ab hoc diver-
 sum, naviculariorum annonae speciebusque transvehendis de-
 stinatum naviculariorum genus, ut e. gr. navicularii Niliaci et
 Romae amnici, de quibus Vopisc. in Aureliano 47. et nos su-
 pra. „Et quoniam“ (Ammiani XV. 11, 16...18. verbis utimur)
 „ad has partes opere contexto pervenimus, silere super Rho-
 dano, maximi nominis flumine, incongruum est et absurdum.
 A Poeninis Alpibus effusiore copia fontium Rhodanus fluens
 et proclivi impetu ad planiora degrediens proprio agmine ri-
 pas occultat et paludi sese ingurgitat nomine Lemanno [lacu
 Lemanno *Caes. B. G. I. 2. et 8., τῆ Λεμβάνω λίμνη* Dio Cass.
 XXXIX. 5.] eamque intermeans nusquam aquis miscetur exter-
 nis [cf. Mela II. 5, 35., Plin. H. N. II. 103. sect. 106. III. 4. sect. 5.],
 sed altrinsecus summitates undae praeterlabens segnioris quaer-
 ritans exitus viam sibi impetu veloci molitur. unde sine ia-
 ctura per Sapaudiam fertur et Sequanos, longeque progressus
 Viennensem latere sinistro perstringit, dextro Lugdunensem,
 et emensus spatia flexuosa Ararim, quem Sauconnam [*Saône*]
 adpellant, inter Germaniam Primam fluentem [!] suum in no-
 men adsciscit; qui locus exordium est Galliarum, exindeque
 non millenis passibus, sed leugis itinera metiuntur. Hinc
 Rhodanus aquis advenis locuplelior vehit grandissimas naves,
 ventorum difflatu iactari saepius adsuctas, finitisque interval-
 lis quae ei natura praescripsit, spumosos Gallico mari concor-
 poratur per patulum sinum, quam vocant Ad gradus [hod.
Gras, Grau, Gras d'Orgon], ab Arelate XVIII. ferme lapide
 disparatum“. Veterum de Rhodani (*Rhône*, German. *Rotten*,

accolis meridionalibus *lo Rô(s)*) fontibus cursuque commenta explicavit Ukert. II. 2. p. 44. 106. 125. sqq. cf. Vales. p. 473. sqq., D'Anvill. p. 549. sqq., Mannert. II. 1. p. 72. sqq., Georgii II. p. 64. sq. — *Biennae* A B C, *bienne* D. De Vienna (hodieque *Vienne*) diximus p. 358*. sq. ad p. 49*. §. 18. — *sive*] hoc quoque loco significatio huius vocabuli, quam p. 672*. ad p. 91*. §. 24. exposuimus, nullam dubitationem admittit. — *Arelati*. cf. p. 349*. ad p. 48*. §. 6.

— §§. 21. sq.] *Barcariorum* omnes (*bācariorum* C). inepta est Panciroli suspicio, quae tamen Bouquetio placuit, „forte legendum *Braccariorum*, a Bracca urbe Lusitaniae“. sed ille, ut absurdissima quaeque commenta sanasque interpretationes iuxta habere fere solitus fuit, etiam iustam vocabuli a barcis desumptam significationem adiecit. vide annot. ad p. 103*. §. 5., p. 113*. §. 6. — *Ebroduni* aa. Libell. provinciar. Gallicc. „Provincia Maxima Sequanorum: [7.] Castrum Ebrodunense [*al.* Ebrudunense, Ebridunense]“. Tab. Peut. II. B: „Abiolica. VI. Eburoduno. XVII. Auenticum Hel[uj]etiorum“. VIKANI EBRODVNENSES in inscr. ap. Orell. n. 344. sq. sive Inscr. Helvet. n. 150. sq. Ebrudunensem viam usque Machovillam Avennici territorii memorat Gregor. Tur. hist. Fr. IV. 45. Ebruduno Geogr. Rav. IV. 27. „in ipsa Burgundia regione“. De Eburoduno ad Urbam (*Orbe*) fl. in Neoburgensem lacum exeuntem (hod. *Yverdon*, *Yverdon*, Germanis *Iferten* s. *Ifferten im Kanton Waadt*) h. l. sermonem esse ostendit adiectum Sapaudiae vocabulum, ibique etiam nunc et bonus portus et vetustatis monumenta multa reperiuntur. cf. Ebel *Anleit. die Schweiz zu bereisen* ed. III. tom. IV. *Zürich* 1810. p. 513. sq., Meyer v. Kno-nau *Erdb. d. schw. Eidgen.* II. ed. II. p. 291. sq. et Hassel *Erdb. d. schw. Eidg.* p. 218. Iustam huius Ebruduni interpretationem exhibent Guillimannus, Bucherius p. 496., Bruz. la Mart. tom. X. col. 120. (hic tamen sibi ipse contrarius est III. col. 699.), D'Anvill. p. 284. sqq., Mannert. II. 1. p. 220. sq., Ukert. II. 2. p. 493. Contra Pancirolos, Valesius p. 184. 503. * et Cellarius L.

*) Valesius p. 184. recte quidem Ebrudunum Sapaudiae desinit,

et Cellarius I. p. 199. confuderunt hoc Helveticum Ebrudunum cum Eburoduno Caturigum ad Druentiam fl. in Alpibus Maritimis (alio, si ad huius Notitiae tempora spectamus, errore Graiis Alpibus Cellarius oppidum adscripsit), quod hodie *Embrun* (*dépt. des hautes Alpes: Cannabich Erdb. Frankr. p. 819.*) dicitur. Ptol. III.1. *Κατουρίγων ἐν Γραιαίς Ἄλπεσιν Ἐβροῦδουνον*. It. Ant. p. 342. 357. *Eburoduno*, It. Hieros. p. 555. *mansio Hebriduno*. Tab. Peut. II. *E Eburuno*. Maxime apud Ebrudunum Caturigum

„... sparsis incerta Druentia ripis“

(Auson. Mosell. γ. 479.) navium patiens non est, ut vel ex Liv. XXI. 31., Silioque Ital. III. 468. sqq. qui flumen non viderunt, scire possunt.

„Turbidus hic truncis saxisque Druentia laetum
Ductoris vastavit iter: namque Alpibus ortus
Avulsas ornos et adesi fragmina montis
Cum sonitu volvens fertur latrantibus undis
Ac vada translato mutat fallacia cursu,

Non pediti fidus, *patulis non puppibus aequus*“.

Sapaudie C, *Sabaudiae* aa et Du Chesne. Primus *Sapaudiae*, bis hac Notitia memoratae, mentionem Ammianus supra ad γγ. 19. sq. transcriptus fecit; deinde in Aviti Viennensis episc. epist. 70. (Patrolog. ed. Migne tom. LIX. 276.) legimus: „potest accipi quod de *Sapaudia* itineribus exquisitis videmur ad Provinciam [*Provence*] praeteriri“, et in Tironis Chronico ad annum vicensimum Theodosii iunioris „*Sapaudia* Burgundionum reliquiis datur cum indigenis dividenda“ (Roncall. I. p. 754.). Neque nomen neque fines certo definire possum. Celtistas illud *sap audia* terram montanam interpretari me legere memini, sed fidem his interpretationibus habeo nullam; nomen viri *Sapaudus* s. *Sabaudus* ap. Gregor. Turon. passim legitur. De finibus ex Ammiano ac Notitia eos septentrionem versus ultra Lemannum lacum in Helvetios sese extendisse vidimus;

falso autem de Notitia Imp. affirmavit Ebruduni Caturigum eam mentionem facere.

occidentem versus Iura monte ac Rhodano fluvio et versus orientem procul dubio Alpibus Graiis ac Penninis continebantur; de finibus australibus magis incertus sum, sed tamen ad Isaram usque extenderim, ut Sapaudia meridionalis ab Allobrogibus in sinistra Rhodani non differret, quamvis nunc Calaronae nomen (y. 26. sq.) aliter atque olim visum est, non pro Gratianopoli (*Grenoble*) accipiam. Hodiernam Savoiam alios fines habere satis notum est. Videsis Vales. et D'Anvill. v. *Sapàudia*, Bruzen la Mart. X. p. 120., Mannert. II. 1. p. 91., Georgii II. p. 115., Hassel *Erdb. d. helv. Eidg.* p. 425. sq.

— yy. 23. sq.] *Muscularii* neque pedites sunt, neque a Musculo machina, qua tecti fossas oppidorum complanabant, nominati, ut Pancirolus annotavit, sed navicularii milites, de quibus ad Not. Or. p. 454. not. 52. disseruimus. — *Masiliae* &; *Massiliae* omis. a^u. *grecorum* M. *Massilia*, *Μασσιλία*, *Massalia*, *Μασσαλία*, Graecorum Phocaeensium colonia (*Marseille*, metropolis praefecturae Rhodani ostiorum: cf. Cannabich. *Frankr.* p. 843. sqq.), Tarquinio Prisco regnante condita, innumeris veterum scriptorum locis, lapidibus nummisque celebrata, hodie vetustatis vestigia fere nulla exhibet. De ea etiam recentiores permulti, Gallique Germanique egerunt. cf. Vales. p. 318. sqq., Cellar. I. p. 187. §. CIX., D'Anvill. p. 438. sqq., Mannert. II. 1. p. 81., Ukert. II. 2. p. 422., Georgii II. p. 85. sqq. et scriptores ab his citt. In libello provv. Gall. inter provinciae Viennensis XIV civitates Massiliensium novissimum locum habet.

— yy. 25. sq.] De Tribunis Cohortium disputavimus p. 536*.sqq. et supra p. 983*.sq. ad y. 2. Post Praefectos Legionum, Alarum, Militum, Classium in hac Notitia et L. 1. Th. C. de comenatu VII. 12., LL. 2. 10. Th. C. de veteranis VII. 20. * aliisque ponuntur, unde inferiori iure fuisse colligas; in multis autem constitutionibus ** et ap. Veget. II. 12. ante Praepositos appel-

*) Gothofr. ad cit. L. 2. parum recte hac una L. Praefectos Militum ante Tribunos collocari annotavit, neque in paratitlo ad Th. C. de re milit. VII. 1. varia militarium rectorum genera satis caute distinxit.

**) LL. 2. 10. Th. C. de re milit. VII. 1., L. 1. Th. C. de erog. mil.

lantur, quos itaque dignitate praecessisse dicendum est, et hoc quoque capite Praefecti Laetorum Gentiliumque novissimum locum habent. Munera horum Tribunorum, procul dubio ex iis, de quibus Vegetius l. c. egit, enatorum in universum in eo consistebant, ut limitaneos milites in armis tractandis quam optime instruerent, desertiones inhiherent omnemque militarem disciplinam observantissime colerent, militibus annonas legitime erogarent, munimenta, castra, fossas vallaque conservarent ac reparari curarent, barbaros quid agerent, diligenter observarent eorumque incursiones repellerent atque omnibus denique modis imperii fines custodirent ac tuerentur. privilegiis autem pro modo dignitatis suae gaudebant, qualia militaribus viris constitutiones principales concessa fuisse passim declarant. — *Prima Flavia* inter XVIII Pseudocomitatenses cap. V. bis legitur, p. 27*. §. ult. *Gallicana Constantia*, p. 28*. §. 5. *Metis*. — *Sapaudie* C, *Sabaudiae* aa et Du Chesne. *Sapaudicae* legi vult Vales. p. 164. atque recte quidem, ut nunc mihi videtur, certe quod ad significationem attingit; nam vocabulum ad cohortem, neque vero ad sequens Calaronae nomen trahendum esse constans in collocandis huius modi nominibus etiam Notitiae usus evincit. ceterum *Sapaudiae* quoque iustum adiectivum nomen est, quod tamen pariter atque Cohortem Sapaudicam neque libri neque lapides veterum agnoscunt. Pancirolus *Sapaudiae* ad *Calaronæ* traxisse videtur: nam ad h. l. non nisi hanc annotationem apposuit: „Trib. coh. primae Flaviae, Sapaudiae, Calarone statua habebat“. — *Calaronae* A B D E d e f f, *Calarone* Caa et Du Chesne, *Cularonae* Bouquet Rer. Gall. scrr. I. p. 128. et sic voluerunt etiam Vales. p. 164. sq., Cellar. I. p. 201. §. CXLI., D'Anvill. p. 257. sq. ac sec. Bruz. la Mart. v. '*Calarox.*' in Gallia Riparensi' etiam Ortelius et Baudrandus. nihilo minus censorium opus

annon. VII. 4., L. 13. Th. C. de veteranis VII. 29, L. 2. Th. C. de Salgamo VII. 9., L. 113. Th. C. de decurionib. XII. 1. et L. un. Th. C. qui a praebit. tiron. XI. 18.; sed eadem hac L. semel etiam „praepositos vel tribunos“.

me fecisse, cum olim *Calaronae*, quod quia scriptis libris unice probatur *, retinere debebam et nunc in integrum restitui, in *Cularonae* mutarem, ingenue fateor; et recte Mannerus II. 1. p. 100. observat, Notitiam, si hodiernam civitatem *Grenoble* indicare voluisset, *Gratianopolin*, non *Cularonam* posuisse, ut in concil. Aquileiensi ann. 381. habito (Harduin. Concil. I. p. 834.), ap. Augustinum de civ. dei XXI. 7., Sidonium Apollinarem ep. III. 14. aliosque scriptores legitur, utque in Libell. provv. Gall. inter Viennensis provinciae civitates secundo loco est *Civitas Gratianopolitana*. neque ullum momentum habet, quod Geogr. Rav. IV. 27. *Curarone* (l. *Cularone*) exhibet. De Gratianopoli vid. etiam Bimard de la Bastie in Murat. Thes. inscr. I. p. 69. sqq. et quos laudavit Ukert. II. 2. p. 458. Quid ergo est? Marius Aventicensis episcopus in chronico quod exeunte saec. VI. composuit, ad a. 563.: „Post consulatum Basilii anno XXII. indict. XI. Hoc anno Mons validus Tauretunensis [*Dents d'Oche*] in territorio Vallensi [nunc Sapaudico] ita subito ruit, ut castrum cui vicinus erat et vicos cum omnibus ibidem habitantibus oppressisset, et lacum in longitudine LX milium et latitudine XX milium ita totum movit, ut egressus utraque ripa vicos antiquissimos cum hominibus et pecoribus vastasset, etiam mulla sacrosancta loca cum eis servientibus demolisset; et pontem Genavacum [*zu Genf*], molinas et homines per vim deiecit, et Genava civitate egressus plures homines interfecit“. (Patrolog. ed. Mign. LXXII. p. 799.) Et Gregor. Turon. hist. Fr. IV. 31. „in Galliis magnum prodigium de Taureduno * castro apparuit, quod super Rhodanum

*) Quod *Ĉ Calarone* habet, non potest pro genuina scriptura haberi, nam omnes mss. Notitiae codices e Spirensi descendere saepe diximus, et solitus fuit librarius *Ĉ* maxime in fine vocabulorum *e* sive *ę* pro *ae* scribere. Ceterum ut *Barcino* et *Barcinona*, *Legio* et *Legiona*, *Narbo* et *Narbona* aliaque eius modi duplicia nomina in usu fuerunt, ita utrumque, *Calaro* et *Calarona*, ferri potest.

**) Sic apud Gregorium pro *Tauretuno* legitur: illa scriptura falso Celticum vocabulum *dunum* pro Raetico *tuna* exhibet. Cf. egregium

fluvium in monte collocatum erat. qui cum per dies amplius LX nescio quem mugitum daret, tandem scissus atque separatus mons ille ab alio monte sibi propinquo cum hominibus, ecclesiis opibusque ac domibus in fluvium ruit exclusoque amnis illius litore aqua retrorsum petiit: locus etenim ille ab utraque parte a montibus conclusus erat, inter quorum angustias torrens defluit. inundans ergo superiorem partem quae ripae insidebat, operuit atque delevit: accumulata enim aqua erumpens deorsum inopinatos reperiens homines, ut desuper fecerat, ipsos enecavit, domos evertit, iumenta delevit et quae cuncta litoribus illis insidebant, usque ad Ienubam civitatem [Genf] violenta atque subita inundatione diripuit atque subvertit. traditur a multis tantam congeriem inibi aquae fuisse, ut in ante dictam civitatem super muros ingrederetur: quod dubium non est, quia... Rhodanus in locis illis inter angustias montium defluit, nec habuit in latere, cum fuit exclusus, quo se diverteret, comotumque montem, qui descenderat, adsemel erupit et sic cuncta delevit“ et r. Castrum *Glérolle* sive *Clérolle* prope S. Saphorini inter *Viviscum* (*Vevey*) et *Cully* ad viam quae Lousonnam ducit, in clivo supra lacum eminenti, e regione montis illius Tauretunensis (inter Sapaudicum vicum *Meillerie* Vallensemque a S. Gingolpho nominatum) conditum veteris Calaronae anno 563. demersae nomen adhuc refert. (proprie *Clérolle* s. *Glérolle* foret = Calaronella s. Calarolla. de Raetico vocabulo *Caluruna* = Calarona, Cleraun, Celerina, Clerant, Glereina, Goldrain, Kollern, Schliern, vid. Steub p. 33. 42. 58. 61.sq. 165.) Ibi reppererunt lapidem miliarium a. 48. p. Chr. positum, qui docet locum ab Aventico XXXVII M. P. afuisse (Orell. Inscr. Helv. n. 137.), aramque Fortunae Reducis. (ibid. n. 138. Cf. Meyer v. Knou II. 273., Ebel *Anleit. v. Escher* 1843. v. *S. Saphorin* p. 533., Hassel *Helv. Eidg.* p. 218.) Illam interpretationem Tschudius (Gall. comat. p. 170.), Guilli-

opusculum Lud. Steubii *Ueb. die Urbewohner Rätens. München* 1843. 8°. p. 49. not. 1.

mannus de reb. Helv. 1598. 4^o. p. 100., alii proposuerunt; Guillimannus autem Notitiae locum perperam conceptum exhibet; nam verba eius haec sunt: „Vicium eum qui *Calorona* (p. 93. recte nomen *Calaronae ad Lemannum* idem habet) antiquis dictus, nunc Clerolle, inter Viviscum et Losannam, nundinis et hominum frequentia adhuc celebris, praesidium habuisse paulo certius est, si libro Noticiarum fides. In eo enim tribunal, et cohortem locat. *In prouincia*, inquit, *maxima Sequanorum* (!) *Tribunus cohortis primae Flaviae Calaronæ Sabaudiae* [immo, *Sapaudiae Calaronae*]*. Ceterum Calaronae vocabulum, quo duo quoque fluvii Galliae Ripariensis, *Chalaronne* qui Arari, et *Garon*, qui Rhodano, uterque a sinistra maioris fluminis veniens miscetur (cf. Cannabich *Frankr.* p. 787. 725.), olim designabantur, pro nomine hodierni *Glérolles* apud veterem scriptorem aut in titulo aliquo legi nescio. Quos ego de topographia Helvetica adhibui libros, eorum auctores, quotquot Calaronae mentionem fecerint, omnes in hod. *Glérolles* quaerendam esse affirmantes credentibus crediderunt. itaque vereor, ne quis frustra consulat quos ad manus non habeo libros F. L. Halleri *Versuch e. Gesch. d. Helv. unt. d. Röm. Zür.* 1793. 8^o. et Halleri *Königsfeldensis Topographie Helvetiens unter den Römern. Bern.* 1809.

PAG. 119*. γ. 1.] *prouintia D. populana* (omisso v. *novem*)

*) Bucherius Belg. Rom. p. 496. non satis accurate scripsit „Gillimannum interpretatum esse Calaronam *Clarance* ad lacum Lemannum seu Genevensen“, et ipse addidit: „Licet alii Ebrodunum *Embrun* in Alpibus maritimis, Calaronem *Grenoble* in Allobrogibus existiment. Sed ego Gilimanno potius adhaererem: rationi conformiora pro limite Rheno contra Alemannos, et pro viscere interno contra Burgundiones iam in Sabaudia circa Genevam positos suggerenti“. *Clarens* III fere M. P. a *Glérolles* orientem versus distat. Et quod de Burgundionibus dixit Bucherius, ἀναρχορισμός est: putavit enim (p. 493.) „anni vel 437. exitu, vel 438. primordiis Notitiam nostram scriptam esse“, de qua re paulo post accuratius dicemus.

Populana aa. De qua praesidiali provincia p. 491*. sqq. γ. 16. dictum est.

γγ. 2. sq.] *nouaepopulanae* ΑΒ, *nouepopulanae* (pro *populanae*) ΔΕ. Alibi haec cohors non legitur. — Latut Gregor. Tur. hist. Fr. IX. 20.; nam civitatis Boatium *ayonne*, cf. p. 494*. γγ. 7. sq., Cannabich. *Frankr.* p. 832.) omen esse demonstraverunt interpp. ad Sidon. Apollin. 12., ubi Lapurdensium locustarum, pro quibus recensernas Lapurdenses ponere possint, inter mensarum mentio fit, „Et hodie“ (annotavit Savaro) „Baionentum Basques vocant *Lapour*, veteres chartae in *terra apord*, vulgo *Labourd*, unde quidam mss. *Laburden*— Cf. etiam Vales. p. 260. sqq., Cellar. I. p. 143. §. XXVIII., l. p. 397. sqq., Mannert. II. 1. p. 125., Ukert. II. 2. p. 382. subit hominem bene doctum neque hebetis iudicii, sed n etiam, qualem Bucherium ex libro suo quivis dilictor agnoverit, non solum tam inepte scribere, sed etiam ineptiis in tantum errorem sese abduci passum et ei accidit, cum inter alia sua de Notitiae conscrip-tate (putavit autem a. 437. exeunte sive a. 438. ineunto riptam esse), quae omnia infirma sunt, argumenta hoc (p. 493.): „nulla omnino est in Notitia Aquitaniae Se- nisi de Pictavis, nulla item Novempopulanae, nisi de s. Bayona mentio: evidenti nimirum [si dis placet] nto quidquid terrarum ad Oceanum Aquitanicum Picta- er et Bayonam interiacet, Romano avulsum Imperio ue transditum, cum haec Notitia scriberetur. Atqui in eam possessionem a. Chr. 419. ab Constantio tum , mox etiam Imperatore inductos supra audivimus“. lo, non Bucherio dignum erat ita concludere. quasi otitia non memoraret Rationalem Summarum Quinque iarum (p. 47*. γγ. 16. sq.) ac Rationalem Rei Privatae idem (p. 53*. γγ. 8. sq.), atque totas provincias non Go- ditas sed Vicario Septem Provinciarum subditas et Aequi- Secundam et Novempopulanam (p. 72*. γγ. 15. sq.).

Etiam Bucherium falsa de natali Notitiae opinio in alios errores abripuit multos, ut e. gr. p. 497. ex Suevicis Hispaniarum infestationibus explicare conaretur, cur „Notitia nullos sub Hispaniarum Vicario milites, nullum Hispaniae Comitem recenseat; tametsi Baeticam etc. sub Consularibus, Tarraconensem etc. sub Praesidibus breviter recenseat“. Strident errores: milites nusquam sub Vicariis, quippe qui civiles tantum modo rectores fuerunt, recensentur; Hispaniae Comitem non recenseri ne verum quidem est, ut ostendit p. 37*. §. 14.: et quod breviter tantum Hispaniarum provinciae consulares praesidialesque sub suo Vicario recensentur, id omnino eodem modo de omnibus per omnes totius imperii partes provinciis in eadem Notitia factum est.

— §. 4.] *provincia D.* — *Lugdunensi* 36D. Vid. p. 482*. *ixii.*

— §. 5.] *araticae D.* *Araticae* f. *Arar* s. *Araris* (*Ἀραγ.* *Ἀραγί;*) sive *Sauconna* (Ammian. supra ad §. 19. sq. transcr.). *Sauconna*, *Sangonna*, *Sacona*, *Saona*, hodie *la Saône* fluvius (cf. e. gr. Ukert. II. 2. p. 134. sq.), quamvis ob segnitiam fluminis, ut rapiditate sua Rhodanus, famosus sit (vid. e. gr. Flin. H. N. III. 4. sect. 5., Claudian. in Rufin. II. 111.), *Lugdunum* cum strepitu permeat, infra quod statim in hunc fluvium aquas suas effundit. *Nautas Araticae* ad hanc classem non pertinere ad superiores §. 19. sq. annotavimus. — *caballaduno C.* *Cypidum* *Cabillonum* *Caes. B. G. VII. 42.*, *Cabillonum* in *Araris* ad *Ararim* *Id. VII. 90.* Et *Strab. IV. p. 192.* (ed. Alz. p. 235*) *Ἐπιπέδιον μέν τις τοῦ Σαίβου; καὶ τοῦ Ἀραγί; καὶ τὴν τῶν Ἐβόων ἕδος; πάλιν ἔχει Καβιλλῶν ἐπὶ τῷ Ἀραγί; καὶ γροίγειν Βιβρακίαν.* Apud *Ptol. II. 7 (S).* τῶν *Αἰβῶν* τῶν *Αἰβῶν*; recensentur *Αἰβῶν*, *Καβιλλῶν* (vulgo *Καβιλλῶν*). *Αἰβῶν* *μυρτίαι;* *Eumen. paneg. Constant. c. 18.* *α* *Cabillonensi* *portu*; *Ammian. XIV. 10. 3.* *α* *apud Cabillonam*; *XXVII. 1. 2.* *α* *apud Cabillonam* (cf. p. 594*). *IV. 22. 1:* *Cabillonus* (vid. p. 164*); *Libell. provv. Gall. „Lugdunensis I. ... Castrum Cabillonense [al. Caballionense. Caballionensium]“*; *Sidon. Apollin. ep. IV. 25.* *Cabillonum*, item *Ambros. ep. 27:* *Ere-*

Tur. hist. Fr. X. 11. „de Cabillono“, X. 28. „episcopo Ca-
 ensi“; in Itin. Ant. p. 360. 363. Cabillono, Cavillono [*al.*
 inno, Cabilumno, Gabilluno, Cabellione] in Tab. Peut. II.
 billione; in nummis sec. Mionnet. I. p. 81. et Suppl. I. p.
 Caballo. Constat esse hod. civitatem *Châlons sur Saône*
 ecturae Araris Ligerisque (*Cannabich Frankr.* p. 331.).
 des. p. 109. sq., Cellar. I. p. 173. §. LXXXV., D'Anvill. p.
 Mannert. II. 1. p. 178., Ukert. II. 2. p. 467. qui de antiqui-
 s Cabillonensibus Millinum in *Magas. encycl.* 1812. 2. p.
 [q., de via Romana Giraltium, ibid. I. p. 131. conferendos
 annotavit. Quod Pancirolus scripsit „vulgo *Cublon* [*Scha-*
 3.4]. Itinerarium hic legionem XIII. locat“, error est
 enatus, quod leugarum cum legionum indicatione con-
 scriptor. *Cabillunum*, unde L. 2. Th. C. de poenis IX. 40.
 i. Constantinus A. emisit, Thraciae oppidum Cabalin (Ca-
) esse Gothofredus docuit.

— §. 6.] *prouintia D. lugdonensi ASD. Senoniae D.* Vid.
 5*.

— §§. 7. sq.] *Anderecianorum Aaa*, Du Chesne et Bou-
Andericianorum C. Hos in confluentibus Sequana Isa-
 (*Seine et Oise*) stativa habuisse, supra p. 283*. exposui.
 hodierni *Andrésy* vocabulum *Anderecia s. Anderetia* fuisse
 r. — *Parisius* habent *BCDaa*, *Parisii A(?)C(?)* et ceteri
 Mirari subit quod recentiores geographi de forma in-
 tabili *Parisius*, qua per medium aevum frequentissime
 oliti sunt*, ne verbum quidem fecerunt. eam, cum de

*) Praeter complures locos quos vide in Indicibus ad Monum.
 n. tomos I. II. v. *Parisii*, ex Venantii Fortunati VI. 4. (ed. Luchi) §.

„Dilige regnantem, celsa Parisius arce“

Gregor. Tur. hist. Franc. epit. capp. 71. 90. 93. et Fredegarii Schola-
 thronic. capp. 26. 53. 58. 79. hae locutiones quod diximus, satis
 unt: *Parisius s. ad Parisius venit, pervenit, Parisius ingreditur,*
Parisius, procul a Parisius. Neque qui libros amant, magnam
 copiam *Parisius* impressam esse nesciunt, neque ICTis e memo-
 ciderit famosa Honorii III. constitutio, qua „firmiter“ inquit „in-

scriptura Δ incertus essem, quod feci, retinere debui, quamvis infra p. 122*. γ. 3. *Parisios* legamus. In hodierno Gallorum capite vix Parisiorum oppidum, quale huius Notitiae compositae tempore fuit, reperias, quippe quod eam civitatis partem quae hodie *la Cité* vocatur, non omnem explevit. cf. Bonamicum in *Mém. de l'acad. des inscrr.* XV. p. 656. sqq. Caesar B. G. „concilium [Galliae Caesar] Lutetiam Parisiorum transfert“; VII. 57. sq. „Lutetiam, i. e. oppidum Parisiorum, positum in insula fluminis Sequanae“ (Dio Cass. LX. 38. τὴν νῆσον τὴν ἐν τῷ Σηκουανῶ ποταμῶ ὄσσαν), „hostes Lutetiam incendi pontesque eius oppidi rescindi iubent“. Strab. IV. p. 194. (ed. Almel. p. 297.) „Περὶ δὲ τὸν Σηκουάναν ποταμόν εἰσι καὶ οἱ Παρίσιοι, νῆσον ἔχοντες ἐν τῷ ποταμῶ καὶ πόλιν Λουκοτοκίαν“. Ptol. II. 7 (8). ὑφ' οὗς (Carnulas) Παρίσιοι καὶ πόλις Λουκοτεκία [al. Λουκοτέκτα, Λουκοδέκτα]. Parisiorum populum quidem, sed non oppidum nominat Plinius. Ex Graeco vocabulo in *κια* exeunte Luteciam, non Lutetiam scribi debere Valesius voluit. Iulian. [cuius Caesaris balnea etiam nunc Parisiis exstant] Misopog. p. 340. τὴν φίλην Λευκετίαν, inquit, litteris κ et τ transpositis, ὀνομάζουσιν οἱ Κελτοὶ τῶν Παρισίων τὴν πολίχνην· ἔστι δ' οὐ μεγάλη νῆσος, ἐγκειμένη τῷ ποταμῶ καὶ αὐτὴν κύκλω πᾶσαν καταλαμβάνει. ζύλιναι δ' ἐπ' αὐτὴν ἀμφοτέρωθεν εἰσάγουσι γέφυραι κ.τ.λ. Et Zosimus etiam III. 9. parvum oppidum nuncupat, „ἐν τῷ παρισίῳ [al. Παρησίῳ], Γερμανίας [lege Γαλατίας] δὲ αὕτη πολίχνη“, ac Mich. Syncell. τὴν Παρησίαν τῇ πηλικότητι τῶν κατὰ Γαλλίαν μικροτέρων πόλεων appellat. Ammian. XV. 11, 3. „Parisiorum castellum, Lutetiam nomine“, Parisios vocat Id. XVII. 2, 4. XX. 4, 11. et 5, 1. XXVI. 5, 8. Eodem tempore, exeunte a. 365., Valentinianus (et Valens) Parisiis emisit L. 13. Th. C. de annona et trib. XI.

terdicimus et districtius inhibemus, ne Parisius vel in civitatibus seu aliis locis vicinis quisquam docere vel audire ins civile praesumat. et qui contra fecerit, ... excommunicationis vinculo innodetur“. His nostris diebus Antihonoriana constitutione opus foret.

1., L. 3. Th. C. de metall. X. 19. et L. 11. Th. C. de numerariis VIII. 1. Vib. Sequest. de fluminib. (p. 17. ed. Oberlin.) „Sequana Galliae Luteciam Parisiorum circumfluit vel insulam facit“. It. Ant. p. 368. Luticia [al. Lutecia, Lutitia, Lotica], p. 384. Luticia [al. Lutitia, Lutecia, Lotitia]. Tab. Peut. I. C Luteci, sed PARISIS ad dextram Mosae habet II. A. Apud Gregor. Tur. passim occurrunt nomina Parisiorum s. Parisiaca (in ed. princ. *Parrhis.*) urbs s. civitas, Parisii urbs. Nautae Parisiaci (quos cave, ne ad hanc classem pertinere putes, cf. annot. ad super. γγ. 19. sq.) memorantur in lap. Paris. ap. Orell. 1993. et in lapide Antissiodorensi ap. Grut. 371, 8. legitur: AETERNAC. MEMORIAE. AVRELI | DEMETRI. ADIVTORI | PROCC. CIVITATIS. SENONVM | TRICASSINORVM. MELDO | RVN. PARISIORVM. ET. CI | VITATIS. AEDVORVM. INGE | NVINIA. AVRELIA. CONIVGI | CARISSIMO et r. Parisi Britanniae hic solum memorandi sunt; sed nugatorias vocabuli explicationes tum a diversis Paridibus, fabulosis omnibus, tum a Parrhasiis Arcadiae, tum a παρρησία, tum a Luco fabuloso rege, tum a Juto qui Parisiis hodieque minime fabulosus est, quamvis non numquam incredibilis sit, ne memorare quidem opus fuerit. Cf. Vales. p. 438. sqq., Cellar. I. p. 166. §. LXXIII., D'Anvill. p. 426. sqq., Mannert. II. 1. p. 168. sq., Ukert. II. 2. p. 478. sq., Georgii II. p. 95. sq. Non potui adhibere *Sauval Histoire et recherches des antiquités de la ville de Paris.* 1824. fol.

— γ. 9.] Vide annot. ad superiorem γ. 16.

— γ. 10.] *provincia D. Hispanie C. Calletia ADE, Callectia BEdff, Gallecia aae^{1,6,7}, Gallaecia e^{2,3,4}.* De hac provincia vide p. 466*. ad p. 69*. γ. 9. ubi ei quod dixi Consularem Gallaeciae nominari me non meminisse, nunc aliquid addendum est; nam apud Ioa. Augustin. Cean-Bermudez *Sumario de las antigüedades Romanas que hay en España.* Madrid 1832. 4o. p. 195. legitur hic titulus Asturicensis: I. O. M | ::::::::::ACO. CATVLLI | NVS. VIR. CONSV | LARIS. PRAESES | PROV. GALLAECIAE | PRO. SALVTE. SVA | SVORVMQVE | OMNIVM. POSVIT. Etiam GALECIARVM nomen legitur in inscr. Venet. ap. Kellerm. Latercc. n. 42.

— γγ. 11. sq.] Legio VII. gemina, quae civitati, in qua

stetit, nomen suum reliquit, dubitare possis, num a Septima Gemina quae in Not. Or. p. 27. §. 17. sub Magistro Mil. per Orientem inter legiones comitatenses memoratur, diversa fuerit necne, cum etiam legionem VII. Claudiam, quae Viminacii stationem habuit sec. Not. Or. p. 105. §§. 22. sqq., Geminae nomen gessisse certe tituli Romani duo ex iis quos paulo post subiciam, demonstrant: alter enim utriusque legionis mentionem sic fecit > .LEG. VII. GE. | > .LEG. VII. GEMIN. P(iae). F(elicis)., ut appareat priorem centurionem esse legionis VII. geminae Claudiac, ut alter titulus aperte habet LEG. VII. CLAVDIAE. GEMINAE. De utraque ad hoc cap. XL. me dicturum esse pluribus locis promisi, quae fides nunc solvenda est. Septimanos, et Seniores et Iuniores, qui inter legiones comitatenses Magistro peditum praesentali subditas memorantur (p. 26*. §. 19. et p. 27*. §. 6.), quorum illi iterum sub Comite Hispaniarum p. 37*. §. 28., hi, i. e. alia eorum pars, sub Magistro Eqq. Galliarum §. 24. recensentur, ex legione VII. gemina fuisse puto; neque vero Septimanos qui inter Pseudocomitatenses Magistro Pedit. praes. subditos p. 28*. §. 9. leguntur, alii quam eidem VII. geminae adscripserim. Sed rei ordo postulat, ut a Legione Septima Claudia incipiamus. nam neque de Septima legione qua Iulius Caesar in Britannia usus est (B. G. IV. 32.), neque de VII. M. Antonii in nummis celebrata (cf. Eckhel. VI. p. 51. VIII. p. 489. et Rasche tom. II. part. post. col. 1547. *) dicere ad rem nostram attinet. Ex titulis simpliciter legionem VII. memorantibus ad Claudiam rettulerim quos per orientales imperii partes ac Moesiam Dalmatiamque reppererunt, ad Geminam vero a Galba institutam per Hispanias Galliasque, item Pannonias reptos; utraque per Italias monumenta reliquit.

LEG. VII. (in ins. Naronis Dalmatiae) ex Donio Murat. 847, 7.

— (Iaderae) ex Donio Murat. 1022, 7.

— ET. XI. sub Tiberio vias Salonitanas munierunt. (Spalati) Ex Spon. Donat. 211, 6.

— (Ascapaburgi) Steiner. n. 167.

*) De nummo Damasceno erravit Raschius. cf. Eckhel. III. p. 333.

LEG. VII. |||| LEG. VII. OCCIS. IN GALL (Capuae) Murat. 802, 8.

— (Lugduni) Grut. 495, 11. LEG. VII. |...

— (Metis) Grut. 541, 5.

— (Mogontiacy) Grut. 568, 9., Fuchs. I. p. 129., Lehne II. p. 124., Steiner. n. 382.

— (in Callaecia) Murat. 335, 3.

— (Tarracone) Grut. 367, 2.

— (Veronae) Grut. 564, 9.

*seien, dünkt mich wenig wahrscheinlich, wenn gleich ein Zusammenhang zwischen beiden angenommen werden muss, der aber mehr das Wesen der Sache im ganzen als die einzelnen Personen betraf. Die Leten der Salischen Franken haben einen Herrn (Leg. Sal. 26, 1. 35, 4), und es bedarf eines besondern Acts, welcher der Freilassung der Sklaven durchaus analog ist, um ihnen volle Freiheit zu geben (26, 1). Aber persönlicher Freiheit geniessen sie doch auch vorher, sie können rechtskräftige Verpflichtungen eingehen und vor dem Volksgericht belangt werden, wo sie nicht durch Stellvertreter, sondern in eigner Person erscheinen (50, 1). Das Recht ihrer Persönlichkeit schützte ein bestimmtes Wehrgeld, halb so gross wie das des Freien; und in demselben Verhältniss werden auch sonst alle Bussen bestimmt (42, 4)*²⁴.

^{24*)} Cf. Eichh. §. 15. et Elementor. iur. Germ. §. 50., Grimm. p. 228. et nimium abs recentioribus neglectum Pottgiesserum I. 4. §§. 59. sqq.

²⁵⁾ Cf. Grimm. p. 305. sq., Kraut. p. 10. sqq. numm. 48...77. ²⁶⁾ Nithard. l. c. „*frilingis lassibusque*“.

²⁷⁾ v. Richthofen AF. Wb. hh. vv. ²⁸⁾ Recte Gauppius *Miscellen* p. 73. negat hoc Latinorum vocabulum esse Germanicum *Laten*, Latinaque solum modo forma *Latenos* significare scriptorem: comparisonem *Lætorum* cum Latinis Iunianis facere voluisse interpretem, qui ex iure Iustiniano in glossa citantur loci aperte demonstrant, i. e. L. un. C. de Latina lib. toll. et §. 4. Inst. de libert.

²⁹⁾ Apud de Ludewig de iure clientel. p. 220. „cum familia lassorum [*Hofhöriger*] XXVIII., servorum XX., litorum [i. e. manu missorum] VIII., colono etiam uno“.

discrimen non nisi posterioribus temporibus, quae iam nullam eorum Lætorum, de quibus nobis agendum est, memoriam habuerunt, convenit. Lætos a Litis et utrosque a Leudis s. Leodibus et a Lazzis s. Lassis distinguendos esse Wachterus³⁰, parum ipse sibi constans, putavit; nam paullo post³¹ litos ac lassos eiusdem etymi eiusdemque condicionis, illudque in Anglosaxonico *lyt* (parum) quaerendum, hanc servorum esse affirmavit; neque hoc satis errorum ei fuit, sed Camdenianum³² etiam adoptavit, „nomen Lætorum ex lingua veteri Gallica s. antiqua Britannica desumptum proprie hospitium significare: *Uetty* hospitium, *Uetwoyr* hospes, *Uydaw* Armorica, quam Latine scribentes *Letaviam* vocant“. Paulo aliter κελτιζέει H. Leo³³, qui etiam invenit quibus placeret³⁴. Contra magna scriptorum pars³⁵ Lassorum s. Lætorum voca-

³⁰) Glossar. vv. *læti*, *lassi* vel *lassi*. ³¹) vv. *liti*, *lidi*, *lirones*.

³²) Camden. Britann. ed. Lond. 1695. fol. p. CVI. „Before the arrival of our Britains, this country was called Armorica . . ; after that, to the same sense, in our British tongue Llydaw . . ; and by our Latin writers of the middle age Letavia. And therefore I suppose them to be the Læti, which Zosimus talks of in Gaul. “. ³³) Leo *Die malb. glosse* I. p. 42. II. 56. sq.

„Diese ansidler treten mit einer keltischen benennung in die geschichte. Im Gälischen heiszt *luidh* oder *laidh*, sich niederlassen, setzen . . ; dann aber auch im weiteren sinne des bleibens, wohnens, sitzens an einem orte. Im Wälschen heiszt *llwyth* . . die einwohnerschaft einer stadt oder gegend; der volksstam. Wie im Gäl. noch der stamvocal *ui* und *ai* wechselt, muss auch das ältere entsprechende wort . . hinsichtlich des stamvocal mundartlich geschwankt haben; die latinisirte form gibt uns bald *lætus*, *letus*, bald *litus*, *lidus*. Die keltische [?] form der malb. gloss. ist *lito* . . “. Leoni obloquitur Mone, ipse alia Celtica vocabula (*leth* = pars dimidia, *Uéd* = partim, dimidio) ad Lætorum nomen ac condicionem explicandam proferens. *Urgesch. des bad. Landes*. p. 248. sqq.

³⁴) Sybel. p. 40., Baumstark in *Realencycl. der class. A. W.* IV. p. 941. sq. v. *Læti*.

³⁵) Et inter eos etiam Haltaus. v. *lassen*, alicubi *lossen* et Adelung. v. *lasse*. Glossa spec. Sax. I. 6. „*Laten* synt de unse olderen sitten *leten*, do se dit land hadden bedwongen, dat se den acker werken scholden, den do de acker gelaten ward. darvan synt de laten gekomen“. et III. 44. „*Late* is de uppe tinsgude sittet, den me van deme gude

bulum a Germ. verbo *lāzan* (Sax. *lātan*, Goth. *lētan*) venire sumpserunt. Grimmus³⁶ contra nullam Germanicam dialectum nomen *lāz* s. *lāt* agnoscere, neque quemvis manu missum litum factum, neque litum libertum fuisse monuit. ipse vocabulum *lītus* s. *lāzus* nihil aliud nisi nomen adiect. *laz* (segnis, ignavus, piger, tardus, deses, hebes), Goth. *lats*, Anglosax. *laet*, in vet. Scand. lingua *laetr*, esse vult; quod fere Spelmannus³⁷ et Ihre³⁸ olim protulerant ac Zeussius³⁹, Richthofius⁴⁰ Müllenhoffiusque⁴¹ diserte comproba-

wysen mag, edder eme dat gut umme tinss laten mach“. Vid. etiam I. L. Frisch *Deutsch-lat. Wörterb.* Berol 1741. 4^o. p. 577. sq. v. *Lafs*. Videbimus has explicationes similiter atque Leonis Celticam, quamvis ad artis etymologicae praecepta parum apte prolatas, proxime tamen accedere ad eam quae quod ad vocabuli significationem pertinet, iusta est.

³⁶) R. A. p. 308. sq. „*Das schwanken der vocale a und i (denn e scheint ē) in lat und lit lässt sich nur begreifen, wenn man die Grundlage eines verlornen starken litan, lat voraussetzt, so dass sich beide formen litus und latus verhalten wie drinc und dranc, twinc und twanc; oder wenn lātus, lāzus (goth. lēts) angenommen werden müsste, wie giba und gāba. Für lēts scheint sogar die römische schreibung laetus*“. Idem *Gramm.* II. p. 75. „*lētan lassen, gewähren lassen, in friede lassen, fordert ein verlornes litan, lat, lētun (quiescere?), von welchem das goth. latjan (tardare) lats, ahd. laz (deses, piger) lezan (impedire, irretire) mhd. letzen (impedire, gewöhnl. lædere) letze (finis, obstaculum) geblieben sind*“. ³⁷) *Glossar. archaiol.* Lond. 1687. fol. v. *Lazzi*: „*restat antiquae appellationis commemoratio: ignavos enim hodie Lazie dicimus*“. ³⁸) *Glossar. Suiogoth.* Ups. 1769. fol. v. *Lat* addit „*Angl. late, lasie, Franc. lache (antiq. lasche), Fenn. laisca, Dan. lad, Isl. latur*“. Vid. etiam Wachter v. *Lass*, piger, ignavus; imprim. Graff *Althochd. Sprachsch.* II. 190. sq. 297. vv. *LIT-us, LAZ.* et cf. Leo *Malb. Gl.* II. p. 57.

³⁹) Zeuss *Die Deutschen* p. 580. sq. „*Leti, ein deutscher von den Röm. in Læti umgeformter Name ..., später in Urkk. häufig Liti *, Benennung einer eigenen Klasse von Hörigen unter den Deutschen, die*

*) „*Leti also mit kurzem e, wie Venedi aus Vinidi .. Es ist das Adj. ahd. laz (wie der alte Name Sitones später Sazzon ist, und Semnonnes später Samnon, Samanon wære), unser lass, lässig, im Gegens. zum Freien, Vornehmen, der im deutschen Alterthume ein Schneller, Flüchtiger ist. Id. p. 73. „Wie ... Sitones, Liti, Leti, später Sazzon, Lazzi lauten*“. Vgl. *Grmm. R.A.* 305. ff.“

verunt⁴². Non tam quod ad ἔτυμον, quam quod ad originem

zwischen den Leibeigenen und Freigebornen in der Mitte standen. Ohne Zweifel waren die Leti Individuen dieser Klasse, welche die Ihrigen verliessen, in den Dienst der Römer übergiengen, und jenseits des Rheins eine neue Heimath fanden⁴³. ⁴⁰⁾ *Altfries. WB. v. Let* p. 895. „letar plur. von let, wie kedar, sithar von ked, sith. Dem fries. let entspricht ein ags. laet... Das ahd. gewährt laz, mnd. lat, let, lit, isl. lidda (servus, homo nauci). Die benennung erklärt Grimm... Die form der lat. L. Fris. für den let ist lit-us, wo das e durch i vertreten wird, wie auch in einzelnen stellen das fries. adj. lat (lass, schlecht), lit lautet. Wer den namen lassen aus leute (fries. liode) erklären will, ..wirft alle lautverhältnisse durcheinander und spricht jeder gesunden grammatik hohn. Vgl. letma, letsachte.“

⁴¹⁾ K. Müllenhoff *Die deutschen Wörter der L. Sal. post librum Waitzii Das alte R. der Sal. Franken.* Kiel. 1846. 8°. p. 288. „Lëtus od. litus. Eine ahd. glosse zur lex Rib. (Diuetska I. 342. [„litus, laz“]) erklärt das wort durch laz; dass beide wörter denselben stand bezeichnen, ist nach Grimms erörterung klar. Er und mit ihm Richthofen (der nur das aus ganz anderer wurzel stammende altn. lidda unpassend vergleicht) halten das zuerst bei den Römern, dann in den leges vorkommende lëtus (lætus) für identisch mit dem goth. lats, altn. laitr, ahd. laz, alts. lat, ags. lät, fries. let, welches ursprünglich deses, tardus bedeutet, dann servus. Auch dem adj. lats muss ein verlornes verbum litan, lat, lëtum vorausgesetzt werden und zwar von der intransit. bedeutung quiescere, manere. Das ältere lëtus, litus, aus dem praesens gebildet, wird daher wohl ganz genau und richtig R. A. 306. durch mansionarius übersetzt, eine bedeutung die ebenso wohl für die röm. leti, die angesiedelten pflichtigen barbaren, als für die lëti der leges passt; Waitz verfass. I. 179. ff. Ich zweifle nicht, dass nicht schon Tacitus das wort von den deutschen libertis hätte ebenso leicht gebrauchen können, wie der spätere Ammian von deutschen ansiedlern und hilfsvölkern. Dass das wort in der malb. gl. vorkommt, ist nicht zu verwundern; es wird dadurch auch nicht römisch, weil Ammian und die Notitia imperii es gebrauchen. Leo I. 42.“ Cf. etiam Ziemann *mhd. WB. vv. Laz, lëte, lite.* Ex Warnkönigii *Flandr. Staats- u. Rechtsgesch.* III. p. 44. haec Lætorum in diplomatis Latinis inde a XI. saec. obvia nomina enotasse iuvabit: Hospites, submanentes, submansores, homines, hospites et censuarii, hospites seu tenentes, homines cubantes et levantes, manentes, mansuarii, possessores terrae, subditi, censuarii. Vix, ne quis ex his vo-

statumque Lætorum attinet, procul ab horum virorum meaque suaque ipsius sententiis recessit Herm. Müllerus⁴³. Ne vero quis *litos* aut *lidos*, quam formam per *d* expressam Grimmus explicare se posse negat, aut a vocabulo *ledig*, *lidig* (ligius homo) aut a *liut*, Sax. *liod*, *leod*, hodie *leute*, deducendum esse perperam opinetur⁴⁴, videat contra monentes Grimmum ac Richthofen⁴⁵. Missis aliis item a vero aberrantibus vocabuli deductionibus⁴⁶, transeamus nunc ad ea quae veteres utriusque

cabulis omnibus, quid Læti sub Romanis fuissent, explicari posse opinetur, opus fuerit diserte monere. ⁴²⁾ Vid. etiam Schmelleri *Bayer. Wörterb.* 1828. 8^o. II. p. 528. v. *laz*.

⁴³⁾ *Der lex Sal. Alter u. Heimat. Würzb.* 1840. 8^o. p. 183. sq., ubi post locum spec. Sax. III. 44. „Do irer so vele nicht newas.... daraf quamen die late“ sic disputat: „Solche ungeschlagene Besiegte scheinen alle Lassen, Laten zu sein; ihren Namen erkläre ich mir eben aus dem Aufgeben des Kampfes, aus dem Nachlassen im Kampfe; sie sind hild-latan, nicht Lässige, Nachlässige im sittlichen Sinne; umgekehrt bezeichnet unser laß, läßig, nachlässig den schnell von Kampf und Mühe Ablassenden. Was Grimm in den R.A. 305. ff. aufstellt, beruht theils auf der Vermischung [?] der Worte læti und laze, theils auf der Annahme, dass ein Schmähwort Benennung geworden, was mir nicht gefällt.“ cuius tamen appellandi pravi moris exempla si coram Müllero quae ipse et permulta et sagaciter passim exposuit, in memoriam revocarem, merito aquam in Rhenum baiulantem me derideret. malo itaque ad Wackernagelii diss. *Die Spottnamen der Völker* (in Hauptii *Ztschr. f. deutsch. Alterth.* VI. p. 254. sqq. a. 1847.) referre. Ceterum isti Müllerianae explicationi accessit Phillipsius in *Münchn. gel. Anz.* 1844. p. 262. De tertia ab eodem Müllero edita sive repetita explicatione cf. not. 119. ⁴⁴⁾ Ut e. gr. Rambach de Lætis p. 17. et nuper H. C. a Gagern *Nationalgesch. d. Deutsch. Fkf.* a. M. 1826. 8^o. part. II. p. 7. sq. alique de quibus infra dicendum est. ⁴⁵⁾ Grimm. *R.A.* p. 307. sq. not. *** et Richth. supra not. 40. ⁴⁶⁾ Ita e. g. Vales. *Not. Gall.* p. 259. sq. (cf. comm. ad Ammian.) pagi Leticus a Letiae s. Legiae (*Lys*) fl. nomine deducti vocabulum Letis originem dedisse opinatus est, eumque sequuntur com. de Büнау *Reichshist.* I. p. 494. alii. Eichhornius (in *Actis acad. litt. Berol.* a. 1840. 4^o. publicatis p. 379. not. 1. et *Hist. iur.* §. 49. not. d.) vocabulum *les* (i. e. sinister, praeposterus, per-versus) huc trahi voluit; sed adiect. *lets* s. *läts* aliam stirpem habet.

linguae scriptores, et Latini et Graeci, de Lætis in Romanas provincias receptis rettulerunt:

I. Eumenius panegyrici Constantio Caesari [circa a. 297.] dicti cap. 21.

„Itaque sicuti pridem tuo, Diocletiane Auguste, iussu supplevit deserta Thraciae translatis incolis Asia, sicut postea tuo, Maximiane Auguste, nutu Nerviorum et Treverorum arva iacentia lætus postliminio restitutus et receptus in leges Francus excoluit⁴⁷, ita nunc per victo-

cf. Graff *ahd. Sprachsch.* II. p. 316. v. LZZI. sed vide etiam Schmelleri *Bayer. Wörterb.* II. p. 530. Etiam eorum opinionem qui *lætorum* nomen purum Latinum esse sibi suadentes pro hilaribus, lætitia affectis sumserunt, ut infra dicitur, disertis verbis refellere opus non est.

⁴⁷) Contra iustam Valesii (ad Amm. XVI. 11, 4.) et Gothofredi (ad L. 12. Th. C. de veteranis VII. 20.) aliorumque interpretationem Zumptius p. 19. sq. v. *lætus* adiectivum nomen ad v. *Francus* pertinens esse opinatur propter sequens *excoluit* (non *excoluerunt*), quod quamvis non laudari, tamen ferri potest, maxime in Eumenio; sed omnino ferri non potest quod Zumptio visum est, verbis *lætus postliminio restitutus et receptus in leges Fr.* Eumenium significare voluisse Francum ideo lætum quod postliminio restitutus et in leges receptus esset. falsa itaque nec linguae Germanicae legibus conveniens est haec Zumptii versio: „*Der Franke bebaute, froh wieder in unsern Staat und unsere Gesetze aufgenommen die wüst liegenden Gefilde*“ etc. Quod adiecit novissimus interpres, secundum Eumenium idem in recipiendis barbaris Maximianum fecisse quod antea Diocletianus et Constantius fecissent, ab his autem colonos factos esse barbaros, non Lætos, inutilis argumentatio est negantis in Lætos quoque colonorum sive *γεωργῶν* nomen cadere. Ipse Eumenius receptae loci d. q. a. interpretationi favet eiusd. paneg. capp. 8. sq. et paneg. Constantino A. dicti c. 6. „Quid loquar rursus intimas Franciae nationes non ab his locis quae olim Romani invaserant, sed a propriis ex origine suis sedibus atque ab ultimis barbariae litoribus avulsas, ut in desertis Galliae regionibus collocatae et pacem Rom. imperii cultu iuvarent et arma delectu? Quid commemorem Lingonicam victoriam...? quid immanem ex diversis Germanorum populis multitudinem...?“ et q. s. In similem Zumptiani errorem inciderat Rambach, de Læt. p. 15. „Lætum Francum postl. restitutum, receptumque in leges, . . arva iac. excolere“; sed *Lætus* ei adigentile fuit. Similiter Sybelius p. 33. sic disputans: *Pardessus loi Salique* p. 471. *sagt*: 'le passage fait allusion, comme le remarque Godefroi, à deux

rias tuas, Constanti Caesar invicte, quidquid infrequens Ambiano et Bellovaco et Tricassino solo Lingonicoque restabat, barbaro cultore revirescit. Quin etiam illa, cuius nomine mihi peculiariter gratulandum, devotissima vobis civitas Aeduorum ex hac Britannicae facultate victoriae plurimos, quibus illae provinciae redundabant, accepit artifices, et nunc exstrukione veterum domorum . . . consurgit⁴.

II. Ammianus Marcell. ad a. 357. XVI. 11, 2...4. :

„Barbatio . . . ex Italia . . . Rauracos venit . . . ut saevientes ultra solitum Alamanni . . . in angustias caederentur. dum haec . . . celerantur, læti⁴⁸ barbari ad tempestiva furta sollertes inter utriusque exercitus castra occulte transgressi invasere Lugdunum incautam eamque populatam nisi valido concremassent, ni clausis aditibus repercussi quidquid extra oppidum potuit inveniri, vastassent⁴.

III. Idem in litteris Iuliani, Augusti ab exercitu renuntiati, ad Constantium A. apud Parisios a. 360. scriptis, XX. 8, 13.:

„Quae necesse sit fieri, in compendium redigam breve: equos praebeto curules Hispanos et miscendos gentilibus atque scutariis letos quosdam, cis Rhenum editam barbarorum progeniem, vel certe ex dediticiis qui ad nostra desciscunt⁴.

IV. Idem ad a. 361. XXI. 13, 16. de Constantio A. :

„Arbetionem . . . iter suum praecire cum lanceariis et mattiariis et ca-

événements simultanés: des læti, chassés par des hordes ennemies des terres que l'empire leur avoit accordés, y avoient été rétablis; des Francs s'étaient soumis à l'empire et avoient reçu des terres à cultiver⁷. Ich halte es für unbedenklich, das Verhältniss so zu stellen, dass diese Franken eben die feindlichen Horden waren, denen jene Läten vorher weichen mussten . . . damit erscheint dann der Gegensatz zwischen beiden Kaisern ebenso deutlich, wie ihre Aehnlichkeit. Für die Läten wird ein schon früher bestehendes Verhältniss nur erneuert, Constantius bezwingt, so viel wir sehen, bisher ungebändigte Barbaren. Das Gemeinsame ist der Sieg und die daraus erwachsende Agricultur . . . eine dritte Uebersetzung „der fränkische Läte“ bleibt von diesem Vorwurfe [quod excoluerunt scribere debuisset Eumenius] ebenso unberührt wie die Zumptische.⁴. Lætum de quo Eumenius loquitur, Francum fuisse, quod facile concesserim, ipse tamen non dixit.

⁴⁸) Aperto errore Gothofr. l. c. „Lætorum vox adiective accipienda est, pro gaudio delibutis“. scilicet Valesio (l. c.) recte interpretanti male voluit, ut saepe alias.

tervis expeditorum praecepit et cum lætis itidem Gomoarium venturis in Succorum angustias [in *Haemo monte*] opponendum“.

V. Zosimus Hist. II. 54. ad a. 353.:

„Μαγνέντιος γένος μὲν Ἑλλων ἀπὸ βαρβάρων, μετοικήσας δὲ εἰς Λετούς, ἔθνος Γαλατικόν, παιδείας τε τῆς Λατίνων μετασχών...“⁴⁹

VI. Idem IV. 12. ad a. 369. nomine γεωργῶν non colonos proprie sic dictos, sed lætos, ut mihi etiam num videtur, designat:

„... Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τοὺς Γερμανοὺς εὖ διαθέμενος ψήθη δεῖν καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας τῶν Κελτικῶν ἔθνῶν ποιήσασθαι πρόνοιαν. νεολαίαν οὖν ὄντι πλείστην ἀθροίσας ἐκ τε τῶν προσοικούντων τῷ Ῥήνῳ βαρβάρων καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίου ἔθνεσι γεωργῶν τοῖς στρατιωτικοῖς ἐγκαταλέξας τάγμασιν οὕτως αὐτοὺς ἐξήσκησε τὰ πολέμια ὥστε φόβῳ τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν στρατιωτῶν μελέτης καὶ πείρας ἐννεά τοὺς πάντας ἐνιαυτοὺς μῆδενα τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥήνον ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίου πόλεσιν ἐνοχλήσαι“.

VII. Iornandes de rebus Geticis c. 36.:

„A parte vero Romanorum tanta Patricii Aetii providentia fuit, ... ut undique bellatoribus congregatis adversus ferocem et infinitam multitudinem [*Attilae exercitum*] non impar incurreret. his enim adfuere auxiliares Franci, Sarmatae, Armoritiani, Litiani [*al. Liticiani, al. Liti-giani*], Burgundiones, Saxones, Riparioli, Ibriones, quondam milites Romani, tunc vero iam in numero auxiliariorum exquisiti, aliaeque non nullae Celticae vel Germanicae nationes. Convenitur itaque in campos Catalaunicos...“

Ex imperialibus constitutionibus tres imprimis ad hanc quaestionem faciunt:

VIII. a. 369. data L. 10. Th. C. de veteranis VII. 20. supra p. 984*. exhibita.

IX. L. 9. [nunc L. 10.] Th. C. de censitoribus XIII. 11.:

IN PP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PP. P. Quoniam ex multis

⁴⁹) Iuliani Caes. or. I. in laud. Constantii p. 34. „... ἀνδράποδον.. ἦν τῶν ἐκείνου [Constantii] προγόνων, τῆς ἀπὸ Γερμανῶν λείας λείψανον δυστυχὲς περισωζόμενον“. S. Aur. Vict. de Caess. 41. „...Magnentii, utpote gentis barbarae“, eiusdemq. epit. 42. „ortus parentibus barbaris qui Galliam inhabitabant.. barbaro patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus“.

gentibus sequentes Romanam felicitatem se ad nostrum imperium contulerunt, quibus terrae laticae administrandae sunt, nullus ex his agris aliquid nisi ex nostra annotatione mereatur. et quoniam aliquanti aut amplius quam meruerant, occuparunt aut colludio Principalium vel Defensorum vel subrepticis rescriptis maiorem quam ratio poscebat, terrarum modum sunt consecuti, inspector idoneus dirigatur, qui ea revocet quae aut male sunt tradita aut improbe ab aliquibus occupata. DAT. NON. APRIL. MEDIOLANO. THEODORO V. C. COS. [a. p. Chr. 399.]

X. L. 12. pr. Th. C. de veteranis VII. 20., ibidem dat. III kal. Febr. insequentis anni:

IIDEM AA. STILICONI MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. Plerique testimonialibus fraude quaesitis fiunt veterani qui milites non fuerint, non nulli inter exordia militiae in ipso aetatis flore discedunt. Quisquis igitur Lætus⁵⁰, Alamannus⁵¹, Sarmata, vagus⁵² vel filius veterani aut

⁵⁰) Edd. *luctus*, Gothofr. emend. *Lætus*, quod non nulli mss. habent.

⁵¹) *luctus Alamannus*, sine incisione exhibent Beck. et Haenel., atque a Gothofr. ad h. l. inter tres eorum species qui delectibus militiaeve originis iure obstricti essent, Læti Alamanni et Sarmatae vagi enumerantur, quod quamvis a recentioribus quoque quibusdam comprobari sciam, tamen a vero constitutionis sensu aberrare censeo: tres hominum militiae obnoxiorum species, Læti, Alamanni, Sarmatae, atque tres modi quibus militiae se subtraherent, vagatio [cf. L. 10. Th. C. de desertorib. VII. 18.], si quis filius veterani [cf. Th. C. VII. 22. passim] vel si testimoniali impetrato [cf. Th. C. VII. 21. passim] tutus a militia diceretur, ab imperatoribus recensentur. Ita idem Gothofr. erravit, cum ad L. 9. Th. C. de censitorib. annotaret, legem 12. Th. C. de erog. milit. annon. VII. 4. Stiliconi inscriptam et in ea Lætorum Alamannorum diserte mentionem factam esse: voluit non L. 12. cit. nec procul dubio L. 18. ibid. Stiliconi aliisque inscriptam, sed L. 10. Th. C. de desertorib. VII. 18., ubi ipse ad vv. *vagos et eos quos militiae origo consignat* adscripsit „Lætos Alamannos, Lætos Sarmatas“. Aliter hanc constitutionem explicari voluit Zumpt. p. 63. neque vero haec lex, neque ullus alius quem sciam locus Lætorum Alamannorum in provinciis Rom. consistentium diserte mentionem fecit, sed auxiliarium tantum; Lætos autem Sarmatas omnino non exstitisse exploratum habeo. Reinesius ex v. *luctus* facere voluit *Lugius*. Lugi gens Suevorum. Haenel. dedit: „*luctus Alamannus, Sarmata, vagus vel filius veterani, aut.*“

⁵²) Adiectivum nomen *vagus* ad tria praecedentia nomina pariter pertinere ex superiore annot. apparet; itaque mi-

cuius libet corporis delectui ⁵³ obnoxius et florentissimus ⁵⁴ legionibus inserendus testimonialem ex protectoribus vel cuius libet dignitatis ⁵⁵ obtinuit, vel eas quae nonnunquam Comitum auctoritate praestantur, ne delitescat, tirociniis castrensibus imbuatur.

Locos veterum scriptorum quibus de receptione barbarorum in regiones Romani imperio subiectas, ut tum agros colerent, tum copias exercitus Rom. auferent, relatum est, et alii et nuper etiam Zumptius p. 12. sqq. collegerunt. videamus itaque quid de Lætorum origine ac condicione ex fontibus historiae Rom. statuendum sit. Et Læti quidem omnes ab initio barbari fuerunt cum suo Germanico nomine a Romanis recepti; idem barbarorum nomen, quod Graeci etiam Romanis dare consueverant, ab his gentilibus quoque vel ante quam recentior haec gentilium appellatio ad designandas sive a Romanis devictas exteris gentes, sive certa militum genera, quorum alii scholis continebantur, alii multo peioris condicionis sub praefectis erant, in usu esse coepisset, iam olim inuri solitum fuisse pueri norunt. sed ut in hac Notitia Lætorum, ita et Gentilium vocabulum speciale est, non omnibus passim barbaris olim attributum, sed proprium quendam statum condicionemve indicabat. Quod Gothofredus utroque nomine, Lætorum et Gentilium fere promiscuo usus est, quod etiam nunc a plerisque fieri solet ⁵⁶, in eum errorem incidit

nus recte Beckius dedit *luctus Alamannus*, *Sarmata vagus*, in quem eundem errorem etiam Gothofredum incidisse paullo ante vidimus. Pro *vagus* fortasse quis malit *suevus*, sed qui recte interpretantur constitutionem, nihil mutandum esse intellegunt. *Vagus* h. quoque l. est militiae nondum susceptae obnoxius, qui desertis fundis suis, in alienis delitescit aut oberrat; qui susceptam militiam effugiunt, desertores sunt.

⁵³) *dilectus* Cod. et Gothofr. qui *dilectibus* propos., Reines. *delectus*. Beck. et Haen. *delectui*. ⁵⁴) Gothofr. voluit *florentissimis*. ⁵⁵) Vid. Th. C. de testimonialibus ex tribunis et protectoribus VII. 21. et LL. 5. 8. Th. C. de veteranis VII. 20. c. Gothofr. comm. ⁵⁶) Recentiores hunc errorem cum quadam voluptate profitentur: ita e. gr. Gauppianus (*Die german. Ansiedl.* 1844. 8^o. p. 109. sq.) postquam *lætos ληΐτους, δημοστούς*, gentiles, paganos (*Heidnische*) perperam interpretatus est, affirmat „*dass in der Noti-*

maxime propterea quod inter verba *Lætorum Gentilium* p.121*. γγ.1.sq. 17.sq. 22.sq. aliquid excidisse nemo animadvertit, sed etiam quod Lætorum Sarmatarum, quales non solum non memorari, sed nunquam exstitisse supra monuimus, cit. L.12. Th. C. de veteranis mentionem fieri opinatus est; tum quod recte quidem Lætos ex gentilibus, i. e. barbaris populis, oriri observavit, neque vero speciem a genere satis caute distinguit. Veteres Sarmatas quoque similem Germanici quendam medium inter liberos servosque statum habuisse, ut incomperatum habemus, ita nec veri quidem simile videtur⁵⁷. quos vero Notitia Lætos recenset, ii omnes Germanicorum populorum sunt, idemque quod a Zosimo ἔθνος Γαλατικόν appellari, Iulianum imp. τῆς ἀπὸ Γερμανῶν λείας appellatione exprimere supra vidimus. Vel ut olim hic Notitiae de Lætis Gentilibusque locus legebatur, corruptus et mancus, si satis eum per-

tia dignn. die Ausdrücke læti und gentiles geradezu abwechselnd für dasselbe Verhältniss gebraucht zu sein scheinen“. Stupendus sane hic error est: nihil enim evidentius significari potest quam haec Notitia lætos gentilesque discriminandos esse significavit. id vero si voluisset Gauppianus, quod verum est, eiusdem fere iuris condicionisque Gentiles atque Lætos fuisse, aliis verbis uti debebat. Et W. Schaeffnerus *Gesch. der Rechtsverf. Frankreichs*. I. Ff. ad M.1845. 8^o. p. 21. „*Inbesondere lebten die colonisirten germanischen Krieger unter ihren eigenen Anführern, welche die Römer reges oder reguli nannten, nach ihrem eigenen Rechte, bloss durch das Militärband mit dem röm. Reiche verbunden. Sie wurden, weil sie zu diesem in ein Hörigkeitsverhältniss traten, mit einem nach ihrer eigenen Sprache romanisirten Worte læti (Leute) genannt, ihre Besitzungen terrae læticae. Die lateinische Uebersetzung hiess gentiles; zuweilen werden auch beide identische Wörter verbunden, wie denn ein praefectus lætorum gentilium Suevorum vorkommt*“. Sane miro modo paucis versiculis et gravissimos pro argumenti pondere, et bene multos errores congescit auctor.

⁵⁷) Nam qui apud Polonos *cmstones* sive *kmieci* memorantur (Röpoll *Gesch. Polens* I. p. 89. sqq.), neque ad quartum post Chr. n. saeculum pertinent, neque in Gentilium praefecturis, Notitia recensitis recognosci poterunt. Cf. quae infra de Gentilibus disputabuntur.

pendisset Gothofredus, Lætos a Gentilibus diversos fuisse conspexisset, e. gr. e §§. 27. sqq. huius pag. et ex collocatione Praefectarum Gentilium post Lætorum catalogum. Neque Gothofredo, quod Lætos in Italiam quoque traductos esse scripsit, non obloqui nequeo: Alamannos quidem in Italiam a Theodosio missos postea tributarios Padum circumcoluisse Ammianus ⁵⁸ testis est; sed non Lætorum, quamvis scriptori bene noto, sed captorum vocabulo in hac enarratione utitur, ut appareat eum de colonis tributariis loqui ⁵⁹; Zosimus autem, ubi de illa Germanorum traductione loquitur (vide supra n. VI.), auxilio barbarorum a Valentiniano imp. numeris militaribus adscriptorum subiecta Romanis oppida per totos IX annos a vexationibus Transrhenanorum libera fuisse refert. Neque Ausonius cum in gratiarum actione a. 379. habita ad Gratiani victoriam de Lentiensibus Alamannis a. 377. reportatam et ab Ammiano XXXI. 10. celebratam respiciens „vocarem“ exclamat „Alamannicum traductione captorum“, Alamannos in Lætorum condicionem receptos, ne dicam in Italiam missos, indicat ⁶⁰. Quae vero de barbaris in Italiam quoque a Marco Aurelio traductis enarrant Dio Cass. LXXI. 11. 19. et Capitol. in illius vita c. 22., id non ad Lætos referendum esse, neque ad Alamannos pertinere sponte apparet ⁶¹.

⁵⁸) XXVIII. 5, 15. ad a. 370. „.. Alamannos gentis ante dictae [Burgundiorum] metu dispersos adgressus per Raetias Theodosius, ea tempestate magister equitum, pluribus caesis, quoscumque cepit, ad Italiam iussu principis misit, ubi fertilibus pagis acceptis iam tributarii circumcolunt Padum“. Cf. etiam XIX. 11, 6. et XVII. 3, 3.

⁵⁹) Nobiscum facit etiam Zumpt. p. 31.

⁶⁰) Nihilominus novum consulem verbis „vocarem Germanicum deditione gentilium“ et „vincendo et ignoscendo Sarmaticum“ Lætorum Germanicorum Gentiliumque Sarmatarum mentionem iniecisisse putaverim. Contra Zumptius l. c. colonos tributarios omnes factos esse interpretatur.

⁶¹) Quod nuperrime de Alamannis etiam in sinistra Rheni ripa læticas terras colentibus verba fecit I. Merkelius de re p. Alamannor. Berol. 1849. 8^o. p. 5., non unicus sequentis loci ex eo libro desumpti error est: „qui adversi belli pace a Ro-

Equidem in Italia Lætos fuisse nullos non dico, sed de Lætis in Italiam traductis receptisve apud veteres auctores verba fieri nego: Notitia de Sarmatis Gentilibus etiam per Italiae fines constitutis multa refert, sed Lætos non nisi Gallicis provinciis adscribit, et concinunt Eumenii, Iuliani, Zosimi et Iornandis supra transcripti loci. Sane eo quod Læti, ut Iulianus expressit, cis Rhenum, i. e. in Galliis, edita barbarorum progenies fuerunt atque, ut mihi quidem videtur, non nisi in Galliis habebantur, Zosimus ac Iornandes in errorem saepius a recentioribus repetitum inciderunt, ut Lætos Gallicum populum fuisse opinarentur. Lætos non omnes gentis suae nomine, sed etiam a regionibus quas incolebant, appellatos fuisse, quae Gothofredi quoque sententia fuit, ex ipsa Notitia probari posse videtur: ad priorem appellationem Lætorum non tam Teutonicianorum, quorum vocabulum singularem interpretationem quam suo loco proponemus, desiderare videtur, quam Francorum et Batavorum vocabula rettulerim⁶², de posterioris appellationis genere interpretes eorum qui ex ipsis Galliarum provinciis oriundi erant, i. e. Lingonensium, Actorum [i. e. Aduorum?], Nerviorum, Nemetacensium, Contraginnensium Lagensiumque nomina⁶³: neque aliter coniun-

manis petita aut voluntaria defectione ab ipsa gente adeo alieni facti sunt, ut solo illis tantum relicto hostes omnia eorum possiderent, et frumenta et pecora et ipsa arma ac iuventutem, ignaviae („lata“) ignominia notati, nec amplius, inanis mox Romanorum patrocinii expertes, in civitatem integro capitis sui, fortasse ne bonorum quidem iure recepti sunt. Et haec apud Alamannos letorum origo mihi videtur fuisse. nam qui postea tali nomine distinguuntur, iam civium numero („barones de mino flidis“) habentur, et quarti post Chr. n. saeculi fine quidquid trans Rhenum Romanae ditionis fuerat, et provinciales Romani et Alamanni læticas terras colentes, eodem proculdubio uterque futurus civili iure praeditus, sub barbarorum potestate redacti sunt⁶⁴.

⁶²) Lætos *Suecos*, si recte p. 120^o. numeros 3. et 12. exhibuimus, Notitia non memorat. Lætorum vero *Alamannorum* et *Sarmatarum* *φαντάσματα* paullo ante delere conati sumus. ⁶³) Contrariam sen-

clio Batavorum nominis cum nominibus Nemetacensium et Contraginnensium earumque civitatum quarum vocabula p.120*. §§.1.17. et 22. exciderunt, explicandam esse puto⁶⁴: quod de no-

tentiam, hoc est Lætos omnes solum modo gentis suae nomen gessisse, nullos a sedibus suis appellatos fuisse, amplexus est I. I. Raepsaet (*Analyse hist. et crit. des Belges. Gand. 1824. I. p. 75. sive Oeuvres compl. Gand. 1838. 8°. III. p. 96.*), cuius argumentum per se satis debile debilitatur etiam eo quod discrimen inter Lætos Gentilesque omnino neglexit: sunt autem verba eius haec: „n'allons pas croire que le nom de Batavi, Nervii, et c. était donné à ces Læti, parce que leur colonie était stationnée chez les Bataves, les Nerviens, et c., non: ce nom était ajouté pour indiquer la nation des hommes, dont chaque colonie des Læti Batavi et Suevi [?] dans la Lyonnaise seconde, celles des Sarmates [?] à Poitou, à Cher [?], près de Paris, et c., et celle de Langres établie dans divers endroits de la première et seconde Belgique, per diversa dispersorum. Ces Læti de peuples Belges et Gaulois n'étaient plus au V. siècle, époque de cette Notitia, réputés barbares, par les Romains; car il y avait déjà trois [?] siècles, qu'ils avaient été civitate donati: il faut donc nécessairement [?] que ce fussent des Belges et Gaulois, qui à raison de leurs insurrections continuelles contre les Romains, ou pour d'autres méfaits, avaient été réduits à la condition de Læti comme en agissaient les Romains envers les soldats Romains“.

⁶⁴) Aliam quidem explicationem, sed quam iustam esse veterumve scriptorum auctoritate comprobari negaverim, dedit Sybelius p. 40. sq., cui sec. Leonis opinionem Lætorum vocabulum Celticum est, „die celtische Benennung für jeden Angesiedelten“. „Ein Theil Bataviens“ (sic ille scriptor ista coniuncta nomina explicanda esse ratus est) „war schon unter Carausius in fränkische Hände gefallen, nach der Herstellung unter Maximin erneuerte sich der Hergang, und Julian fand 359. die Saker im Besitze des Gebietes. Nun liegt die Vermuthung nahe, die dort Verdrängten seien römischerseits bei Chauny und Arras untergebracht worden, und haben, als sie später als lätische Cohorten [nusquam Cohortium Lætorum mentio facta est et aperte tribunatus cohortium a praefectura sive praepositura lætorum separatur L. 10. Th. C. de veteran.] die Garnisonen Arras und Noyon erhielten, zur Unterscheidung von ihren Stammgenossen den Namen der neueren Heimath fortgeführt. Ein Beweis, dass die Cantone der Läten von Noyon bei Chauny fortbestanden

minibus in *ensium* exeuntibus vel grammaticae leges probant; sed neque de Nerviiis, Batavis et Aeduis aliud statuam, cum Lætos Romanos in sua ipsorum patria resedissee certe dissimillimum veri videri debeat. Liberos lætorum læticam condicionem secutos esse constat, et aperte exprimitur Iuliani imp. verbis „cis Rhenum editam barbarorum progeniem“ [num. III.] et „τῆς ἀπὸ Γερμανῶν λείας λείψανον“ [not. 49.]; nam non ipse Magnentius, sed parentes maioresve eius in Galliam venerant, ut Victoris epitome [cit. not. 49.] refert. ceterum hereditariam lætorum condicionem fuisse, etiam colonorum tributariorum militiae obnoxiorum, quos originario iure teneri cautum fuerat, analogia comprobatur. Itaque secundum iuris Rom. praecepta qui ex alterutro parente læto procreatus fuerat, lætus ipse fiebat, modo neuter parentum servitutem serviret⁶⁵. Plerorumque fere omnium scriptorum opinio

hätten, ist also auch von dieser Seite her nicht zu gewinnen. Hiernach sehe ich nun ferner keine Veranlassung, die Læti Aedui, Nervii und Lagenses für deutsche Colonen im Lande der Aeduer et c. oder sie überhaupt für etwas anderes zu halten, als eben für einheimische Gallier, aus denen nach irgend einem Motiv lätische Abtheilungen für die Garnisonen Yvois, Famars und Tongern gebildet worden seien. Nirgend liegt eine bestimmte Aussage vor, dass man immer nur Barbaren für diess Zwecke benutzt habe, so sicher es auch aus Ammian und der L. 10. Th. C. XIII. 11. feststeht, dass das Institut von solchen ausgegangen und der Regel nach durch solche erweitert worden ist. Zu deutschen Læzen wären freilich die Bewohner von Langres und Luaise nicht zu machen gewesen, aber celtische 'Ansiedler' konnten aus ihnen ebensowohl wie aus den deutschen Nachbarstämmen ausgehoben werden“. Ita sibi ad suam arbitrium unum quemque res fingere licet, neque equidem eos qui Celticae virginis magicae, at quotiens temptatae, artibus decantati sunt, liberare potero. Id unum h. l. annotabo, mihi sine fictionibus ex rebus Celticis petitis id quod ab Ammiano imperatoribusque confirmari dixit ipse Sybelius atque ab eodem agnitam regulam ad probandam supra propositam sententiam sufficere.

⁶⁵) Ulp. V. 8. et L. 24. D. de statu hom. l. 5. Gai. l. 78. 67. Cf. Koldorup-Rosenvinge §. 14. not. b.

est, Lætos non nisi sponte sua in Romanas provincias venisse⁶⁶. sed fuisse etiam qui devicti sive volentes sive nolentes 'ad nostra' transferebantur, non obscure non nulli loci confirmant⁶⁷, quamvis a lætis dediticii distinguendi sint, ut aperte distinxit Iulianus imp., ubi se praebiturum praeter gentiles ex scholis palatinis (quos recentiores adhuc cum gentilibus Sarmatis confundere soliti sunt, de quo errore accuratius infra dicendum erit) tum Lætos ex barbaris iam olim in Gallias translatis procreatos, tum dediticios barbaros qui nuper sub dicionem Rom. venissent, sive ii domi liberi sive servi fuerint, expressit. Veteris iuris Rom. rationem iis temporibus, quibus lætica condicio recipi coepit, haec ipsa, sed apertius colonatus, qualis post bellum Marcomannicum factus est, abolevisse demonstrant, cum secundum illius praecepta quemcunque statum domi habuerint, capti hostes omnes eiusdem condicionis facti sunt, hoc est servi, quamvis capti hostium reges ducesque pro sua quisque dignitate aliam sortem atque vulgus devictorum nacti sint⁶⁸. Post lætos dediticii

⁶⁶) Hanc Gothofredi et Grimmii opinionem denuo profert Zumpt. p. 61. ⁶⁷) Praeter supra exhibitos locos Eumenii (n. I.), qui lætos quidem postliminio restitutos dicit, sed si rhetoris verba historice interpretamur, coactos fuisse non negat, et Zosimi (n. VI.) refero ad L. 16. Th. C. de desertorib. VII. 13. a. 406. datam, qua servos bellicis sese audoribus offerre exhortantur imperatores, „praecipue sane eorum servos, quos militia armata detentat, foederatorum nihilo minus et dediticiorum, quoniam ipsos quoque una cum dominis constat bella tractare“. Et Iustinianus etiam L. 2. §. 8. C. de off. Pf. P. Afr. I. 27. milites limitaneos constitui vult, „qui possint et castra et civitatis limites defendere et terras colere, et ut alii provinciales videntes eos per partes ad illa loca se conferant.“ (Tria hominum genera enumerantur: 1) quos mil. arm. det., [quos ego lætos puto] 2) foederatos [quos Zumpt. lætos putat], 3) dediticios.) Eadem utilitatis causa, propter quam limitaneos milites allicerent et, ubi fieri potuit, etiam in numeros cogerent, in Lætos quoque cadebat, quos scilicet ad Romanam felicitatem sequendam coactos fuisse nemo certe Romanos scriptores, ne dicam imperatores ipsos, diserte fateri expectabit. ⁶⁸) Ut de Severo Alex. Lampridius 58. „Captivos diversarum nationum amicis do-

memorantur, ut pote quorum condicio peior fuit quam illorum, qui non ex deditioe, sed ex foedere suam originem habebant; neque vero lætos foederatos ipsos dicendos esse⁶⁹ antea monuimus: ipsorum provincialium Romanorum partes eos factos esse non est quod dubitemus, sive populi sui nomen retinerent, sive eius civitatis, in cuius territorio sedebant, vocabulum acciperent. possimus de Lætis iis verbis uti quibus Sidon. Apollin. epist. V. 19. de homine originali inquilinatu solvendo usus est, eos „plebeciam potius habere personam quam colonariam“ coepisse, ut quasi in medio inter „limitaneorum militum ac foederatarum gentium“⁷⁰ condicionem stetissent. Connubia inter lætos civesque Romanos certe infrequentia, tamen non magis vetita fuisse, quam inter hos et ceteros provinciales, nemo puto negasset, nisi, maxime propter neglectam inter Gentiles et Lætos differentiam, legem un. Th. C. de nuptiis gentilium III. 14., cui explicandae infra, ubi de Gentilibus dicemus, operam dabimus, festinantius et ad lætos traxissent⁷¹. neque prorsus negaverim *Litugnae*

navit, si aetas puerilis aut iuvenilis permisit; si qui tamen regii aut nobiliores fuerint, eos militiae, non tamen magnae, deputavit“

⁶⁹) Quod voluit Zumpt, p. 60. „Es ist nur denkbar, dass sie foederati waren; denn wären sie völlig in das Recht römischer Bürger übergegangen, so würden sie nicht stets als abgesonderetes Corps und als Fremdlinge (barbari) bezeichnet werden.“⁷⁰) Vid. Nov. Theod. not. 77. cit. §. 3.

⁷¹) Neque sententiam supra de lætorum in provincias Romanas receptorum aut ibi natorum sive alias creatorum connubio ideo derelinquenda esse videtur, quod apud ipsos Germanicos populos inter ingenuos letosque connubium non fuit. Ita e. gr. Waitz l. c. p. 106. „eheliche Verbindung“ inquit, „zwischen Freien und Leten war fast nicht minder als die zwischen Freien und Sklaven verpönt.... Wagte ein Letus eine freie Frau zu rauben, so büßte er mit dem Leben (13, 7); die Verbindung der Freien mit einem Manne solchen niederen Standes scheint auch Verlust der Freiheit mit sich geführt zu haben (13, 8); dagegen wird die Ehe des Freien mit der Leta im älteren Texte nicht erwähnt, in einem späteren nur mit einer Busse belegt, wenn es eine Fremde ist (13, 10)“.

et *Litugeni* nomina, aliquotiens in inscriptionibus lecta ⁷², Læto genitis ab initio imposita fuisse, ut longe ante annotaveram, ante quam Wilthemio ⁷³ eam sententiam certam visam esse comperire potui. Postquam vidimus Lætos factos esse tum ad hanc sortem in Rom. imperium receptos Germanos [„ex multis gentibus“ supra num. IX.], sive sponte ii sive temporum bellorumque necessitatibus coacti iniquum foedus iniissent, tum ipsorum lætorum progeniem, id quoque repetendum est, procul dubio etiam provinciales vel ipsos cives Rom. læticae limitanaeque militiae assignari potuisse, ut Salvianus de gub. dei V. 8. vividis coloribus necessitates depinxit, quibus ingenui cives cogèrentur perditio ingenuae incolumitatis statu vel coloni divitum fieri, utque olim etiam in colonias modo praemii modo poenae causa, modo ad provinciales coercendos cohibendosque deducebantur: nam quibus imperatorum annotatione læticae terrae administrandae concessae erant, armatae simul militiae obnoxios factos esse, nulla ratio dubitare palitur. de eo vero, utrum praefecturis lætorum ex provincialibus civibusve Romanis novi commilitones adici, an suo iure viventes læti aliarum gentium homines non admittere potuerint, nihil nobis constat ⁷⁴. Neque quo modo læti a Ro-

⁷²) Grut. 705, 1. 766, 5. 838, 11. in lapp. Stiriensib. e Lazio repetitis LITVGENAE. 995, 5. lap. Narbonens. e quo apparet etiam 811, 2. pro LITVONAE legendum esse LITVGENAE. 732, 7. lapis Luciliburg. in hortis Mansfeld. repertus, sic ap. Wilth. editus: D. M | LITVGENIO. s|ÆCVNDINO. AVO | VIVO. F. NOCTVRNAE | AVIAE. DEF. F. ANAV|ONI. AVIAE. DEF. F. A.

⁷³) Luciliburgensia ... ill. a P. Alex. Wilthemio ... a M. D. Aug. Neyen nunc primum ... ed. Luxemb. 1842. 4^o.

⁷⁴) Zumptius p. 61. hoc non ad dubitandum esse putavit: „Die Læti bildeten, da sie nicht zum Reiche gehörten [?], eigene, in sich abgeschlossene Gemeinschaften, und lebten auch gewiss [?] nach eigenen Gesetzen; daher [?] ihre nur beiläufige Erwähnung in unsern Rechtsquellen. Indessen, da sie im röm. Reiche lebten, mussten sie doch sowohl mit der Regierung, als mit Privatleuten in mannigfache Berührung treten, und um diese Verhältnisse zu leiten [?], hatten sie einen Praepositus oder Praefectus.“ Sybelius autem, cum

manis habiti sint, compertum habemus: locum Eumenii ⁷⁵, quo Lætorum condicionem illustrari posse olim opinatus sum, non nisi ad colonos spectare iam persuasum habeo; nihilo minus ex analogia coniectaverim Lætis factis barbaris pro dominis quos domi liberos Germanos habuerant, Gallicos Romanosve praepositos esse quibus operas obsequiaque praestarent, quique vice veri patroni sive domini, i. e. principis, singulos numeros regerent (ea enim eo tempore iuris publici condicio fuit, ut non rei p. populi Rom., sed principis A. summa maiestas esset); neque a veri specie abhorreere, sed multis militarium rectorum barbaris nominibus passim obviis comprobari videtur, interdum ipsos genere praestantiores Germanos etiam praefectos Lætorum popularium suorum factos esse; rerum vero gestarum naturae contra diceret, si quis in univsum Lætos apud Romanos ex transfugis Germanis sparsim dominos deserentibus fieri potuisse opinaretur. Obsequiis teri atque tergo coerceri, quod de colonis dediticiis Eumenius rettulit, etiam læticae sortis commune fuisse vel ideo contenderim, quod deteriori militiae lætica ubique adnumerata legitur. Ita illud Taciti, liberos non multum supra servos esse, et quod paullo ante dixit „verberare servum ac vinculis et opere coercere rarum“, etiam de Lætis in Galliis verum esse videtur. Certe læticarum terrarum, quas non nulli non sine omni veritatis detrimento cum feudis compararunt, Læti non domini, sed possessores tantum et γεωργοὶ fiebant; administrandae colendaeque iis concedebantur [num. VI. IX.]; sed aliis eos arasse sevisseque, i. e. tributarios fuisse, ut de colonis constat, nunc nego potiusque fructus et reditus posses-

„ex multis gentibus“ Læti imperio Rom. subditi fuissent, „wie wäre da“ inquit „die Bildung exentler Genossenschaften denkbar?“ quasi fieri non potuisset, ut singulae praefecturae non nisi ex eiusdem gentis hominibus constarent. ita Notitia unam praefecturam Lætorum Teutonicianorum, aliam Francorum, alias Batavorum et sic deinceps recenset.

⁷⁵) Panegy. citt. capp. 8. sq.

sionum suarum sibi, unde se suosque alerent, acquisivisse affirmem, quod in limitaneis militibus aperte post Severum Alexandrum observatum est ⁷⁶. atque ut horum „agros cum paludibus omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueverant“, „sine ullo prorsus collationis onere“ voluerunt assignari imperatores ⁷⁷, ita idem iuris etiam Lætis competisse cum Sybelio ⁷⁸ statuendum esse mihi videtur. Lætis autem eas terras relinquere inve alienis fundis delitescere minime liberum fuisse, sed glebae adscriptam vitam, nisi ubi bellorum necessitate avocarentur, eos egisse, constitutio supra repetita [num. X.] contra Zumptii ⁷⁹ coniecturam aperte docet ⁸⁰. itaque de Lætis Romanorum neque

⁷⁶) Cf. quae nota 67. dicta sunt cum Lamprid. in Alex. Sev. 58. „Sola quae de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donavit, ut eorum ita essent si heredes illorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. Addidit sane his et animalia et servos, ut possent colere quod acceperant, ne per inopiam hominum vel per senectutem possidentium desererentur rura vicina barbariae, quod turpissimum ille ducebat“. Vid. etiam Vopisc. Prob. 14...16. ⁷⁷) Nov. Theodos. II. tit. 24. de ambitu et locis limitaneis inibi redhibendis, (al. XXX. Haenel. p. 102. sqq., Ius civ. anteiust. Berol. p. 1273. sqq.) ex cuius §. 4. desumpta est L. 3. Iust. C. de fundis limitroph. XI. 59 (60). ⁷⁸) p. 44. ⁷⁹) p. 61. „Nur eine Beschränkung im Besitze des Landes, das sie bebauten, war möglich und natürlich: dass man ihnen Ländereien nur unter der Bedingung und nur für die Zeit gab, wo sie ihre Dienste erfüllten“. Quod his contrarium supra diximus, confirmatur etiam Honorii et Theodosii L. 2. Th. C. de terris limitaneis VII. 15. (= L. 2. Iust. C. de fundis limitroph. XI. 59 [60].) Asclepiodoto Pf. P. a 423. data: „Quicumque castellorum loca quocunque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab his tantum fas est possideri castellorum territoria quibus adscripta sunt et de quibus iudicavit antiquitas. quodsi ulterius vel privatae condicionis quispiam in his locis, vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum bonorum publicatione plectatur“. ⁸⁰) Quod duo Lætorum genera, alterum militare, alterum rusticanum, quorum illud cum praefectis suis sub dispositione Magistri mil. praes. a parte pe-

cogitari potest, eos alios Lætos sibi subditos habere potuisse, vel sese a dominis redimere potuisse, quod de litis secundum L. Fris. IX. 1. 2. nullum dubium habet: imperiali annotatione læticae terrae administrandae dabantur et omnis Lætus originarius miles erat. sed „servulos familiasve ad agrum“ ductos immunes possidere iis pariter ac veteranis (L. 8. i. f. Th. C. de veteranis VII. 20.) licuisse puto. Militiae eosdem origo assignabat [vid. num. VIII.], sed inter legiones, ne de equestri militia dicam, recipi consuevisse, quod Gothofredus aliique opinati sunt ⁸¹, negandum esse ex hac ipsa Notitia colligimus, quae comprobatur L. 12. Th. C. de veteranis [n. X.]. praeterea Iornandes non excogitavit, sed ex purioribus fontibus hausit, Litanos s. Liticianos aliosque quos nominat barbaros, „quondam milites Romanos, tunc in numero Auxiliarium exquisitos fuisse“. Alia itaque potiorque Bucellariorum condicio exeunte IV. saeculo fuit, quippe quos inter vexillationes comitatenses repperimus Not. Or. p. 26. y. ult., ut ad a. 397. ap. Zosim. V. 13. Tribigildum ab imperatore non Romanis sed barbaris Alis in Phrygia collocatis praefectum legimus. Probe quidem scio, innumeras eo tempore barbarorum copias etiam inter legiones ipsamque equestrem militiam receptas fuisse, quod vel haec ipsa Notitia permultis locis ostendit; verum de Lætis inter legiones receptis nullum testimonium indiciumve idoneum novi: itaque neque ex Ammiani loco [num. IV.], ubi post lanciarios mattiarosque qui ex palatinis legionibus erant,

ditum hoc sub dispositione Pf. P. Galliarum fuisset, non nullarum constitutionum inscriptionibus indicari olim putavi, in eo egregie falsus sum, quod Sybelius p. 38. quidem vidit, sed veram inscriptionum diversitatis rationem, ex qua L. 10. Th. C. de veteran. et L. 9 [10]. Th. C. de censitorib. ad Praefectum praetorio, L. 12. Th. C. de veteran. ad Magistrum militiae datae sunt, non edidit, quae simpliciter in eo posita est, quod illae leges de rebus civilibus, i. e. de privilegiis ac de fundorum possidendorum modo, haec autem de militaribus rebus, i. e. de militibus faciendis praecipiant. ⁸¹) Praeter Pancirolum nemo hominum propriae Lætorum et XXI Sarmatarum legiones novit.

lætorum mentio facta est, illud quod nego, efficias. lætum autem neque extraordinariis necessitatibus urgentibus inter legiones recipi potuisse nullum, nemo dixerit: non ita delicatos illo aevo Romanos fuisse quales vult Marcianus L. 11. D. de re militari XLIX. 16. („Ab omni militia servi prohibentur; alioquin capite puniuntur“), et paullo ante vidimus et supra quam satis est, docet L. 16. Th. C. de desertoribus [cf. not. 67.], ut non mirandum sit lætos inter auxiliares in campis Catalaunicis pugnasse. Quae de Lætorum moribus parum blanda Romanorum testimonia leguntur, eos ad tempestiva furta sollertes fuisse [num. II.], militiae se subtrahere, facile delitescere, terrarum læticarum nimium modum appetere atque occupare [numm. VIII...X.], ne Romani quidem ipsi magno vitio Germanis solo patrio extorribus vertisse videntur: furta praedationesque hodieque apud eos populos, cum quorum moribus mores Germanorum tum in Romanas provincias aut sese ingerentium aut accersitorum non inepte compares, Illycianos populos dico, non ita dedecori sunt: nam inculta libertas nemora furtaque amat, odit ignavas artes ac patiens obsequium. Christianae religioni Lætorum Romanis militantium copias sese addixisse, nihil facit ut sumamus. Eorundem condicionem historiamque per medii aevi tempora variasque orbis terrarum a Germanicis populis inhabitatas partes persequi, et virium mearum et huius commentarii fines egreditur, neque uberiores quam puriores fontes inexhaustos, immo magnam partem intactos, aliis praelibabo⁸². Paucis tantum priorum quos contuli, scriptorum de Lætis sententias opinionesve percenseamus. Pancirolo „Læti“, ut supra vidimus, „ex Lætis Galliae populis contracti in sua provincia merentes“ fuerunt; in quem errorem incidit etiam Ducangius

⁸²) Haec verba, iam dudum a me scripta, hodieque iusta sunt, quamvis interim non nulla ad hanc quaestionem pertinentia praestiterint Bluntschli *Staats- u. Rechtsgesch. v. Zürich* I. p. 42. sqq., Warnkönig supra not. 41. cit. p. 43. sqq., Gaupp *Die german. Ansiedl.* §. 25.

in Glossar. v. *Leti* s. *Læti*; neque Adelungius in glossariorum Ducangiani Carpenterianique exemplo ab ipso edito, quamvis ad Gothofredi commentarios lectores ableget veterumque scriptorum de lætis locos complures alleget, rectius rem explicavit; statim ab initio *Læti* populi septentrionales vocantur, qui cum Francis aliisque nationibus barbaris in Galliam et Germaniam irrupissent, ibique tandem imperatorum concessione consedissent, acceptis ad excolendum agris, ita ut delectibus et servitio militari obnoxii essent (idem Adelungius in *gramm. krit. Wörterb.* ed. II. v. *Lasse* vocabuli etymon incertum vocat, condicionem autem hominum, ut fere secundum ius Saxonicum ea fuit, describit). Rectius quidem Wachterus in Glossar. v. *Læti* eos milites barbaros a Romanis in solum vacuum receptos fuisse scripsit, sed quae de vocabuli *ἐρέμῳ* distinguendisque *Lætis* *Litis*que adiecit, ea nihili facienda esse supra demonstravimus. Haltausius pro suo instituto, ut fuit vir propositi tenax, solum Lassorum ex iure Germanico condicionem respexit, neque de *Lætis* sub Romanorum ditione constitutis verba facere voluit. Bischoffius et Möllerus⁸³, aliorum vestigia sive recta sive falsa premere soliti *Lætos* populum Galliae sub Romanorum tuitione degentem faciunt. In Forcelliniani lexici Germanico exemplari quae de ditione *Lætorum* proferuntur, ferri quidem possunt; sed quod adicitur, a laetitia animique alacritate eos cognominatos fuisse, id non solum veritati, sed ei quoque quod sequitur, et ipsi quidem non vero, contrarium est, nam haec addidit scriptor: „hinc apud Saxones *lassen*, apud Sicambros *lathen*, apud Frisios *liten* iidem dicti sunt a verbo Theutonico *lassen*, servare, qui servi apud Romanos“. Haec certe meliora non sunt quam

⁸³ *Wörterb. der ... Geogr. Goth.* 1829. 8. p. 676. „*Læti* (*Leti*), Amm. Marc. XIV.; *Volk in Gallien, unter röm. Schutze, vielleicht von den Alemannen abstammend, wenn nicht ein Missterstand aus freyen Deutschen e. röm. Knechtsvolk waeti [?] schußt*“. Certo error hoc lexici comma procreavit.

opinio eorum, merito ab editore atque ante eum a Gothofredo⁸⁴ reiecta, qui ex Hesychio⁸⁵ sive ex Plutarcho⁸⁶ demonstrari posse putant, *læta* i. q. *agri publici* esse, ut post alios bonus Schellerus olim voluit, et nuper etiam ab Hüllmanno⁸⁷, litos cum leudibus ac *λήτοις* confundente, deceptus Gaupp⁸⁸ lætorum s. letorum vocabulum non Germanicum sed Graecum esse affirmavit⁸⁹. Graffius⁹⁰ litos s. lazzos eosdem ac Notitiae lælos s. letos esse consentit vocabulaque a radice *lax* deducenda esse docet, sed dubitat, utrum forma *lit* ad radicem *lit* pertineat nec ne. Valesii fratres Zosimianum illum errorem non evitaverunt: nam Hadrianus⁹¹, ut a minore natu incipiam, Lætos gentem Gallicam fuisse, sed in Notitia imp. Lætorum nomen cum Gallorum tum Germanorum praesidiariorum per Galliam dispositorum commune praenomen esse scripsit, a quo pagi Lætici (*la Loëuwe*) et fluvii Letiae (olim *le Lis*, nunc *la Lis* s. *la Lise* dicti) nomen veniret, quod valde addubitarim. Henricus Valesius⁹² *Læti* nomen proprium barbarorum esse vult: „atqui de Francis dici non potest, eos fuisse postliminio restitutos in Gallia: quod de Lætis optime intelligitur, qui ab origine Galli erant, teste Zosimo. hi igitur a Maximiano Herculo in Gallias reducti, Nerviorum arva

⁸⁴) ad cit. L. 12. Th. C. de veteranis.

⁸⁵) *Λαϊτῶν τῶν δημοσίων τόπων.* ⁸⁶) in Romul. 26. i. f. „λήτον γὰρ τὸν δῆμον εἶ και νῦν Ἑλληνας και λαὸν τὸ πλῆθος ὀνομάζουσιν“.

⁸⁷) *Gesch. des Urspr. der Stände.* ed. II. Berol. 1830. 8^o. p. 4.

⁸⁸) *Die germ. Ansiedl.* p. 169. cf. supra not. 56.

⁸⁹) Maiorem quidem veritatis speciem, sed non ipsam veritatem ista nominis explicatio ex Honorii Theodosiique L. 6. pr. Th. C. de patrocinii vicor. XI. 24. a. 415. data capere potuisset, ubi legitur: „quos tamen omnes functionibus publicis obsecundare censemus, ut patronorum nomen extinctum penitus iudicetur. possessiones autem adhuc in suo statu constitutae penes priores possessores residebunt, si pro antiquitate census' functiones publicas et liturgos, quos homologi coloni praestare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cognituri“. Cf. Gothofr. ad h. l. et Zumpt. p. 66.

⁹⁰) Vid. not. 38.

⁹¹) Notit. Galliar. v. *Læti*.

⁹²) ad Ammian. XVI. 11, 4.

colenda acceperunt. unde in Not. imp. Læti Nervii appellantur, quia scil. ex illorum posteris erant oriundi⁹². Et plane eundem errorem suum fecit Tillemontius⁹³. Schoepflinus⁹⁴ populum Germanicum, „qui secundum Valesium *Læti* vocabatur“, Alamannici foederis procul dubio socium fuisse putavit, sed hos non diversos fuisse a Lassis, Latis, Lætis, Litis s. Lidis, de quibus ipse⁹⁵ verba fecit, quosque simpliciter pro servis habuit, plane non animadvertit, quamvis iam ante Muratorius⁹⁶ *Lætos* ex diversis barbaris gentibus in Gallia sedisse eosdemque in capitularibus Caroli M. *Litos* s. *Lidos* vocatos non servos sed liberos homines fuisse scripsisset. Neque Zumptius⁹⁷ sibi satis ab illo Schoepflini errore cavet. Multi *Lætorum* vocabulum, ne iterum de falsa comparatione cum Germanico *leute* aut cum ligiis hominibus verba faciam, ab animi laetitia hilaritateve, ab impigritate et alacritate deducendum esse opinati sunt. Ita abbas Du Bos⁹⁸ Zosimi quidem verba *Γαλατικὸν ἔθνος* non gentem sed societatem quandam, statum condicionemve hominum in Galliis stipendia facientium significare bene intellexit; nihilo minus scriptorem a vero aberrasse, id quod ipse adiecit, abunde ostendit: *Lætorum* enim nomen *contentos* significare idemque indiscriminatim omnibus sub imperio Rom. mercibus barbaris, quibus in Galliis beneficia militaria collata fuissent, tribui affirmavit.

⁹²) *Hist. des empereurs*. ed. Bruxell. 12°. IV. 1. §. 8. p. 30. ⁹⁴) Als. ill. 1751. fol. I. p. 401. §. 73. ⁹⁵) *ibid.* p. 665. ⁹⁶) *Hist. Italic. Germanice* edit. Lips. 1745. 4°. II. p. 633. cf. eiusd. *Antiqq. Italic.* I. Mediol. 1738. fol. diss. XV. p. 866. sq. ⁹⁷) p. 63. „*Ich halte Læti für den Namen eines deutschen Volksstammes, der in der röm. Ueberlieferung sich einem bekannten lat. Worte assimilirte. Anfangs nämlich war es gewiss nur ein Stamm, der von den Römern auf diese Weise in ihren Staat aufgenommen wurde, später gesellten sich mehrere hinzu*“. Non unum populum unamve gentem, sed unius populi Germanici *Lætos* primum receptos esse ab Romanis, quos deinde alii secuti sunt, concedendum est. ⁹⁸) *Histoire crit. de la monarchie franç.* I. c. 10. p. 104. c. 17. p. 191.

Atque in huius scriptoris expositione acquieverunt Bouquetius ⁹⁹, Honthemius ¹⁰⁰, alii. I. A. Wagnerus, cui editionem et versionem Germanicam librorum Ammiani superstitum debemus, Lætos et ipsos Alamannos fuisse, ad l. c. annotavit, qui tum sedes in Gallia habuissent; „a Romanis enim“ inquit „in fidem recepti ad militiam adhibiti et Læti cognominati sunt ob laetitiam animique promptitudinem, qua proelia inire solerent. eiusmodi legionum cognomina plura afferri possunt, v. c. Petulantium“. Quae explicatio quamvis non felicior sit, quam si quis Latinum vocabulum *calidum* Germanice *kalt* significare opinaretur, tamen nuper denuo prolata est ¹⁰¹. Mannertus ¹⁰² quoque Lætos ab animi hilaritate *die Freudigen* denominatos fuisse putavit, eosque decumatum agrorum possessores, ex sedibus suis ad dextram Rheni sinistramque Danubii ripas a Germanicis gentibus tertio post Chr. n. saeculo expulsos, in Lætis sibi repperisse visus est: Romanos Gallosque Germanicis commistos populis decumates agros olim possedisce scripsit, iisdemque postquam in Romanas provincias sese recepissent, profugos ex variis Germanicis populis admistos esse; itaque Romanos, pariter atque Austriaci hodieque militibus limitaneis (*Granitzer*; cf. Hassel. *Erdb. des österr. Kaiserth.* Vinar. 1819. 8°. p. 628. sqq.) utuntur, Lætis illis inter auxiliarem militiam ad tuendos imperii limites usos esse. Hunc quasi acervum errorum dissipare et demonstrare, longe aliam atque Mannertus sibi finxit, inter decumatum agrorum possessores ac Lætos olim intercessisse cognationem, fere qualis inter colonos originarios ac Lætos

⁹⁹) *Her. Gallicar. Serr.* I. p. 550.

¹⁰⁰) *Prodrom. hist. Trevir.* I.

p. 233. sq.

¹⁰¹) Nam ex Wagneri annotatione sua hausit W. T. v.

Læti in *Realencycl. der class. A. W.* Stuttg. 1846. 8°. IV. p. 730.

¹⁰²)

Germania. ed. II. Lips. 1820. 8°. p. 268. sq. Mannerti opinio aperte nocuit

disputationi Huschbergii *Gesch. der Allem. u. Frank. Sulzb.* 1840. 8°. p. 176.

sqq. qui in eo quoque errore versatus est, quod lætorum condicionem

a colonorum sorte omnino non distinxit.

fuit, huius loci non est. Facillima opera Wersebius ¹⁰³ rei nodum dissolvit: nam prorsus reiecta Mannerti sententia, Lætos non nisi ex Notitia imp. notos esse, apud Ammianum autem barbaros lætos, i. e. lætabundos dici, in L. 12. Th. C. de veteran. pro *Lætorum* fortasse *Rhaetorum* scribendum esse ¹⁰⁴, Lætorumque nomine in Notitia nihil nisi quod illi milites levis armaturae impigri hilaresque (*muntere, leichte Truppen*) fuissent, significari iudicavit. Iam hic argumentis suis, quae levissimae armaturae dici possunt, lepide ludificatus est. Tandem qui meliora offerunt, prodeant. Miraeus ¹⁰⁵ originem colonorum in Germania passim obviorum, quos vocamus *Lassen*, Saxones *Laten*, Belgae *Læten*, hic quaerendum esse putavit, ut in Glossar. nom. Th. C. ex ed. Ritteriana (v. *Læti*) legimus. De Muratorio paullo ante diximus. Gibbo ¹⁰⁶ etiam a vera rei cognitione non ita longe afuit: Eumenii solius verba [num. I.] respexit, Lætorumque nomine non usus est, sed fortuita ratione veram eorum originem verbis '*lazy barbarians*' expressit. Ex iis scriptoribus qui iuri Germanico excolendo operam dederunt, permulti non solum Lætorum, Lazzorum sive Litorum condicionem in universum recte cognoverunt, ut e. gr. Eccardus ¹⁰⁷, et inter recentiores Sommerus ¹⁰⁸, alii, sed multo maxima pars etiam ad Lætos in Romanis provinciis sedentes respexit, ut e. gr. Feltmannus ¹⁰⁹ Probi epistolam apud Vopiscum, quamvis non ad Lætos, sed ad subactos et ad colonos factos Germanos pertinentem, allegavit; ut Pottgiesserus ¹¹⁰ permulta ex Germanici iuris historiaeque fontibus et non nulla etiam ex iure Rom. ad ex-

¹⁰³) v. Wersebe, *Die Völker... des alten Teutschl. Hannov.* 1826. 4°. p. 58. ¹⁰⁴) Itaque imperatores L. 9. Th. C. de censorib. [num. IX.]

de terris *Raeticis administrandis* loquerentur, ut sane novum aliquid boni Raeti condiscere deberent. ¹⁰⁵) In not. ad Diplom. Belg. p. 548.

¹⁰⁶) *History.* cap. XIII. ed. Londin. 1818. 8°. II. p. 132. ¹⁰⁷) *Leges Francor. Ff. et Lipsi.* 1720. fol. p. 30. 35. 37. ¹⁰⁸) *Bäuerl. Rechtsverhältn. in*

Deutschl. Hainn. 1830. 8°. II. §. 16. ¹⁰⁹) De iure in re et ad rem.

Lcod. 1700. 4°. cap. 4. §§. 9. sqq. ¹¹⁰) Vide supra not. 24°.

plicandum de Lætis locum conguessit, neque hanc Notitiam praeteriit; ut Heineccius ¹¹¹, quamvis de Lætorum sedibus vix iustius quam de vocabuli *ἐτύμη* verba fecerit, condicionem tamen hominum non ignoravit: lætos sese ex Alaman-
 nia, nec tñn ex Batavorum, Suevorum, Nemetum ac Fran-
 corum terris in Romanas provincias contulisse, eosque iam
 illo tempore litos s. leudos dictos apparere, non sine levita-
 tis aut ignorantiae vitio scripsit, ne dicam de vana distin-
 ctione quam inter litos lazzosque Heineccius tuendam esse
 opinatus est. Ex recentioribus Eichhornius ¹¹², Mittermaie-
 rus ¹¹³, Phillipsius ¹¹⁴, Krätius ¹¹² alique ¹¹⁵ de Lætis disputa-
 verunt, sed ex instituto suo condicionem qua sub Romanis
 usi essent, vix aut ne vix quidem attigerunt; quod non aequè
 de I. Grimmi paginis huic quaestioni dirimendae destinatis ¹¹²
 dixerim, quibus haec quoque prospere eum attigisse neminem
 harum rerum curiosum fugit. Herm. Müllerum coniecturam olim
 propositam ¹¹⁶, ex Pliniano loco de agri apud Ubios laetifi-
 candi more ¹¹⁷ Lætorum Læticarumque terrarum appellationem
 ab iniecta in terram crassitudine explicandam esse, ipse post-
 ea ¹¹⁸ aliis explicandi periculis, sibi invicem contrariis, fa-
 ctis ¹¹⁹ deseruit, quae vix magis ad persuadendum mihi apta
 videri fateor. ipsis primis quas novimus Lætorum sedibus
 probari potest, hos non ex agricolis certaminibus bellisque
 defessis in ipsis barbarorum gentium patriis regionibus quas
 Romani occupassent, factos iisdemque deinde ingenuos ex vi-

¹¹¹) Antiqq. Germán. II. p.5. sq. sive lib. II. c.1. §. 3. ¹¹²) Vide not. 3. p. 1046*.

¹¹³) *Grunds. des deutsch. Privatr.* ed. VI. 1842. 8º. I. p. 173. sq.

¹¹⁴) *Münchener Gelehrte Anzeigen.* 1844. 4º. numm. 32. sq.

¹¹⁵) Uti

Warnkönig et Bluntschli supra not. 82. citt., Gaupp *Die Lassen im Sach-
 sensp.* in *Miscell. d. d. R.* §. XII.

¹¹⁶) *Die Marken des Vaterl.* Bonn. 1837. 8º. p. 50*.

¹¹⁷) H. N. XVII. 4.

¹¹⁸) *Der L. Sal. Alter u. Hei-
 mat. Würzb.* 1840. 8º. p. 183. sqq.

¹¹⁹) Vide supra not. 43.; sed in eiusdem libri p. 63. not. 150. dixerat: „Lætus... *hätte ich für laĩtos, λĩτος, λĩτος, publicus, also für undeutsch, mit læt nicht verwandt; agri lætici sind eine Art agri publici populi Romani.*“

ctoribus admistos esse. De aliorum recentiorum Germanicorum scriptorum, imprimis Zumptii Sybellique sententiis quantum huius propositi nostri ratio patitur, accuratius supra diximus. Ad Belgicarum Flandricarumque rerum scriptores respicere superest. quorum librorum quod non maioris numeri mihi copia est inspiciendi, ex eo vix detrimentum hic commentarius capiet: nam quos contuli, omnes aut de Lætorum in Romanis provinciis sedentium militantiumque conditione non egerunt, aut iis erroribus quibus refutandis operam dedimus, favent. Bucherius ¹²⁰ nihil de Lætis ipsis, puto de vocabulo, origine, conditione atque historia, sed non nulla de sedibus eorum protulit, quae ubi opus visum est, adhibuimus. Post hunc et Gothofredum Alex. Wilthemius, item soc. Iesu sacerdos, Lucilimburgensium libri II. capite II. „de Lætis diffuse“ egit ¹²¹. Gentiles secundum Gothofredum definit domitos bello barbaros, deditione acceptos atque in solum Rom. traductos, agros ibi publicos arare iussos, non religionis, sed barbarae originis respectu ita dictos; alios autem barbaros ultro Rom. secutos fortunam, patriis relictis sedibus traiecisse Rhenum ibique in Rom. solo commorantes terras accepisse publico colendas, hosque Lætos plerumque appellatos esse; eorum posteritatem Zosimo dictam esse Gallicam nationem, quamquam ortu Germana fuisset. deinde Eumenii et Notitiae locis exhibitis, cui inter alios male *Læti Gentiles Suevi* adscribuntur, bene „Lætos non quidem gentem aliquam propriam peculiaremque constituisse, imo nec gentis partem portionemve, sed certae conditionis et sui iuris formulae fuisse homines“ dixit. Nomen Lætorum etiam Wilthemius cum Liutis, Leudibus confudit, neque ullum discrimen inter locos de colonis agentes eosque qui de Lætis sunt, fecit. Singulis Lætorum praesidiis, singulis praefectis subditis, M aut MD viros adscribit:

¹²⁰) Belg. Rom. 1655. lib. XVI. cap. 5., ubi Notitiam imp. circa a. 437. et 438. editam esse demonstrare voluit, de quo errore supra satis egimus. cf. p. 1021*. sq. ¹²¹) Vid. not. 73.

is enim praefecturae numerus Constantino Porph. in thematibus.¹²², ut Pancirolus etiam annotare solebat. quae de singulis Lætorum stationibus protulit, suo quidque loco respiciendum erit. Non tanti momenti nobis fuerunt neque alius societatis Iesu commilitonis de historia typographiaque Belgica item bene meriti, Wastelanii¹²², neque Bastii commentarii de Flandriae antiquitatibus¹²³. Fusioris de Lætis Raepsaeti disputationis¹²⁴ haec fere summa est: limitaneos milites, oppositos praesidiariis sive comitatensibus, bello captos fuisse, quibus barbaris Romani terras in Galliis colendas assignassent, militesque Romanos, Belgicos Gallicosque, quos poenae nomine inter Lætos redegressent; limitaneos enim milites sub propriis praefectis non solum rei militari, sed agris quoque desertis colendis, ut provinciales eos imitarentur, destinatos fuisse¹²⁵. Et paullo post¹²⁶ reiecta lætorum vocabuli a laetitia et a Germanico *ledig* deductione, ipse a nomine *laiti* venire putat¹²⁷. tum quod de tribus caussis, ex quibus limitanae militiae homines adscriberentur, paullo ante monuerat, de Lætis repetit, atque hoc nomen (*lætus* et *litus*) Germanicum vocabulum *leid* esse affirmat: Lætos hodieque per omnem

¹²²) *Description de la Gaule Belgique... par Charl. Wastelain. Lille 1761. 4°.* ¹²³) *Recueil d'antiquités rom. et gaul. trouvées dans la Flandre. ed. nov. Gand. 1804. 4°.* ¹²⁴) Quam L. A. Warnkönig *Flandr. Staats- u. Rechtsgesch. Tubing. 1835. 8°. I. p. 91.* tam diligenter accurateque scriptam esse iudicavit, ut fere omnino sequeretur, quae mihi non ita magna in scriptore historiae iur. Flandrici diligentia esse videtur. Secundum eund. Warnk. p. 91., Preciotus *De l'état civil des personnes dans les Gaules. 1786. p. 263.*, qui liber mihi ad manus non est, Lætos Alamanicos, Suevicos, Saxonicos Sarmatasque enumeravit, quod supra p. 1060^a. sq. erroneum esse ostendimus. ¹²⁵) Raepsaet *Oeuvres III. p. 79. sq.*

¹²⁶) *ibid. p. 92. sqq.* ¹²⁷) *loc. cit. ,, . s'il fallait déterminer la signification du mot Læti par la voie d'une étymologie, il faudrait, d'après l'orthographe romaine, la faire dériver du mot Laiti, parce que les Romains n'ont pas connu les diphthongues et rendaient notre æ par ai, en écrivant Kaisar pour Cæsar, Mensai pour Mensæ et prononçant cette diphthongue comme les Flamands prononcent l'y''.*

Germaniam dici *leiden*, *hyden*, per Flandriam *hyden*, *laeten* ¹²⁸, aliaque eiusce modi de origine condicionaque Lætorum veris admixta falsa profert; primam illam caussam ex Probi epistola, alteram ex Eumenii panegyrico Constantio dicto, ex Dione Cassio (lib. XLIX.) tertiam probari vult. omnes autem Lætos non nisi gentis suae nomen gessisse affirmat ¹²⁹. neque vestigiorum quae adhuc coloniarum lacticarum in Flandria superesse putavit, recensio felicius ei cessit quam reliqua de Lætis disputatio ¹³⁰. De pago denique *Lætico*, qui tot doctorum virorum diligentiam exercuit, Raepsaetus iudicat, nihil aliud fuisse quam *Praefecturam Lætorum*, ita ut si loci cuiuscunque nomini adiectum legatur *in pago Lætico*, indicetur eum locum in Lætorum territorio situm esse. Tantum de Raepsaeto ac de Lætis. Superest ut

DE GENTILIBUS

dispiciamus. et statim ab initio observandum est Gentilium vocabulum ruentis imperii occidentalis aetate, ad quam hic commentarius imprimis respicere debet, non solum barbaros atque gentes tum Christianae tum Iudaicae religioni nomen

¹²⁸) *ibid.* p. 94. On a „donné le nom de Lidi ou Liti, latinisé, à tous ceux qui étaient connus chez les Germains sous le nom de *leiden* ou *laiten*, puisqu'ils demeuraient sur les terres d'autrui à la charge d'une rente foncière à servir au seigneur des fonds; et attendu que ces *leiden*, comme *emphytéotes forcés*, ne devaient pas moins défendre, avec les armes, la personne et les biens de leur seigneur, auxilio et consilio, que cultiver les terres colongères de leur tenure, le nom de Lidi, Liti ou Laiti était le seul nom propre qu'on avait pu donner, à ces trois classes d'hommes, auxquels on avait concédé des terres, à la charge de les cultiver et de défendre les frontières de l'empire“. ¹²⁹) *Vide supra* not. 63.

¹³⁰) *ibid.* p. 96. „en voici quelques-uns: Sweveghem, demeure des Suèves; Swevezeele, salle ou tribunal des Suèves; Torhout, forêt du dieu Thor; Odelem, siège du dieu Oden; Cat-zand, sables des Cattes; Quad-Ypres, Ypres des Quaden; ..Dudzeel, salle des Allemands; Ruys-lede, ruisseau des Russes; ... Winnendale, vallée des Winidi; Denderwindick, Winnidi de la Dendre“. Tacet plura.

recusantes designare, quod plerique fere omnes ut rem de qua nullum dubium superesse possit, sibi sumere solent, in qua opinione Pauciorum, ut qui in definiendis notionibus raro Huguccionem superavit, acquiescisse nemo mirabitur¹; sed certas etiam militarium hominum, easdemque plures species denotare; ut in universum supra² ostendi. atque Ducangii definitio, ex iis quos novi, optima, longe quo minus satis accurata dici possit, abest, haec: „Gentiles vocabant Romani, quos ipsi etiam interdum barbaros, qui Romanis militabant, eorum foederati, vel qui in leges Romanas ultro, vel deditione transibant. Ita Gentiles intelliguntur in C. Th. de nupt. gentilium, et alibi, apud Anmianum, Ausonium, et in Notitia imp., ubi Schola Gentilium. . .“³ scilicet etiam Gothofredus³ Scholas gentilium, quas sub Magistrorum Officiorum dispositione in utraque imperii parte stetisse ex hac ipsa Notitia satis liquet, quosque palatinos custodes altiore locum quam gregales milites obtinuisse demonstravimus⁴, cum his infimi loci militibus rusticis sub propriis praefectis iisdemque huius Notitiae tempore⁵ Magistro peditum praesentali subiectis confederat, ut et Rambachius et nuper etiam Sybelius⁶ fecerunt. Certe facilius in his quaestionibus propter fontium et raritatem et siccitatem perobscuris aut ad veri aut ad τοῦ εἰκοῦς περὶ τῶν τοιούτων ἀρκούντος notitiam perveniemus, si caveamus ne ea quae inter se diversa fuisse et locorum, ubi memorantur, et ipsorum vocabulorum diversitas suadet, discriminatum non investigemus. itaque ut a scholis gentilium,

¹) Quid? quod vel Maff. Ver. ill. 1. p. 205. (ed. fol.) Gentiles definit „stranieri, cioè non compresi nell' imperio, il che tanto era quando dir barbari, ed esclusi da' privilegi, che portava seco l'esser Romano“.

²) Comm. ad Not. Occ. p. 270*. ad p. 31*. γ. 24. ³) tum aliis locis tum maxime in commentario ad L. un. Th. C. de nuptiis gentilium III. 14.

⁴) Comm. ad Not. Or. p. 234. sq. nott. 3. 5., ad Not. Occ. l. c. ⁵) Nam conferenda sunt quae supra p. 982*. ad p. 118*. γγ. 2. sq., p. 260*. sq. ad p. 29*. et p. 416*. ad p. 60*. γ. 5. disputavimus. ⁶) Rambach. de Lætis p. 11. et Sybelius in commentationis supra cit. p. 41. not. 1.

ita etiam a gentibus tum Marcomannorum sub Duce Pannoniae I. militante (p. 99*. §. 9.) tum per Raetias deputata (p. 103*. §. 3.) has Gentilium praefecturas discernimus⁷ nec nisi de his h. l. dicemus. Memorantur autem eius modi praefecti Gentilium tum per diversas Galliarum provincias, tum per Italiam inde a Brutiis et Calabria usque ad Alpes sedentium, sed non nisi Suevorum, Sarmatarum et Taifalorum Gentilium mentio fit. ex aliis itaque populis atque Læti, Gentiles omnes constabant: illi non nisi ex Germanicis, i. e. Francis Batavicisque, hi non nisi ex Scythicis populis, i. e. Suevis h. e. Quadicis, Sarmatis, i. e. Iazygibus, cum Scythica s. Dacica Taifalorum Gotthis coniuncta gente originem habebant⁸: Suevos cum Sarmatis Iazygibus iam sub illorum rege Vannio, „Suevis a Druso Caesare imposito“, coniunctos legimus ap. Tacitum⁹ ad a. Chr. 50., qui huius regis equitem e Sarmatis Iazygibus fuisse memoriae tradidit. Et permultis aliis locis qui ad res sequentibus saeculis gestas respiciunt, Suevos et Sarmatas iunxerunt scriptores. Cur tandem, quaeso, non etiam hi barbari, Romanam felicitatem sequentes, in Romanis provinciis agros colentes simulque militiae oneribus obnoxii, Læti facti sunt? videlicet Romani non tam fecerunt Lætos, quam eos qui domi Læti fuerant¹⁰, in eadem condicione, quantum praecivitatium s. rerum publicarum Germanicarum imperiique Romani diversitate fieri posse videretur, etiam post quam iidem huius imperii subditi facti erant, tenebant. Intermediam autem inter liberorum hominum servorumque condicionem apud Scythas omnes non novimus¹¹, neque apud Scythicos istos

⁷) Cf. etiam p. 727*. ⁸) Duplex Zumptii p. 64. sq. error est scribentis, in Notitia Lætos Suevos memorari, Suevos Gentiles non memorari.

⁹) Annal. XII. 29. cf. etiam Dio Cass. LXVII. 5. ¹⁰) Vix opus erit monere haec in universum dici: nam id tantum, longe maiorem eorum partem qui ab initio laticae in imperio Rom. condicionis fuerunt, antea domi quoque Lætos fuisse affirmem.

¹¹) Nam huc nec Herodotea Scytharum tripartitio (ἀροτῖρες, γεωργοί, νομάδες), neque Strabonis illa (νομάδες, σκηνῖται, γεωργοί) pertinent. sed nec

Suevos, Sarmatas Taifalosve exstilissee veri simillimum est¹². ac Gentilium militiam inferiorem quam Lætorum, ut ut inter se prope pares fuerunt, habitam esse vel ex eo quod illi ultimam ubique locum optinent, Sarmataque etiam L. 12. Th. C. de veteranis VII. 20. post Lætum Alamannumque recensetur, colligendum esse videtur. unde non liberos sed devictos devictosque Sarmatas, servos, eorum Gentilium, de quibus agimus, numerum ab initio effecisse putandum est: ne vero domi servos Scytharum plane eiusdem condicionis atque Germanorum servos fuisse opinemur, repetendum videtur quod Herodotus IV. 72. de regum servis rettulit: οἱ δὲ εἰσι Σκύθαι ἐγγενεές· οὗτοι γὰρ δὴ θεραπεύουσι τοὺς ἄν' αὐτὸς ὁ βασιλεὺς κελεύσῃ, ἀργυρῶνῃτοι δὲ οὐκ εἰσὶ σφι θεράποντες. unde id quoque quod de liberis Sarmatis eorumque servis, Limigantibus, apud Ammianum Hieronymumque relatum est, rectius

Scytharum regionum ac liberorum distinctio, nec Appiani B. Mithr. c. 69. Σαυροματῶν δὲ τε βασιλῆοι καὶ Ἰάζυγες. non diversos eiusdem civitatis hominum status his partitionibus omnibus significari palam est. Cf. Niebuhrii *Kleine hist. Schriften* I. p. 360. Neque praetereundum est argumentis haud contemnendis Gauppium (*Das alte Gesets der Thüring.* p. 146. sqq.) de Suevicis populis in universum docere eos intermediam inter liberos servosque non agnovisse condicionem, speculumque Suevicum in omnibus iis locis qui speculi Saxonici locis Lætorum mentionem incipientibus respondent, huius condicionis mentionem sustulisse. Scythicam Suevicorum morum indolem et in hac re agnoscendam esse putem. Quod contra Gauppium sententiam Bluntschli (*Zürch. Staats- u. Rechtsg.* I. p. 45.) monuit, apud Suevos quoque litos olim fuisse, sed fortasse eam condicionem apud eos prius quam apud alios Germanos aboluisse, ut sine argumentis prolatum est, ita contra historiae leges dictum esse videtur.

¹²) Inter liberos Sarmatas ac servos multis locis passim infra exhibitis distinguunt veteres scriptores, maxime Ammian. XVII. 13., ubi cum liberis Sarmatis coniuncti Taifali illisque adiumenta ferentes Quadi occurrant liberisque Limigantes Sarmatae servi opponuntur, et XXIX. 6, 15. „Sarmatas liberos ad discretionem servorum rebellium adpellatos“ refert. cf. etiam Anonym. Vales. §. 32.

intellegi potest. Iam ut sermo meus ipse sibi constet, demonstrarem Scythicos populos fuisse Suevos, Sarmatas Taifaliosque, ex quibus hae Gentilium Praefecturae ab initio constituerunt, sive ut accuratius fines huius argumenti circumscribam, Suevos h. l. indicatos Dacicis fuisse, quorum nomen cum Quadorum Iuthungorumque vocabulo tum coniunctum, tum promiscue positum saepissime legitur, (nam de Sarmatis et de Taifalis s. Thaiphalis, quos *Σκυθικῶν γένους* fuisse Zosimus II. 31. expressit, neque Germanos nec veros Gotthos habendos esse, quamvis auxilium iis in bellis gerendis praestarent, vel ex nefandis eorum moribus apud Ammianum ¹³ relatis, similibus eorum quorum alium Scythicum populum, Herulorum ¹⁴, Procopius ¹⁵ reum fecit, abunde patet.) nisi in hoc argumento Zeussius in universum ita praevenisset, ut in egregiis huius viri disputationibus ad h. l. pertinentibus ¹⁶ vix quicquam desideremus praeter id ipsum, quod ad hanc Suevorum, Sarmatarum Taifalorumque hac una Notitia memoratam communem Gentilium sortem non respexit, quae tamen ad invasionum et occupationum ab Alanis, Suevis Vandalisque quasi *δελεασθεῖσι* non ita diu post hanc Notitiam scriptam per Gallias et ultra Pyrenaeum montem usque in Africanam ¹⁷ factarum explicationem adhuc neglectum ab historicarum scriptoribus momentum habet, atque, ut mihi quidem videtur, id quoque satis explicat, unde Suevi in Flandria sedentes venerint, quorum originem incertum esse Zeussius ¹⁸ scripsit. Quando primum hoc Sarmatarum Gentilium (ut illo vocabulo Suevos quoque Taifalosque comprehendam), Lætorum consimile rusticanorum militum genus in provinciis Ro-

¹³) XXXI. 9, 5. cf. Diod. Sic. V. 32.

¹⁴) Steph. Byz. v. *Ἐλουροι*.

¹⁵) Procop. B. Gotth. c. 14. i. f.

¹⁶) Vide imprimis p. 458. 463. sq.

691. sq. et cf. p. 80. 119. 316. sq. 448. sqq. vere Germanici libri *Die Deutschen*.

¹⁷) Nam quinto saeculo ineunte etiam in Africa Gentilium praefecturas exstitisse docent L. 62. Th. C. de appellationib. XI. 30. a. 405. et L. 1. Th. C. de terris limit. VII. 15. a. 409. datae, infra exhibitae. ¹⁸) p. 57.

manis ipsave Italia constitui atque a colonis tributariis delectui obnoxiiis distingui coeperit, nemo litteris tradidit. causae vero, cur gentilicium condicionem recentiore quam læticam, neque eius speciem ante Constantini M. tempora ponendam esse putem, fere hae sunt: Gentilium in iis locis sive legum sive scriptorum, qui de Lætis antiquissimi sunt et in tertium post Chr. n. saeculum adscendunt, nulla mentio facta est; illi non nisi per alteram quarti saeculi partem memorari coeperunt, (nam quod legitur in Constantini constitutione a. 313. emissa, fragmentis Vaticanis, quae dicuntur, §. 34. nobis servata, „nullum ex gentilibus liberum adprobari licet“, id ad mancipia ex barbaris liberis facta pertinet) et omnino infrequens eorum mentio est, quamvis de Sarmatis colonis etiam in occidentales provincias¹⁹ inde a Marcomannico bello usque ad occidentalis imperii ruinam traductis multi veterum scriptorum loci exstent²⁰. ad Sarmatas Gentiles qui Notitia memorantur, sequentes locos trahendos esse ne certum quidem dici potest:

¹⁹) Nam consulto h. l. de iis qui passim in orientales provincias recepti sunt barbarorum ingentibus numeris, plura verba non facimus, sed unum Zosimi de Probo imp. loquentis locum I. 71. repetimus: Βαστάρας δέ, Σκυθικόν ἔθνος, ὑποπεσόντας αὐτῷ προσέμενος κατήκισε Θρακίοις χωρίοις· καὶ διετέλεσαν τοῖς Ῥωμαίων βιοτεύοντες νόμοις· καὶ Φράγκων τῷ βασιλεὶ προσελθόντων καὶ τυχόντων οὐκ ἴσως μοιρὰ τις ἀποστάσα... τὴν Ἑλλάδα συνετάραξεν κ. ἔ. ²⁰) Ut de Marcomannis, Iazygibus aliisque barbaris a N. Aurelio imp. in Italiam traductis Capitolin. in eius vit. c. 22., Dio Cass. LXXI. 11.19.; de „Carpis et Basternis subactis, Sarmatis victis, quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt“ Diocletianus et Maximianus a. 295., Eutrop. IX. 15. i. f., Hieron. Chron. ad eum annum, ap. Roncall. I. p. 486., Oros. VII. 25. cf. Ammian. XXVIII. 1, 5., ne ad quintum saeculum, sed solum ad tempora hac Notitia antiquiora respiciamus. Loci de traductionibus eorum Sarmatarum, ex quibus quorumve posteris hos d. q. a. Gentiles factos opinari possimus, paullo post exhibebuntur.

Auson. Mosell. γγ. 7...10.

„Praetereo

Dumnissum [*Densen prope Kirchberg*] riguasque perenni fonte Tabernas [*prope Stumpfen Thurm non procul a vico Hinserath*]

Arvaque Sauromatum nuper [a. 334. ?] metata colonis;

Et tandem Primis Belgarum conspicio oris [*in Belgica Prima*]

Noiomagum [*Neumagen in angulo Draconi, Dhron fl. Mosellae sese miscentis*]...“.— Cf. comm. meum ad h. l.

Anonym. Valesian. de Constantino M. exc. §. 32. (a. 334.)

„servi Sarmatarum adversum omnes dominos rebellarunt, quos pulsos Constantinus libenter accepit et amplius trecenta milia hominum mistae aetatis et sexus per Thraciam, Scythiam, Macedoniam Italiamque divisit“. — cf. Ammian. XVII. 12, 17. et 13.

Hieronymi Chron. ad a. 337. (ed. Roncall. I. p. 498.)

Sarmatae Limigantes dominos suos qui nunc Acaragantes vocantur, facta manu in Romanum solum expulerunt.

Ammian. (ad a. 377.) XXXI. 9.

„vivosque omnes (Gothos Taifalosque) circa Mutinam Regiumque et Parmam, Italica oppida, rura culturos exterminavit“ Frigeridus.

Lætorum autem condicioni a Romanis iam agnitae gentilitiae condicionis adsimulandae hoc ansam dedit, ne ab invidia et obtreccionibus inter Lætos inque iisdem praesidiis regionibusve passim militantes Sarmatarum colonorum numeros ipsa res Romana detrimentum caperet. itaque et recentiores et inferiores Sarmatarum Gentilium quam Lætorum Germanicorum praefecturas dicere rationi historicae prorsus convenit. ceterum utraque hominum Romanis subditorum species, quod ad onera pro imperio subeunda totamque iuris publici rationem pertinebat, omnino similis condicionis fuisse videtur, ut ab imperatoribus (L. 12. Th. C. de veteranis, supra p. 1058*.sq. exhibita) Lætum, Alamannum, Sarmatam paris sive dignitatis sive abiectiois haberi vidimus; suo vero quamque speciem iure, Lætos Germanico, Gentiles Sarmatico vixisse tum ex iis quae de Lætis supra disputavimus, tum maxime et ex L. 62. Th. C. de appellation. infra repetenda colligendum esse censeo. Sed utrum antiquissima quae nobis superest ex constitutionibus

imperialibus Gentiles memorantibus ²¹, i. e. L. un. Th. C. de nuptiis gentilium III. 14., ad eos de quibus quaerimus Gentiles nec ne pertineat, fateor incertum me esse; ad Lætos eam non pertinere, persuasum habeo. est autem haec:

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD THEODOSIVM MAGISTRVM EQVITVM ²². Nulli provincialium cuius cunque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore coniugium, nec ulli gentilium provincialis femina copuletur. quod si quae inter provinciales atque gentiles affinitates ex huiusmodi nuptiis exstiterint, quod in iis suspectum vel noxium detegitur, capitaliter expietur. DAT. V. KAL. IVN. VALENTINIANO ET VALENTE AA. [III. aut IIII. ?] coss. [a. 365. ? 370. ? 373. ?]

Non religionis caussa h. l. conubium inter gentiles provincialesque sub capitali poena vetari ²³, ut inter Christianos gen-

²¹) Nam non omnes gentilium mentionem facientes ad hanc nostram quaestionem pertinent, ut e. gr. Gothofredus minus recte huc traxit L. 5. Th. C. de legatis et decr. XII. 12., L. ult. §. 3. Th. C. de patrociniis vicor. XI. 24., L. 3. pr. Th. C. ad L. Corn. de sicar. IX. 14. („barbari“). Sed nec L. 9(10). Th. C. de censitoribus, supra p. 1057*. sq. exhibita, ad Gentiles, sed ad laticarum terrarum assignationem spectat. Mihi non nisi hae III Th. C. constitutiones ad locum de quo quaerimus, liquido facere videntur: L. 12. de veteranis anno 400. emissa et supra p. 1058*. sq. repetita, L. 62. de appellationib. a. 405. et L. 1. de terris limitan. a. 409. datae. ²²) EQVITVM om. non nulli codd., et verba MAGISTRVM EQVITVM non recte se habent, si dies et coss. recte se habent: nam a. 365. Theodosius Mag. Equitum non fuit. Gothofr. in Prosopogr. Th. C. h. v. hanc constitutionem a. 370. vel 373. adscribi voluit. ad a. 369. Ammianus XXVIII. 3, 1. Theodosium Ducem (Britanniarum) et paulo post XXVIII. 5, 15. ad a. 370. „ea tempestate Magistrum equitum“ appellat. cf. supra p. 852*. itaque dicemus hanc constitutionem aut non ad hunc Theodosium datam esse, ut in aliis codicibus legitur *ad Theodorum s. ad Theodorum*, aut non ad Magistrum Equitum, aut non a. 365. emissam esse, quod postremum probandum esse ostendemus.

²³) Has ipsas nuptias capitali poena plectendas esse cum interpr. Visigoth. et Gothofredus et recentiores omnes interpretati sunt, praeter Rambach. de Læt. p. 34. „ego opinor Augustos prohibuisse saltem haec coniugia, statuisset vero capitalem poenam quodsi ex his nuptiis et affinitatibus noxium quid aut suspectum detegatur“. Interpretatio Visig. haec est: „Nullus Romano-

tilesque damnat Ambros. de Abrah. I. 9., Epist. 19. (opp. Ambros. ed. Migne I. p. 451. sq. III. p. 984. sq.) interque illos ac Iudaeos prohibent L. 6. Th. C. de Iudaeis XVI. 8. a. 339. et L. 2. Th. C. de nuptiis III. 7. (= L. 5. Th. C. de adulter. IX. 7., L. 6. Iust. C. de Iudaeis I. 9.) a. 388. datae, sed quoniam „suspecta haec coniugia visa, ne per affinitates paulatim iisque subnixi Gentiles adversus securitatem imperii Rom. quid de cetero molirentur seu attentarent, quomodo et factionibus opportunos eos fuisse postea docet famosa Arcadii L. 3. ad L. Corn. de sicar.⁴, etiam Gothofredus vidit: Valentinianus A. ipse de se confessus est: nullam „concessam a maioribus religionem genus esse arbitror criminis. testes sunt leges a me in exordio imperii mei datae, quibus uni cuique quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est⁴. L. 9. Th. C. de maleficis IX. 16. a. 371. data, et Valentis A. postquam Arianismo se dederat, in catholicos odium gentilibus innocuum fuit: sed Gothofredus illa lege et Lætis, de quibus ne verbum quidem ea facit, et Gentilibus, quos eisdem cum foederatis et dediticiis fuisse turbulenter affirmavit, connubium cum provinciis ademptum fuisse opinatus est, recentioresque eum sequuntur²⁴. satis quidem constat, etiam apud Germanicos populos connubiorum ius non illimitatum fuisse²⁵, sed quod de

rum barbaram cuius libet gentis uxorem habere praesumat, neque barbarorum coniugiis mulieres Romanae in matrimonio coniungantur. quod si fecerint, noverint se capitali sententiae subiacere⁴. et consentiant epitomae omnes ap. Haenel. L. Rom. Visig. p. 92. sq. Capitalis sententiae poena in eos qui vetitas nuptias contraxissent, legibus post Constantini M. tempora latis compluribus statuitur, e. gr. LL. 1. 3. Th. C. de incest. nupt. III. 12., L. 6. Th. C. de Iudaeis XVI. 8., cf. Gothofr. ad L. un. Th. C. si nuptiae ex resc. III. 10.

²⁴) Wilthem. Lucilib. p. 62. i. f., Rambach de Læt. p. 34. sq., Creuzeri *deutsche Schriften*. sect. IV. Lips. 1836. 8°. p. 108. not. 61., Zumpt. p. 62.

²⁵) Cf. e. gr. Leg. Visig. III. 1, 1. et Translat. s. Alexandri ap. Pertz. Monum. Germ. II. p. 675., ubi de Saxonibus relatam est: „si quisquam horum sibi non congruentem et genere praestantiorum duxerit

Rugis qui olim ab Herulis, de quibus supra diximus, suis sedibus expulsi in Danubianis regionibus a Quadorum gente relictis conserant, cum Theodericum Ostrogothorum regem in Italiam sequerentur, Procopius, illos ἔθνος μὲν Γοιθικόν appellans rettulit, vitasse eos cum alienigenis mulieribus matrimonia²⁶, id de omnibus Sarmaticis populis dicendum est; provinciales autem, i. e. civitate Rom. fruentes subditi Romani, eo magis connubia cum Sarmatis Gentilibus evitare debebant, quod hi ne domi quidem liberi sed servi fuissent, quae abiectio non aequè in Lætos cadebat. Id quidem ex veteris iuris Rom. praeceptis²⁷ etiam tum retentis per se efficiebatur, ne connubium inter barbaras gentes sive liberas sive foederatas atque liberos provinciales post Antonini decantatissimam constitutionem civitate Romana donatos interesset; sed eius modi nuptias solum modo non iustas, minime vero per se illicitas dicendas morteque multandas fuisse palam est, nisi ubi singularis necessitas eiusce modi saevitiam legum latorum exposceret. eam autem necessitatem in consuetudine quam imperio Rom. infestam ac periculosam provinciales dextram Danubii ripam inhabitantes, quibus inde a Constantinianis temporibus magnae Sarmatarum copiae admistae fuerunt, cum Gotthis Sarmaticisque gentibus in sinistra fluvii ripa provincias Romanas etiam post pacem a. 367. a Valente imp. cum Athanarico Gotthorum iudice in medio Danubio initam comminantibus habuisse, ex belli Gotthici scriptoribus abunde comperimus, mihi deprehendisse videor. unde simul annum, quo

uxorem, cum vitae suae damno componat²⁸. Vid. etiam Gauppilii librum *Die german. Ansiedl.* §. 31.

²⁶) Procop. B. Gotth. III. 2. „οἱ δὲ Ῥογοὶ οὗτοι ἔθνος μὲν εἰσι Γοιθικόν, αὐτόνομοι τε τὸ παλαιὸν ἔβλων. Θεωδερύχου δὲ αὐτοῦς τὸ κατ' ἀρχῆς προσειαιρισμένον ξὺν ἄλλοις τισὶν ἔθνεσιν ἐς τε τὸ γένος ἀπέκριντο καὶ ξὺν αὐτοῖς ἐς τοὺς πολεμίους ἅπαντα ἐπρασσον. γυναιξὶ μὲντοι ὡς ἤκιστα ἐπιμιγνύμενοι ἄλλοις αἰσ ἀγκραιγέσι παιδῶν διαδοχῆς τὸ τοῦ ἔθνους ὄνομα ἐν σφίσι αὐτοῖς διεσώσατο“.

²⁷) Gai. I. 56. sq., Ulp. V. 4., Senec. de benef. IV. 35, 1.

emissa est L. un. cit., non primi Augustorum consulatus (p. Chr. 365.), sed insequentis alicuius²⁸, probabiliter tertii, fuisse comprobatur: hoc enim anno Theodosius Magister equitum factus est (cf. not. 22.); et huic eidem vel quarti Augustorum consulatus anno (373.) Gothofredus etiam L. 1. Iust. C. quae res export. IV. 41. egregie sententiam nostram firmanam adscribi voluit; nam ea iidem imperatores cum Gratiano iam Augusto facto „ad Theodorum [al. Theodotum, al. Theodotium] Magistrum militum“ data praecipunt: „Ad barbaricum transferendi vini et olei et liquaminis nullam quisquam habeat facultatem, nec gustus quidem causa aut usus commerciorum“. itemque simul, quare ad Magistrum militum, non ad Pf. P. aut ad Vicarium rectoremve provinciae, constitutio data sit, explicatur; nec minus, de Lætorum connubiis non cogitasse legis un. cit. latorem, apparet: Lætos in Illyricis provinciis unquam sedisse, adhuc nemo affirmavit, Gentiles autem, „servos Sarmatarum“, per easdem ingenti numero iam a Constantino divisas fuisse Anonymi Valesiani et Hieronymi p. 1086*. repetiti loci testantur, quamvis non aperte tales Gentiles eos sive partem eorum factos esse expriment, quales praefectiani de quibus agimus, fuerunt. ad hos quoque quominus L. un. cit. referam, his rationibus moveor: ad Magistrum *Equitum* ea data est, Gentilium autem praefecturae sub *Mag. pedatum praesentali* fuerunt; nulli deinde neque Gentili neque etiam Læto, nisi speciali a praefecto suo venia impetrata, matrimonium inire licuisse, vel sine teste affirmare ausim; denique gentiliciae condicionis abiectio liberos Gallicos Italicosve cives per se satis a coniunctionibus cum servilibus Sarmatis absterruerit, quod non aequè de ceteris Sarmatis in provincias receptis, non Gentilibus factis, dici poterit. quid quod Cassiodorus²⁹ gentilibus possessoribus Saviensibus cum

²⁸) Secundus in a. 368., tertius in a. 370., quartus in a. 373. incidit.

²⁹) Cassiod. Var. V. 14. in epist. Theodorici regis qua Severianum tributis per Saviam possessoribus imponendis praeficit: „Antiqui

Romanis mulieribus connubium fuisse testari videatur? attamen si quis illam constitutionem, ab initio non nisi certis locis temporibusque destinata, postquam in Theodosianum codicem recepta est, generalem vim accepisse et ad Gentiles quoque sub praefectis merentes trahendam fuisse contendat, per me ei licebit, neque ullum nupturientium par iam flebit „Ni nos divideret“. Interpretationi nostrae favent etiam Eupapius³⁰ et Claudianus³¹, nec obstat Prudentius³². Iam missa

barbari qui Romanis mulieribus elegerint nuptiali foedere sociari, quo libet titulo praedia quaesiverint, fiscum possessi cespitis persolvere ac super indicticiis oneribus parere cogantur. .“.

³⁰) Qui in exc. ex ed. Bonn. p. 53. sq. ad a. 392. de Fravitta Gotthorum („των Σχυθων“) Romanis favente duce refert: Φράβιδος . . . γυναικα οὖν ἤτησε Ῥωμαίων . . . καὶ ὁ βασιλεὺς (Theodosius) ἐπέτρεψε τὸν γάμον (connubium ei dedit), καὶ ὁ πατὴρ τῆς κόρης (ἐτρέφετο γὰρ ὑπὸ πατρὶ) καὶ τὸ πρᾶγμα ἐθαύμασε, μακάριον ἑαυτὸν ὑπολαμβάνων, εἰ τοιοῦτον ἔξει γαμβρόν“. ³¹) Claudian. bell. Gild. γγ. 188.

sqq. atrocem sub Gildone tyranno rerum statum eversa que iura describens :

„ nec damna pudoris
Turpia sufficiunt: Mauris clarissima quaeque
Fastidita [satis a Gildone stuprata] datur; media Carthagine ductae
Barbara Sidoniae subeunt connubia matres;
Aethiopem nobis generum, Nasamona maritum
Ingerit; exterret cunabula discolor infans“.

³²) Prudentius contra Symm. lib. II. ut omnium gentium concordiam verae religionis amore contrahi, unamque mentem „implicitas gentes sociare“ debere ostendat, γγ. 599 sqq. eum rerum statum quem sibi finxit, non qui re vera obtineret, (ut perperam Gothofredus cum sequacium manu, ipse non immerito Alciati [Parerg I. 13.] explicationem L. un. cit. abiciens sumpsit) sic describit:

„Miscibat Bellona furens mortalia cuncta
Armabatque feras in vulnera mutua dextras.
Hanc fraenaturus rabiem deus undique gentes
Inclinare caput docuit sub legibus hisdem
Romanosque omnes fieri quos Rhenus et Ister,
Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Iberus,
Corniger Hesperidum quos interlabitur et quos
Ganges alit, tepidique lavant septem ostia Nili.
Ius fecit commune pares et nomine eodem

dubia lege alias ad argumentum nostrum pertinentes proferamus duas (tertia enim, L. 12. Th. C. de veteranis, a. 400. emissa supra p. 1058*. sq. repetita est), sed quae ambae recentiores quam haec Notitia, neque ad Gallias Italiamve, sed ad Gentiles per Africanos limites distributos spectant: L. 62. Th. C. de appellationibus XI. 30.

IMP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. AD DIOTHEVE PROCONSULEN AFRICAE. In negotiis quae ex appellatione descendunt, veterem consuetudinem volumus custodiri, illud addentes ut si quando a Gentilibus vel a Praefectis eorum fuisset interposita provocatio, sacrum sollemniter, hoc est proconsularis cognitionis, praestoletur examen. DAT. XI. KAL. AVG. RAVENNA. STILICONE II. ET ANTHEMIO COSS. [a. 405.]

L. 1. Th. C. de terris limitaneis VII. 15. :

IMP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GAUDENTIO VICARIO AFRICAE. Terrarum spatia quae Gentilibus propter curam munitionemque limitis atque fossati antiquorum humana fuerant provisione concessa, quoniam compertimus aliquos retinere, si eorum cupiditate vel desiderio retineantur, circa curam fossati tuitionemque limitis studio vel labore noverint servandum, ut illi quos huic operi antiquitas deputerat. alioquin sciant haec spatia vel ad Gentiles, si potuerint inveniri, vel certe ad veteranos esse non immerito transferenda, ut hac provisione servata fossati limitisque nulla in parte timoris esse possit suspicio. DAT. III. KAL. MAII. RAVENNA. HONORIO VIII. ET THEODOSIO III. AA. COSS. [a. 409.]

Ex his ipsis legibus propriam Gentilium condicionem in limitaneam militiam transire inque ea, diu post in orientali-bus imperii partibus retenta, ibique nec hodie omnino abolita, quasi submergi videmus, dum contra utraque extincto

Nexuit et domitos fraterna in vincla redegit;
 Vivitur omnigenis in partibus haud secus ac si
 Cives congenitos concludat moenibus unis
 Urbs patria atque omnes lare conciliemur avito;
 Distantes regione plagae divisaque ponto
 Litora conveniunt nunc per vadimonia ad unum,
 Et commune forum nunc per commercia et artes
 Ad coetum celebrem, nunc per genitalia fulcra
 Externi ad ius connubii, nam sanguine mixto
 Textitur alternis ex gentibus una propago.
 Hoc actum est tantis successibus atque triumphis
 Romani imperii: Christo iam tum venienti,
 Crede, parata via est“

per occidentem Romanorum imperio plane evanuit: Sarmatae enim, sive coloni sive Gentiles proprie dicendi, quot quot post Germanicorum populorum invasiones ante quintum saeculum peractum superfuerint, Germanorum aut servi aut certe subditi sine omni *αὐτονομία* iure facti sunt, et emorituri omnino suarum gentium proprium ingenium sensim exuerant. Longe aliud de Lætis et de Germanicis militibus rusticis limitaneisque dicendum esse mihi videtur ³³, qui, ut popularibus suis haud exiguam adliciendi vim habuerint, ita recentis ac renovatae vitae pretium, dubium illud, rudioribus fratribus persolverunt, ut expolitioris cultiorisque vitae artes eos docerent. nam et alias quidem causas sed et hanc quoque effecisse, ut brevi tempore Germanorum populi, postquam multum illi et terris iactati et alto vi superum sedes sibi in solo antea Romanorum imperio subacto, recuperaverant, natura quasi linguaque suis depositis Romanicas induerent, iam satis indicasse spero. Caesar cum ab legatis Remorum de Belgis quaereret, „sic reperiebat: plerosque Belgas esse ortos ab Germanis Rhenumque antiquitus transductos propter loci fertilitatem ibi conseq̄isse Gallosque, qui ea loca incolebant, expulisse, solosque esse qui, patrum nostrorum memoria, omni Gallia vexata Teutonos Cimbrisque intra fines suos ingredi prohibuerint“. (B. G. II. 4.) Ita tandem post V saecula ab Germanis orti Teutonorum Cimbrorumque posterioribus viam monstraverunt, qua Rhenum transducti etiam fretum Herculeum traicerent.

Postquam ut potuimus, qui Læti quique Gentiles fuissent, exposuimus, in quibus locis secundum hanc Notitiam sedissent, videndum est.

³³) Quod Rambachius suae de Lætis disputationi hunc finem imposuit „Extincto imperio occ. cessasse Laetos, totumque hoc institutum, quilibet me quoque non monente animadvertet“, in eum errorem incidit, quia totum Lætorum „institutum“ a Romanis inventum fuisse opinatus est. Neque radices neque summitates exoticae plantae cognoverat.

— γγ. 25. sq.] *letorum* hic et in sqq. € — *Teutonitiorum* €. Pancirol. „Teutoniciani vero sunt nuncupati, quia Teutonicis mixti erant⁴. Utinam verbis suis sanum sensum miscuisset scriptor. Teutoniciani aut ex Saxonico populo qui ex prioribus sedibus suis meridiem versus in Batavorum fines navibus olim descenderat, desumptos fuisse, ut a Teutonibus (Zeuss. p.146. sqq.) pariter ac Liticianos apud Iornandem ab ipsis Litis appellatos supra legimus, nomen gessissent, aliis fortasse videbitur*; equidem vero magis crediderim sive Batavos sive Francos fuisse, quibus cum primum Lætos reciperent Romani, ab adspetus feritate et saevitate Teutonitiorum vocabulum inusserunt, ut cum trucibus istis Teutonicibus qui cum Cimbris immanem quondam terrorem Romanis iniecerant, quorumque furor, ut apud nos post bellum tricennale Suecicus, diu in proverbium abierat, Romana iactantia illos compararet. Itaque et nomen et quod primo loco recensentur hi Teutoniciani, facit ut eos antiquissimos omnium habeam. atque iam *Cimbrianos* quoque, auxiliares Cimbrianis in Moesia II. constitutos (Not. Or. p. 102. num. 9.) pari modo explicandos esse opinor, ut milites loco, non locus militibus, quod in annotatione (p.466. not. 32.) posui, nomen dedisse censendi sint; et pari modo *Cimbrianos* qui inter legiones palatinas Not. Occ. p. 24*. γ. 4., p. 38*. γ. 13. recensentur, explicandos esse censeo. — *Carnunto* €(?)dreff et Du Fresne atque Bouquetius, *Carnuta* aa, et sic sive *Carnutas* legendum esse videtur; nam n, quam hoc nomen, non confundendum cum Pannonico *Carnunto*, omnino non admittit, ex hac scriptura *carnūta* enatam esse non dubito. Parum idoneam coniecturam in comm. ad Not. Or. p. 202. not. 28. me fecisse fa-

*) Simile quid voluit Al. Wilthemius, cum (p. 62. Luciliburgensium a Neyeno editor.) daret: „Et Teutonicianorum quidem intra fines Atuaticorum, qui ut comm. II. Caesar: ex Cimbris, Teutonicisque *magnae Germaniae populis*, prognati, nunc Hasbaniae partem colunt, dicti ob linguae Germanicae usum a Leodiensibus *les Tichons*“.

teor, Cornutos ab hac Gallica civitate, quam Paulinus Petricord. vit. Martini IV. §. 255. (Patrol. ed. Migne LXI. p. 1042.) sic describit „Carnotina iacent patulis qua moenia campis“, hod. *Chartres* (dép. *Eure et Loire*, Cannab. *Frankr.* p.484.sq.), nomen habuisse. quod vel ex hac una caussa non facere, neque Carnutos cum Brachiatis saepe coniunctos legi scribere debebam, quod auxilii vocabulum ubique per *o*, non per *a*, scriptum reperitur. redeo igitur ad eam explicationem aut a cornuta galea sive casside, aut ab horum auxiliatorum ad cornua in acie loco nominatos eos fuisse. Carnutarum (s. Carnutum, Carnutorumve, qui Carnutinorum nomen ap. Plut. Caes. 25. gerunt; cf. comm. ad Not. Or. l. c.) oppida Ptol. II. 7(8). duo, *Ἀντιόχον* et *Κήρυβον* recenset, quorum hoc *Orléans*, illud *Chartres* esse constat. nomen a fluvio *Autura* s. *Audura* (*Eure*) habuit. cf. Vales. Not. G. p. 128., D'Anvill. p. 132. In Notit. Galliarum *Civitas Carnotum* vocatur; *Carnotena civitas* ap. Sulpic. Sev. dial. III.2., *Carnotena urbs* ap. Greg. Tur. Vit. Patr. c.19. n. 1.; Tab. Peut. I. B. habet: „Mitrucum [l. Autricum]. XIII. Durocassio (*Dreux*). X. Condate (*Condé sur Iton*)“. Ut permultis aliis locis factum esse videmus, hoc quoque oppidum quarto saeculo pro suo veteri Celtico nomine populi sui nomen accepit. Cf. etiam Mannert. II. 1. ed. II. p.170. sq., Ukert. II. 2. p. 480. — *Lugdonensi* $\mathfrak{A}\mathfrak{B}$, *lugdunensi* \mathfrak{C} , *Lugdunensis* $\mathfrak{D}\mathfrak{E}$. Cf. supra p. 495*. ad p. 72*. §§. 19...21.

— §§. 27. sqq.] *Batavorum*. cf. ad Not. Or. p. 192. sq. not. 39. et ad Not. Occ. p. 227*. med. et p. 911*. sq. ad p. 114*. §§. 6. sq. — *et et gentilium* \mathfrak{E} . Pancirolus: „Duobus his in locis [Baio-cassibus et Constantiae] ex diuersis gentibus collecti hi milites sub uno Praefecto stativa habebant“. et sane hic ut sequentibus numeris 3. et 12. idem et *Lætis* et *Gentilibus* praefectus fuisse videtur, nisi forte *Praefecturae* scriptum fuit ubi nunc *Praefectus* codicibus exhibetur, quo utroque vocabulo fere promiscuo maxime Notitia Orientis, ut nunc codices se habent, usa esse videtur. — De *Suevis*, quorum non nisi hoc capite inter gentilium numeros ter mentio facta est (nam p.

seq. γ. 19. nomen excidit), ad ea quae supra p. 1082*. sqq. diximus, hic pauca ex Wackernagelio * subiungere liceat. — *Baiocas* omnes. *Civitas Baiocassium* secunda inter VII Lugd. II. est in Not. Galliarum, *civitas Constantia* septima. Pancirol. „Baio-
censium civitas a Ptolomaeo statuitur ad Sequanam [immo, *Οὐνελιοκάσιοι*, a Baiocassibus diversi, cum oppido Ratomago (*Rouen*) ad Sequanam collocantur a Ptol. II. 7(8.); *Baiocas-*
ses vocat Ausonius [Profess. IV. 7. de Attio Patera

„Tu Baiocassi [Vinet. Baiocassis,] stirpe Druidarum satus“,
Baiocas Sidonius [Ep. IV. 18. „praedia Baiocassina“], vulgo
Baicus [*Baïeus*]“. Ad Sidonii locum Savaro P. Pithoei Advers.
I. 3. citavit, et Oros. VI. 7. 11. [„Velocasses“]. Greg. Tur. Hist.
Fr. V. 27. („Baiocassini, Saxones Baiocassinus“), X. 9. („Baio-
cassinus Saxones iuxta ritum Britannorum tonsos atque cultu
vestimenti compositos“), de vita S. Mart. II. 53. („Baiocassen-
sis civis“), IV. 22. („incola Baiocassinus“), Hist. IX. 13. („Baio-
cassino pontifice“), et *Baiocas* in catal. metropoleōn et Usu-
ardo prid. Id. Sept. et Kal. Nov. nec non Aimoino V. 4. De Baio-
cassium populo controversiae me non immisceo, de oppido
satis constat esse hod. episcopale oppidum *Bayeux* s. *Baïeux*
(*dép^t. Calvados*, Cannab. *Frhr.* p. 393.). Videsis Vales. p. 73. sq.
(qui in quibusdam nummis quoque *Baiocas* quarto casu aut
certe nomine indeclinabili legi observavit; quarum sententia-

) Diss. supra p. 1054. not. 43. cit., ubi p. 259. sq. post versus ex
Schmelleri *Baier. WB.* III. 524. repetitos, quibus Suevorum, Francorum
et Baioariorum origo ardeae stercorei tribuitur, exponit Suevos signifi-
care dormitabundos, segnes, inertes, quod mire cum Lætorum signifi-
catione convenit. Verba eius sunt: „Es lässt sich der eigennamen der
Schwaben (Suevi, *Σουῆβοι*) nur mit der wurzel sviban, altn. sofa svaf
sváfum sofinn d. h. schlafen, in verbinding bringen, ähnlich wie corher
inertes ac stulti Cherusci. der kern der Sueten waren die Semnonen:
ihr name scheint mit ableitendem n wie das altn. svelhan, altn. svefn
schlaf, mit beseitigung des v wie das altn. sef, ich schlaf, und mit einer
assimilation von bn in mn wie das lat. somnus (gr. ὕπνος) und wie in
Dulgubini *Δουλογούμιοι*, von eben derselben wurzel herzuführen...“.

rum priorem comprobem), Cellar. I. p. 162. §. LXV., D'Anvill. p. 139. sq., Mannert. II. 1. p. 157., Ukert. II. 2. p. 488. — *Constantinae* B. De hac civitate, hod. *Coutances*, quae dicenda habui, dixi supra p. 830*. sq. ad p. 107*. §. 9. — *Lugdunensis* A, *Lugdunensi* B, *Lugdunensi secunde* C. Cf. p. 495*. ad p. 72*. §§. 19...21.

PAG. 120*. §. 1.] Lacunae indicium nullus codex s. scriptus s. impressus exhibet, neque quisquam quem sciam, aliquid excidisse ante editionem meam observaverat. *Bataavorum* et excidisse fere certum esse dixerim.

— §. 2.] Hoc quoque loco non solum lacunae indicium codices nullum praebent, sed editi etiam vocabulum *et*, quod mss. praebent (de uno A incertus sum), eiecerunt, temere. apertum est, ex iis quae proxime praecesserunt, nomen oppidi excidisse, quod fortasse *Turones* (*Tours, dép. Indre et Loire*, Cannabich. *Frkr.* p. 468.) fuisse iam olim coniectavi. nam Pancirolianum est hoc: „Vetus codex legit *Suevorum et cenomannos*, forte *cenomannorum*“. Turonum nomen maxime arripet non tam quia id oppidum Lugdunensis III. metropolis fuit, ut et in Not. provv. Gall. legitur, quam propter loci situm et veterum Turonensium vicorum vocabula, quorum non nulla non Celticae Aquitanicaeve, sed Germanicae originis sunt, quod non intellexit Valesius qui p. 371. sqq. partem eorum collegit.

— §. 3.] *Cenomannos* ABCD; pro *cenomannos* librarius vidit *cenomannos*), *Cenomannis* aa. Aulercorum s. Aulerciorum, celebris Celtici populi partem efficiebant Cenomanni, qui, *Ἀνλίρριοι οἱ Κενομανοί*, inter Andecavos et Namnetas sedentes, *Οὐίνδινον* oppidum, quod deinde Cenomanorum ipsum, in hodierna *Mans*, metropoli praefecturae Sartae (*de la Sarthe*) (*Cannab. Frkr.* p. 460.) superstes nomen a populi vocabulo accepit, habebant; altera pars erant Ebuovices, Eburones Caes. B. G. VII. 75., *Ἀνλίρριοι Ἐβουραῖκοι* Ptol. II. 7 (8.), cum oppido *Μεδιολανίω*, cui postea similiter Ebuovicibus, *Évreux*, nomen inditum est; *Diablintes* simpliciter ab aliis scriptoribus, *Diablindi* a Plin. H. N. IV. 18. sect. 32. vocati, Ptolemaeo

Ἀυλίρριοι οἱ Διαβλίται sunt, ὧν πόλις *Νοιόδωνον*, (Tab. Peut. l. c. *Nudionnum*) quae item *Diablintes*, *Jublent*, hod. *Jubleins* s. *Jublains* (*dépt. Mayenne*) inde a quarto saeculo dicebatur; de *Aulercis Brannovicibus* *Caes. l. c.*, alibi non memoratis, expositio huius loci non est (cf. *D'Anvill. p. 129.*). De *Cenomano-*rum populo memorabiles loci sunt ap. *Polyb. II. 17. 23. 32.* (*Γονομάνοι*) 24. (*Κενομάνοι*), *Caes. l. c. **, *Liv. V. 35. XXI. 55. XXXI. 10. XXXII. 30. XXXIII. 23. XXXIX. 3.* (*Cenomani*), *Strab. V. 216.* (ed. *Almel. p. 330.*) *Κενομάνοι*, *Plin. H. N. IV. 18. sect. 32. cf. III. 19. sect. 23.* (*Cenomani*), *Ptol. I. c. **.* Oppidum *Ουίνδινον* apud *Ptol.*, ubi cum *Vales. Not. Gall. p. 64.* et *D'Anvill. p. 621.* duplicata ζ in fine voc. πόλις *Σουίνδινον* legendum esse mihi quoque videtur, ut *Sub dinnum* est in *Tab. Peut. I. B.* Populi nomen, ut in hac *Notitia*, etiam apud recentiores scriptores civitas habet: *Civitas Cenomanorum* in *Not. provv. Gall., Cenomannica urbs* ap. *Venant. Fortun. in vita s. Mauril. c. 20.* et *Gregor. Tur. H. Fr. VI. 36.*, *Cenomannis civitas* id. *II. 42.*, incolae *Cenomannici* ap. eund. multis ll. Vid. etiam *Cellar. I. p. 164. sq. §. LXX.*, *Mannert. II. 1. p. 164.*, *Ukert. II. 2. p. 481.*, *Zeuss. p. 166. sqq. 204. sq. — Lugdonensis A, Lugdunē tertie C.*

— $\gamma\delta$. 4. sq.] *Francorum Alae Not. Or. p. 76. \gamma. 9.*, p. 85. γ . 18., p. 93. γ . 23. et *Cohors ib. p. 77. \gamma. 7.*, *Salii etiam ib. p. 19. \gamma. 23.* et *Not. Occ. p. 24*. \gamma. 25.*, p. 35*. γ . 16., p. 37. γ . 25. memorantur. *Scriptoribus in comm. ad Not. Or. p. 332. not. 63. cita-*

*) *Cenimagni* *Britanniae* ap. eund. *V. 21.* procul dubio corruptum vocabulum est.

**) Ad quem *D'Anvill. Not. d. l. G. p. 130.* „*Mais, il y a une transposition de sa part à ranger les Cenomani au nord des Ebuovices. Il sembloit permis de leur attribuer dans les cartes le diocèse du Mans dans son entier, avant que l'on fût instruit que les Diablintes, et de plus les Arvii, occupoient une partie de ce diocèse. Ces cités n'ayant point été pourvues d'évêques particuliers, les évêques du Mans ont étendu leur sollicitude pastorale à ces territoires... C'est ainsi que les limites du diocèse du Mans ont été agrandis au-delà de ce qu'avoient possédé les Cenomani*“.

tis imprimis iam adde Zeuss. p. 325. sqq. et I. Grimm. *Gesch. d. d. Spr.* p. 512. sqq. De Constantio Eumenius in paneg. Constantino dict. c. 5. „terram Bataviam sub ipso quondam alumno suo [Carausio] a diversis Francorum gentibus occupatam, omni hoste purgavit, nec contentus vicisse, ipsas in Romanas translulit nationes, ut non solum arma, sed etiam feritatem ponere cogerentur“. De Francis quos Iulianus Caesar a. 368. „dedentes se cum opibus liberisque suscepit“, Ammian. XVII. 8.; et a. 369. ipse Iulianus (epist. ad Athen. p. 280. ed. Spanh.) „ὑπεδέξαμην“ inquit „μὲν μύτραν τοῦ Σαλίῳν ἔθρους“, et paullo post „ἐκ δυοῖν ἀγῶνοι καὶ μιᾶς πολιτορκίας χιλίους ἐξελῶν ἐξώγησα· οὐ τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν, ἀνδρας δὲ ἡβῶντας“. cf. Liban. epitaph. in Iulian. ed. Reisk. I. p. 546. „ὥστ' ἡξίου μετοικεῖν καὶ μέρος εἶναι τῆς αὐτοῦ βασιλείας καὶ γῆν ἦτον καὶ ἐλάμβανον καὶ βαρβάρους ἐπὶ βαρβάρους ἐχρήτου“. cf. Zosim. III. 6. et contra eos qui hos scriptores omnes de eadem Iuliani expeditione ac victoria interpretati sunt, ut Gibbo (c. 19.) et nuper etiam Zumpt. p. 28., vide tum Zeuss. p. 330. sqq., tum H. Mülleri *L. Sal.* p. 87. sqq. et Sybel. p. 20. Sulpicii Severi de Francis locum ap. Greg. Tur. exhibuimus supra p. 592*. sqq. cf. Hist. Franc. epit. c. 2. sqq. De his Francis, ut aliis quoque temporibus in provincias Rom. receptis, Lætos eos factos esse, ut nunc condicio huius litteraturæ est, neque qui affirmant, neque qui negant, fidem facere possunt. Multa quidem sine sano sensu Pancirolus quidem olim scripsit, sed quod in eius comm. legitur: „Franci erant Germaniæ populi, qui Retiam incolebant, et demum Gallias occuparunt, ex quibus hi milites sunt lecti“, libenter operis tribuerem, ut pro *Belgicam* dedissent *Retiam*, nisi Pancirolus non indignum esset, Francos cum Franconibus orientalibus confundere hosque Raetiis adscribere. — *Rhedonas* aa. Rhedones ap. Caes. memoratos vide supra p. 819*. et ita etiam ap. Plin. H. N. IV. 18. sect. 32. scripti sunt. Ptol. 7(8). ἕφ' οὓς (Ἀυλικίους Ἐβουραϊκοῦς) παρὰ μὲν τὸν Αἰγείρα ποταμὸν Πρήδονες [edd. Πήδονες, al. Πηῖδονες, Πιῖδονες], ὧν πόλις Κορδάται [al. Κορδάται rectius, al. Κορ-

τάδε]⁴. *Condate* habent etiam It. Ant. p. 386. sq. et Tab. Peut. I. B, quod Celticum nomen etiam alia Gallica oppida et Britannicum gesserunt; Valesius p. 467. Confluentes significare affirmat: „est enim haec urbs posita ad confluentem fluvii cuiusdam ignobilis *Lilae* vel *Illae* [vel *Isolae*] (*Lile*) [*Ille*] et *Vicinoniae* [*Vilaine*]⁴. contra dicit D'Anvill. p. 236.: „*c'est plutôt ce qu'on entend par cuneus, coin*⁴. In Not. provv. Gall. est *civitas Redonum*, neque *Redonae*, ut post Valesium recentiores multi opinantur, sed *Redones* primus casus est, unde quartum *Redonas* haec Not. imp. habet. *Rhedonicam urbem* appellat Greg. Tur. H. F. X. 9. Primum populi nomen capitali oppido imponit haec Notitia, e quo hod. *Rennes* superest, caput praefecturae Illae *Vicinoniae*que (Cannab. *Frkr.* p. 406.). Vid. Cellar. I. p. 160. §. LXII., D'Anvill. p. 235. sq., Mannert. II. 1. p. 162., Ukert. II. 2. p. 482. — *tertia*] III. C, *tercia* D.

Ante γ. 6. Pancirolus in commentario, item Du Chesne et Bouquetius rubricam *In Prouincia Belgica Prima et Secunda* posuerunt. sed cf. quae ad superiores γγ. 23. 24. annotavimus.

— γγ. 6. sq.] *Lingonentium* mss. non *Lingones*, sed *Lingonenses* hi *Læti* fuerunt. cf. p. 1062*. *Lingonas* memorant Caes. B. G. I. 26. 40. IV. 10. VI. 44. VII. 9., Strab. IV. p. 193. 208. (ed. Almel. p. 295. 319.) *Λιγγωνες*. et IV. p. 186. (ed. Alm. p. 286.) „ῥῆξί δὲ καὶ ὁ Ἄραρ ἐκ τῶν Ἄλπεων, ὀριζῶν Σηκοανούς τε καὶ Αἰδοῦϊούς καὶ Λιγκασιούς⁴. Plin. H. N. IV. 17. sect. 31. „*Lingones foederati*⁴. Tac. Hist. I. 53. sqq. 78. „*Otho . . . Lingonibus universis civitatem Rom. dedit*⁴. II. 27. IV. 67. 69. 76. sq. cf. Liv. V. 35. Ptol. II. 8 (9). „ὑπὸ δὲ τούτους (*Rauricos*) καὶ τοὺς *Λευκοὺς παρήκουσι Λόγγωνες* [*Λόγγωνες* edd.], ὧν πάλις *Ἀνδομάτουνον* [*Ἀνδομάτουνον* edd.]⁴. It. Ant. p. 385. sq. „*Andematunno*⁴, Tab. Peut. I. C „*Andemantunno*⁴. Ap. Frontia. Stratagem. IV. 3, 14. „*Lingonum opulentissima civitas*⁴. Gregor. Tur. eam populi nomine, *Lingonas*, nominare solet, ut iam Eutrop. IX. 15. habet. Laudat

„. . . *Lingonico sudatas vomere messes*⁴

Claudian. de cons. Stil. III. γ. 94. In Not. provv. Gall. inter *Lugdu-*

nensis Primae quinque civitates tertio loco *Civitas Lingonum* enumeratur, neque alii provinciae eandem etiam hanc Notitiam adscripturam fuisse, ut Plinius ac Ptolemaeus eam Galliae Belgicae, et recte quidem, cum eorum aetate Gallia nondum in XVII provincias dispersita esset, adscripserunt, hic locus indicat: Leucorum ager, sive territoria Tullense ac Nasienne Belgicae primae, Lingonensesque (*le Langrois*) confines sunt, et praefectura horum Lætorum Andematuni sive Lingonibus (*Langres, dépt. Haute Marne, Cannab. Frkr. p.250.*) fuisse potest, quamvis læticae terrae circa Mosae fl. ostia Nasium (*Nancy*) Tullumque versus iacuerint. quid? quod Caes. IV. 10. cit. „Mosa“, inquit „profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum“. et Lucanus quoque Phars. I. ꝥ. 397. sq.

„Castraque quo Vogesi curvam super ardua rupem
Pugnaces pictis cobibebant Lingonas armis“.

Latus eas terras extensas fuisse Bucherius p. 494. scripsit: „*per diversa dispersorum Belgicae Primae.* puta per Mediomatrices, Verodunos, et Leucos“. De Lingonibus, populo eorumque oppido videantur Savaro ad Sid. Apoll. IX. 10., Vales. p. 278. sqq., Cellar. I. p. 233. sq. §§. LV. sq., D'Anvill. p. 417., *Hist. de l'Acad. des Inserr.* IX. p. 140., Mannert. II. 1. p. 231., Ukert. II. 2. p. 353. 504. De Cohortibus Lingonum ad p. 113*. ꝥ. 23. disputavimus. — *diversas* €. *diversa*, i. e. loca. — *dispersorum*] Quis non in memoriam sibi revocaverit illud Taciti (Germ. 16.) „ne pati quidem inter se iunctas sedes. colunt discreti ac diversi“? sed non „ut fons, ut campus, ut nemus placuit“, sed ut campi eis annotatione assignati fuerant, ita Læti vicus locabant. In tanta veterum de Lætis testimoniorum penuria ne talis quidem indicatiuncula, qualem haec tria verba *per div. disp.* praebent, spernenda esse videtur. contra recte eiusmodi hodie spernuntur, quales legimus apud Wilthem. p. 65. de eo qui Lucilimburgi vocabulum, quod totum Germanicum esse constat (*Lützelburg* = parvum castrum), quasi Læto-Lingoniburgum ab illis Lætis Lingonensibus deduci voluit. — *Belgicae Primae*]. Vide supra p. 486*. sq. ad p. 72. ꝥ. 8.

— ꝥꝥ. 8. sq.] *Actorum* (sive *actorum*) mss. et editi omnes, nisi quod Pancirolus in comm. *Astorum* dedit, quod vocabulum sic explicandum ei visum est: „*Astae* Plutarcho in *Demetrio* est nomen regionis in Peloponneso; unde hi possent esse contracti“. statim ante dedit: „Hi ex Galliis, et *Astorum* Hispaniae oppido, quod nunc *Haudix* dicitur, erant collecti“. poterat *Astos* suos etiam pari iure ex India intra *Gangem* accersere: nihil enim maria montesve hominem morabantur; alias *Asta* Liguriaie Patavino scriptori propior fuit. Bucherius p. 494. *Actorum* repetit, sed, ut fuit cautus homo, cum explicare non posset, quasi explicatione nulla opus esset, sicco pede transiit. ita sagaciter siluit etiam *Zumptius* p. 64., sed non siluit *Al. Wilthemius*, cuius explicationi ne nimium honorem in margine eam repetendo * tribuam, valde vereor.

*) *Luciliburgens.* p. 64. „*Actis D. Gaugeric* *Camaracensis* *episcopi* ... ita traditum: *Gaugericum* in *Eposio* castro natum.. Tum ita de patria scriptum: „Cumque *Provincia* ipsa *Etaster* [ab *Auster*? ut ap. *Gregor. Tur.* et in *Fredegar.* saepius legitur] memoratus, ad *Pontificem Treviris* *Civitatis*, ad doctrinam *Christi* aspiciere videretur, contigit.., ut ipse *Pontifex* ... *parochiam* *circuiret*“. En *Eposium* *Castrum*, in *Provincia* *Etaster*. Quam legerim lubens *Laetaster*, *librariosque* *culpem*, qui liquidam vocabulo *Etaster* praefigere neglexerint. Feramus tamen paulisper, quod modo legitur *Etaster*. At quae illa *Provincia* *Etaster*, te quaeso, nisi *Astorum* [addimus: at quae illa *Provincia* *Astorum*, nisi apud *Pancirolum* et *Wilthemium*]? Ita tamen ut vox *Etaster* non una sit, sed partibus composita; et partium quidem prior vulnus in fronte acceperit, a malis librariis, uti dictum, liquida *L* rescissa, quae si adesset, *Laetos* sonaret, altera parte sonante *Astos*, unde compositum *Provinciae* nomen, *Laetaster*, quasi *Laetorum aster*. At aversare asperitatem insolentiamque vocabuli *Aster*. Ubi ergo *Iber*? ubi *Elaver*? quid *tricamur*? Nunquid *Samiae* terrae genus est *aster*, ut tradit *Plinius*? Non aequè quam modicum terrae *Aster* dici digna est *Provincia*? et si exemplum exigis, regionum urbiumve, quorum complexum ex partibus nomen, habes *Catalaunos* et *Dnrcatalaunos*, *Brivam* et *Bri- vanisarim*, et id genus multa alia. Ita quoque *Aster* et *Laetaster*. *Dabis* ergo tandem, opinor, fuisse *Asterem*, quondam *Provinciae* nostrae

neque Rambachii (p. 23.) coniectatio, qui *Astenidum*, villam regiam ad Mosam fl. sitam, in capitulis Caroli calvi memoratam, postea *Satanacum* dictam, unde hod. nomen *Stenay s. Astenay* (*dép. de la Meuse*) superest, huc trahendam esse putavit („hic enim pagus forsitan Astorum patria fuit“), ullius momenti est. At vero iam iustam interpretationem me dare tu quidem exspectabis. noli te decipere: nam nisi *Aeduarum* (*Ædōrum*) pro *Actorum* legendum esse mecum censes, actum est de mea quoque sententia: multa quidem alia per hos XX annos illius vocabuli explicandi pericula feci, verum quod rectius esse videretur, non inveni: populi alicuius nomen sub v. *Actorum* latere nullum dubium habet; neque si quis *Bataavorum* h. quoque l. legendum esse suadeat, me contradicentem habebit; sed *Æduorum* propius ad istud *Actorum* accedit, et Aedui Lingonum vicini sunt et uterque populus saepissime iunctim memoratur, ut etiam huius ipsius capituli postremi qui supersunt versus *Lingonas* (*Langres*) et Au[gustodunum], Aeduarum civitatem, (*Autun*) cum praefecturis Sarmatarum Gentilium recensent; quibus ex caussis *Aeduarum* quam *Aduaticorum* (ut librarius litteras *uatic*, fortasse supra scriptas, excidere passus esset: nam *adorum* et *actorum* in mss. simillimam inter se formam habent), ex Cimbris Teutonisque prognatorum sec. Caes. B. G. II. 29., ideoque laeticæ conditioni aptissimorum, olim scriptum fuisse malim, cum imprimis etiam posterioris aetatis scriptoribus Aduaticorum

ad Carum sitam portionem, et in ea vicum Epoissum, seu Epusum, caput totius agri, huncque, ex quo Laeti eum colendum accepere, denominatum ab iis *Laetasterem*, eosque vicissim nomen ab ea invenisse, ut appellarentur Laeti Asti; qui illi sunt, quos Epoissi seu Epusi in patria sua, pro praesidio collocavit Libellus Notitiae. Nec novum, domi suae praesidiarios fuisse. Sic Laeti Nervii praesidium agitabant Fanomartis . . . Laeti Asti origine barbari, natione Belgae, gente Treviri, domo Etasteri, aut potius Laetasteri, conditione agricolae Romanorum, et ex agris pro vestri aliqua parte militiae adscripti, atque Epuso, praesidii causa impositi, salvete. Immo, *ἐκπορεύεσθε, φράσματα*.

nomen inusitatum sit, quod de fratribus Romanorum, Aeduis dico, inter Ararim Ligerimque, sive μεταξὺ τοῦ Σούβιος καὶ τοῦ Ἄρουρος secundum Strab. IV. 192., ed. Alm. p. 293.) sedentibus, non ita dicendum est. favent etiam opinioni nostrae Eumenii locus supra p. 1055*. exhibitus et totus fere in ipsa Augustoduno Constantino dictus panegyricus, e quo non nisi haec verba repeto: „. pater tuus civitatem Aeduorum voluit iacentem erigere perditamque recreare, non solum pecuniis ad calendaria largiendis et lavacris quae corruerant, exstruendis, sed ex metoocis undique transferendis, ut esset illa civitas provinciarum velut una mater“. . . „Habemus... et hominum numerum qui delati sunt, et agrorum modum, sed utrumque nequam, hominum segnitia terraeque perfidia. unde enim nobis Remus aut Nervius aut ipse ille de proximo Tricassinus ager aut arator, quorum reditus cum labore contendunt? quanquam merito quivis ignoscat ipsis cultoribus, quos piget laborare sine fructu: si quidem ager qui nunquam respondet impendiis, ex necessitate deseritur etiam inopia rusticianorum, quibus in aere alieno vacillantibus nec aquas deducere, nec silvas licuit excidere. ita quicquid olim fuerat tolerabilis soli, aut corruptum est paludibus aut sentibus impeditum...“. Tantum fere non expressit rhetor Lætos a Constantino in Aeduos receptos esse, sed regionem descripsit, ut non laetas quidem, sed læticas terras quasi perambulare tibi videaris. Simul autem, si hæc nostra interpretatio iusta videtur, eadem quod supra diximus, comprobat, hos Lætos Epuso in Treviris degentes non Aeduos ipsos natione, sed a sedibus suis quas in Aeduis olim agroque Augustodunensi habuerant, denominatos fuisse. — *Epuso omnes*. It. Ant. p. 365. sq. „a Durocortoro (*Reims*) Treveros usque leugas XCVIII sic: Vungo vicus [sec. D'Anvill. h. v. *Vonc près Attigny, Ardennes*; alii cum Valesio volunt *Vouziers*, item ad Axonam magis merid. versus situm oppid.] l. XXII. Epoisso l. XXII. Orolauno vicus [*Arlon*] l. XX. Andethannale vicus [*Nieder - Anwen*] l. XX. Treveros civitas l. XV.“ Eposium castrum nominat Gregor. Tur. H. Fr.

VIII. 15., *Evosium*, ut est in vita s. Gaugerici episc. Cameracensis, ubi Surius (12. Aug. p. 103.) Ivodio, cod. autem ms. Evosio utitur („Galliarum oppido dioecesis Trevirensis“), *Ivosium* s. *Yvosium* recentioribus, deinde *Yvois*, *Ivois*, Germanice *Ipsch*, hodie *Carignan* (dépt. des Ardennes, Cannab. Frkr. p. 226.) dicitur, postquam Ludovicus XIII. constituto ducatu Carinianensi oppidum cum territorio comiti Suessionensi e domo Sabaudica dedit. Iam Simlerus ad It. Ant. l. c. et Cluver. German. antiq. II. c. 14. p. 64. sq. rectum viderunt, item Bucher. p. 494., et Wilthemius p. 64. „Ivodium“ [quod nomen etiam in Gestis Trevir. habet] inquit „modo nuncupamus, nupero bello ante pacem Pyrenaeorum a nobis revulsam et Gallorum ditioni adiectam urbem, seu urbis potius ruinas [marescalcus enim Castilionaeus (*de Châtillon*) muros partemque oppidi a. 1662. destruxerat], cum agro opimo magis, quam amplo, ad Carum [*Chiers*] annem“. Vide etiam Bucher. p. 473., Vales. p. 189., Cellar. I. p. 262. §. CVIII., Bruz. la Mart. VI. p. 698. v. *Ivois*, D'Anvill. p. 291., Ukert. II. 1. p. 514.

— §§. 10. sq.] *Neruiū* (s. *Neruium* aa. Cf. supra p. 218*. ad p. 24*. §. 18. ibiq. citt. II. et p. 1062*. sqq. et de Cohortibus eorum vide p. 932*. sqq. ad p. 115*. §. 1. — *Fanomantis* omnes praeter Bouquet., sed et apud Du Chesn. in marg. *Fanomartis* legitur, quam scripturam iam Cluver. German. antiq. II. c. 22. vers. fin. ex Einhardo receperat. Hoc Fanum Martis esse hodiernum vicum *Fan* sive *Famars* prope Valentianas (*Valenciennes*) meridiem versus situm (dépt. du Nord, Cannab. Frkr. p. 216.), omnes viderunt, Cluver. I. c., Bucher. p. 255. 495., Vales. p. 192., Bruz. la Mart. h. v., D'Anvill. p. 295. sq. †, Mannert. II. 1.

†) E quo haec enotanda sunt: „On a trouvé des monumens de l'antiquité à Famars; et une colline qui est auprès du côté du nord, appelée le mont Ovis [le mont de Dis? aut le mont de Clovis?], et sur laquelle on croit reconnoître les vestiges d'anciens retranchemens, paroît avoir servi d'assiette à un camp romain, que la milice des Nerviens, dont parle la Not. de l'Emp., devoit occuper“. Cf. Bucher. I. c. „praefert castelli Romani ingentia firmissimaque etiamnum rudera... a nobis... visa excussaque: e quibus nummi plures eruuntur, a nobis itidem inspecti“.

ed. III. p. 136., Ukert. II. 2. p. 550., alii *. sed ante Herm. Müllerum (*Die lex Salica. Würzb. 1840. 8°. §. 6. p. 238. 253.*) nemo viderat idem Fanum Martis *κατὰ στοιχείον* verum esse *Dispargum* (*Disbarg*), de quo tot vanas coniecturas recentiores protulerant. de eo Gregor. Tur. H. Fr. II. 9.: „Ferunt etiam tunc Chlogionem utilem ac nobilissimum in gente sua regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in finibus Thoringorum [i. e. in Batavis: cf. Müller. p. 106. sq.]. in his autem partibus, i. e. ad meridionalem plagam, habitabant Romani usque ad Ligerim fluvium: ultra Ligerim vero Gothi dominabantur; Burgundiones quoque... habitabant trans Rhodanum... Chlogio autem missis exploratoribus ad urbem Camaracum [*Cambray, Kammerich*], perlustrata ipse secutus Romanos proterit...“. Facile Müllero, cuius cum sagacitate audacia certare solet, Dispargum cunas regni Francici fuisse concedo, et constat etiam, Fanum Martis cognominis Nervici pagi caput Valentinianasque ipsas vicum pagi Fanomartensis fuisse; nimium vero huic praefecto Lætorum Nerviorum Müllerus tribuit honorem, ubi (p. 41.) eum Praefectum Nerviorum, non adiecto Lætorum vocabulo, Francorumque regem in illius praefectura quasi successorem appellavit. — *Belgicae Secundae*] Vide p. 487*. ad p. 72*. γ. 9.

— γγ. 12. sq.] *Nemetacantium* mss. — *Atrebatibus* aar^{2,3,4,6,7}. et Wilthem. *Atrebatibus* Du Fresne. Nemetacum populi Atrabatium caput fuisse posteaque ipsius populi nomen accepisse constat. itaque hi Læti si non ab oppido, in cuius territorio sederunt, nomen gessissent, sed ipsi ex Atrabatium populo fuissent, non Nemetacenses, sed Atrabates ipsi dicendi fuissent, ideoque haec ipsa appellatio (ut in sqq. Contraginnensium et Lagenisium) hos Lætos circum Atrabatium oppidum sedisse probat, ante quam id populi nomine appellari coepit. frustra illa ultra-

*) Pancirolus hoc Fanum Martis, cum scriberet esse „apud schedam Volseri“, i. e. in Tab. Peut. I. A, confudit cum cognomine apud Osismios oppido.

que Nemetacensium Atrabatisque vocabula vexaverunt Valesium p. 51., Cellarium I. p. 307. sq. §. CXVIII. et Grignium (*Magas. encycl.* an. II. tom. V. p. 324.), Pancirolus autem ineptit sic: „Bataui seu Hollandi erant cum Nemetanis ex Germania I. delectis militibus permixti; unde Bataui Nemetacenses vocabantur“. Videamus primum de populo. hunc, Nerviorum finitimum, Caesar (B. G. II. 4. 16. 23. VII. 75.) Atrebates dicit, item Plin. H. N. IV. 17. sect. 31. et Oros. VI. 7. Ἀτρεβάτοι ap. Strabonem (IV. p. 194., ed. Alm. p. 296.), sed ibid. etiam Ἀτρεβατίων nomen habent. Ptol. II. 8(9). Ἀτρεβάτιοι, ὧν πόλις Ὀριγιάκων [alii codd. Μέτακον, alii Ριγιάκον, al. Ὀριγιάκον], sed eidem II. 2(3). Belgicorum Atrebatium fratres in Britannia Ἀτρεβάτιοι vocantur. Sidon. Apoll. carm. V. γγ. 213. sq.

„Pugnastis pariter Francis qua Cloio patentes
Atrebatum terras pervaserat“

Atrebatae oppidum ap. Hieronym. ep. ad Ageruch. 123. §. 16. scribitur; sed *Atrabaticis birris* ap. Vopisc. Carin. 20. habet Palat. cod., ubi *Atrabaticis* alii. (cf. Salmas. ad h. l. et ad Trebell. Gallienos c. 6. „Atrabaticis sagis et Suidas v. Ἀτραβατικάς.) Ita breves *a e i* promiscue positae sunt. Fines satis certi sunt, Ambiani, Morini, Nervii, Veromandui; in capitularibus regum Francorum pagus *Adertensis* et *Adertisus* nomen habet (cf. Monum. Germ. tom. I. Legum p. 359. 426.), postea *l'Artois*, cuius tamen partem D'Anvillius p. 110. monet Morinos olim tenuisse. cf. Cluver. II. c. 26., Bucher. p. 495., Cellar. I. p. 307., Vales. p. 50. sq., Mannert. II. 1. ed. II. p. 196., Ukert. II. 2. p. 379. — Venimus ad oppidum, non ad Ptolemaei Ὀριγιάκων, quod cum Cluvero Sanso, D'Anvillius, Ukertus contra Valesium, Mannertum aliosque oppidum *Orchies* regionis Duacensis (*dépt. du Nord*, cf. Cannab. *Frkr.* p. 218.) esse censent, sed ad *Νεμέτακον*, ut pro v. *Μέτακον* legendum et pro v. Ὀριγιάκων ap. Ptol. ponendum esse videtur, i. e. Nemetacum sive Atrabatesve, ut a quarto inde saeculo populi caput, hod. *Ar-ras*, Germanice Flandriceque *Atrecht*, dicitur, quod hodieque praefecturae freti Calesiensis metropolis est (Cannabich. *Frkr.*

p. 201. sq.). Vocabulum Celticum fanum s. locum sacrum ad aquam situm significare videtur. cf. supra p. 965*. ad p. 117*.

‡. 4. In Not. provv. Gall. inter Belgicae II. civitates XII *Civitas Atrebatum* [al. *Atrabatum, Atravatium, Atrebatensis*] quinta est. It. Ant. p. 377. sqq. quattuor per Nemetacenses vias habet: 1) „A Castello [Morinorum = *Cassel, dépt. du Nord*, cf. *Cannab. Frhr.* p. 220.] Colonia [*Köln*] M. P. CLXII. sic: Minariacum [prope *Estaire* ad Ligerim, *Leye* fl.] M. P. XI. Nemetacum M. P. XVIII. Camaracum [*Cambray*] M. P. XIII.“ et c. 2) „Item a Taruenna [*Térouanne* ad Ligerim, II fere mill. geogr. ab S. Omeri oppido, merid. vers. sita] Turnacum [*Tournay, Doornijk*] M. P. XLVIII. sic: Nemetacum M. P. XXII. Turnacum M. P. XXVII.“ 3) „Item a Taruenna Durocotorum [*Reims*] M. P. CIII. sic: Nemetacum M. P. XXII. Camaracum M. P. XIII. Augusta Veromanduorum [*St. Quentin*] M. P. XVIII. Contra Aginnum [cf. ‡. sq.] M. P. XIII. Augusta Suessonum [*Soissons*] M. P. XII. [al. XIII., ap. Wessel. per error. XIII]“. 4) „Item per compendium a Nemetaco Samarobrivam M. P. XVI.“ Tab. Peut. I. A, B. „Tervanna. XXII. Nemetaco. XIII.“ (Erravit Cluver. l. c. cum Tabulae alteram viam a Tervanna Samarobrivam, *Aniens*, adscriberet.) *Nemetocenna* Hirtio de B. G. VIII. 47. 52. memorata, nisi vocabulum corruptum est (Oudend. has variantes adnotavit: *Nemetocernae, Nemetocennae, Nemetocenuae, Nemetocenae*), alia eiusdem nominis forma esse videtur, ut contra Cluverium cum Simlero, Bucherio Nemetaci nato, Valesio, Cellario, D'Anvillio, Mannerto et Ukerto ad Nemetacum sive Atrebatum referamus. Etiam ex hoc Notitiae loco, qui Belgicam Secundam Romanis militibus plenam ostendit, cum tamen ex Hieronymo (p. 961*. ad p. 116*.) a. 407. Remos Atrebatasque et alias Belgicae II. civitates „in Germaniam translatas“ i. e. a Transrhenanis barbaris occupatas esse constet, colligitur quantum a vera de aetate libri sententia aberraverint, qui recentiorem eum esse voluerunt.

— ‡. 14. sqq.] omittuntur aa. *Prepositus* r². — *Contraginnentium* A D, *Contraginentium* C, *Contragumentium* E,

Contraginensium editi. Ut dedimus, habet §. It. Ant. p. 379. paullo ante exhibuimus. Tab. Peut. locum non habet, ut falso Ukert. II. 2. p. 538. not. 70. affirmavit. hic Notitiae locus et It. Ant. l. c. unica de oppido testimonia sunt, quod ex hoc apparet cum situ hodierni oppidi *Chauny* ad *Isaram* (*Oise*) fl. praefecturae *Axonensis* (*de l'Aisne*) convenire. recentiores *Calnacum* s. *Calniacum* appellaverunt. cf. Bucher. p. 495., Vales. p. 156., Wessel. ad It. Ant. l. c., Rambach. p. 24., Ukert. l. c. Sed D'Anvill. p. 244. sic habet: „*les vestiges de l'ancienne voie, sous le nom de chaussée de Brunehaut, dont l'alignement à partir de S. Quentin, traverse la rivière d'Oise près d'un lieu nommé Condran, et continue sur la même direction jusqu'au bord de l'Aisne, un peu au-dessous de Soissons, et vers l'endroit où il y a un bac établi sur cette rivière. Ce qu'il y a d'espace entre les points de Soissons et de S. Quentin, est déterminé par des opérations trigonométriques, entre 27 et 28000 toises, ce qui n'admet que 24 à 25 lieues gauloises. On ne sauroit douter que le lieu de Condran ne se rapporte à la position de Contra Aginnum, et je suis informé qu'il y reste quelques vestiges d'un ancien pont. Sa distance de Soissons, qui est d'environ 15000 toises, répond à l'indication de 13 lieus gaul. dans l'Itin., en la surpassant d'une fraction de lieue. Mais delà jusqu'à S. Quentin, la distance ne renferme qu'environ 11 lieues, et ne suffit pas pour admettre les XIII que répète l'Itin. dans cet interval*“. Certe D'Anvillii sententia magni ponderis est, sed leugarum numeros, quos ipse non iustos ex Wesselingii exemplo sumpsit, ne omnino quidem illam confirmant. ceterum *Condran*, sive, ut *Wastelain La Gaule Belgique* p. 349. et *Lapieus* p. 113. dederunt, *Condren*, cum *Contraginni* vocabulo accuratius quam *Chauny* convenire videtur. ille „*selon M. Lebeuf*“ ait, *Contra Aginum* „*c'est Condren entre Chauni et la Fere: Chauni s'est formée des débris de Condren*“. Ipsum etiam v. *Contraginnum* sive *Contra Aginnum* habet quod me offendat: codices Itin. sic variant secundum recentissimos editores: *conta C, agnum N, agi-*

num Q, agnium R. De Aginno Aquitaniae II. (*Agen, dépt. Lot et Garonne*) ad hunc locum sermonem fieri non posse, ut Surita olim fecit, per se manifestum est; sed indicatur praepositione *contra* e regione oppidum antea stetisse, a quo aliud appellatum sit, ut compluribus exemplis huius ipsius Notitiae utraque pars testatur. In ipsa Calniaci vicinia Noviomagum versus viculus est qui nomen *Ognes* habet, de quo praeter nomen nihil compertum habeo. videant itaque alii, utrum ex hoc aliqua vocabuli Contragnii sive Controginii vel similis explicatio petenda sit nec ne. Etiam P. Merulae Contraginnum displicuisse, ex hac Wesselingii adnotatione video: „Distantia ad Calnacum s. *Chauny* ad Isaram ducit, ubi praeter H. Valesium P. Merula L. III. Cosmogr. part. II. p. 364. eius vestigia invenit, paucis tamen, opinor, fidem facturus, *Contaunium*, ut propius a vulgari castelli vocabulo absit, hoc loco legendum esse: reclamant enim mss. Itinerarii et Notitia“. Panciroli adiectio, Contraginenses „a Reginea etiam oppido Belgici in scheda Volseri [Tab. Peut. I. A] possent derivari“ digna est homine qui quinque brevibus versiculis tres sibi contrarias sententias simul pari omnes benivolentia amplecti potuit. — *Noviomago*] Idem Pancirolus post quam recte ad It. Ant. [p. 362.] rettulit, „scheda Volseri [Tab. Peut. I. C] ad Rhenum ponit“, adicere non dubitavit, scilicet oppida *Noyon* et *Nymegen* unum oppidum fecit. et nuper etiam Zumptius p. 64. hanc Noviomagnum Belgicae II. cum Noviomago Germaniae II. („*jetzt Nimwegen*“) confudit. quid quod rerum Belgicarum scriptor, *Schayes* *, cum alios reprehenderet, pro veteri novum non minorem errorem opponeret? Etiam Simlerus parum accurate ad It. Ant. p. 379. adnotavit „Liber Not. Noviomagum no-

*) *Les pays bas avant et durant la domin. Rom. Bruzell. 1838. 8°. II. p. 374. not. 2. : „La Notice de l'empire place un corps de Lètes Bataves à Noviomagus, mais c'est Neumagen, près de Trèves [oppidum Belgicae Primae, non Secundae], qu'elle désigne et non le Neomagus de la Batavie, comme l'ont cru à tort quelques auteurs: Praef. lët. Bat. contraginensium Noviomago Belgicae secundae“.*

minat oppidum Contraginnensium⁴: nam hoc adiectivum ad Lætos referendum esse palam est. De oppido nullum dubium est: It. Ant. p. 362.: „Suessonas [Soissons] Noviomago M. P. XXVII. leugas XVIII. Ambianis [Amiens] M. P. XXXIII. leugas XXIII⁴. quos numeros non satis accuratos esse D'Anvillius p. 496. quidem observavit, sed indicari hod. *Noyon* (dép^t. de l'Oise, Cannab. Frkr. p. 181.) cum ceteris non negavit. Quae ipse annotaveram, Wesselingii verbis dare possum his: „*Noviomus* plerisque medii aevi scriptoribus [et ita etiam Greg. Tur.], unde *Noyon* formatum, dicitur: tamen *Noviomagus* Venantio Fort. in vita s. Medardi [c. 7. ed. Luchi II. p. 125.] et *castellum Noviomagum* anonymo vita eiusd. Med. scriptori. Situm accurate executus est Radbodus in vita Medardi c. 3. 'Ipse inter geminos rivulos constitutus est Noviomus; ab oriente Galliola [la Golle], ab occidente Margareta [la Marguerite] circumluitur; quos ambos tertius suscipit, qui Versa [la Versette] nominatur, et sic pariter confluentes non longe a moenibus illius in Isaram . . delabuntur'*. Vide Mabillon. lib. IV. R. D. p. 305.⁴ Recentior topographus (A. Hugo *France pittor.* II. p. 300.) postrema sic explicat: „*Elle est traversée par la petite rivière de Vorse, qui s'y divise en deux branches et se jette dans l'Oise à un quart de lieue au-dessous de la ville*“. Cf. Bucher. p. 495., Vales. p. 387., Cellar. I. p. 316. sq. §. CCXIII., Bruz. la Mart. v. *Noviomagus Veromanduorum*, Wastelain p. 346., Man- nert. II. 1. ed. II. p. 205., Ukert. II. 2. p. 549.

— §§. 17. sqq. in € ad marginem adscripti sunt. Lacunaru- rum indicia post *Lætorum* et post *Gentilium* nec *ms.*, nec *editi* exhibent, unde factum est, ut de Lætis Gentilibus loque- rentur hosque sibi aliquo modo explicarent, ut e. gr. Ramba- chius p. 24. „Læti Gentiles ex pluribus populis conflati viden- tur. Dicebantur Gentiles, quoniam, cum barbari essent, Romanis

*) Ad quamnam Noviomagum pertineat lap. Rom. ap. Grut. 352, 9. D. Θ Η | T. AVRELIO. T. F. YLP | NOVIOMAG. VINDICI | EQ. SING. IMP. N. TVR | AEL. VERECVNDI | VIX. ET F. non ita facile definiri poterit.

militabant, Læti autem, quoniam ad hanc Gentilium speciem pertinebant⁴. *Lætorum Batavorum et Gentilium Suevorum* olim scriptum fuisse ex aliorum numerorum h. l. recensitorum comparatione colligi posse videtur; certe Suevorum nomen post Gentilium vocabulum ponendum esse mihi dubium non est, et iam supra de Suevis Belgicam II. inhabitantibus * ac de vocabulis locorum Belgicorum a Suevis deductorum ** verba fecimus; non aequè de Lætis certum esse videtur, nam fortasse a regione cui primum destinati fuerant, hi nomen gesserunt, ut numm. 5. 11., sive hoc cum populi sui nomine, ut numm. 8. 9. — *Remo* uss. aa. Cf. de Remis, antea Durocortoro, nunc *Reims*, p. 319*. ad p. 44*. γ. 3. et p. 48*. γ. 7., p. 49*. γ. 8., p. 50*. γ. 10. — *Silvanectas* B. Primum h. l. et in Not. provinc. Gall. *Augustomagus* populi nomen, *Silvanectes* s. *Silvanectae*, unde hodie. *Senlis* (dépt. de l'Oise, Cannab. p. 181.), indit. Plinii H. N. IV. 17. sect. 31. „Ulmanetes [*Ulbaneetes* al.] liberi⁴ inter Suesionas liberos et Tungros collocati, et Ptol. II. 8(9). Σουβάνεκτοι [al. Σουμανεκτοί, Ουβάνεκτοι] inter Nervios ac Veromandos, cum oppido ἀπὸ ἀνατολῶν τοῦ Σηκοῖνα ποταμοῦ Πατόμαγος, aperte iidem Silvanectes sunt, neque Ratumagus aliud quam Augustomagus oppidum fuit, Cf. Harduin. ad Plin. l. c. et Wesseling. ad It. Ant. paullo post exh. loc. In Notit. provv. Gall. „Civitas Silvanectum“ [Siml. *Salvanectum*, al. *Silvanectensis*] octava inter XII Belgicae II. est. It. Ant. p. 330.

*) Vita s. Eligii († 659.) II. c. 3. „Flandrenses atque Andoverpenses, Frisiones et Suevi et barbari quique circa maris litora degentes“. c. 8. „multum in Flandris laboravit, iugi instantia Andoverpis pugnavit, multosque erroneos Suevos convertit“. D'Achery Spicil. I. p. 91. 93. Et in annalib. Vedast. ad a. 880. (Monum. Germ. I. p. 519.): „Nortmanni vero seu Dani... Curtriaci sibi castrum ad hicmandum construunt; indeque Menapios atque Suevos usque ad internecionem delevere, quia valde illis infesti erant...“.

**) Cf. Wastelain p. 404., Raepenot. supra p. 1089*. not. 130. cit., Warakönig *Flandr. St. u. R. Gesch.* I. p. 91. 102., Leo *malb. gl.* I. p. 44. et quae p. 1084*. monuimus.

„A Samarobriuas [Amiens] Suessonas [Soissons] usque M. P. LXXXVIII. sic: Curmiliaca [Cormeilles] M. P. XII. Caesaromago [Beauvais] M. P. XIII. Litanobriga [Creil sec. Bucher. et D'Anvill.] M. P. XVIII. Augustomago M. P. IIII. Suessonas M. P. XXII“. Tab. Peut. I. C: „Casaromago XXII. Aũg. Maguf. XVI. fixtuinum“ [sec. D'Anvill. latinum = *Meaux*]. „Urbs Silvanectensis“ ap. Greg. Tur. H. Fr. IX. 20. appellatur; „Senletensis urbs“ in vit. s. Genulfi II. c. 26. Silvanectum nomen D'Anvillio * Latinum esse visum est; magis placet Valesii haec observatio: „Silvanectensem pagum olim a nostris [Francogallis] *Servois* .. dictum esse puto, i in e et l in r conversis, ut in Olina fl., quem Ornam appellamus. . . Certe tribus circiter leugis distat ab urbe Silvanectis vicus, vulgo dictus *la Chape en Servois*, h. e. haud dubie Capa in Silvanectensi pago. . .“ Vide etiam Bucher. p. 495., Vales. et Wessel. II. cc., D'Anvill. p. 124. sq., 607. sq., Wastelain p. 340., Mannert. II. 1. p. 204. sq., Ukert. II. 2. p. 545.

— §§. 20. sq.] Bouquetius rubricam *In Provincia Germania secunda* praemisit. — *Lagentium* mss. *agentium* aa. Mallem *Lagiensium*, ut saepe omissa a librariis i restituenda est, nisi *Lagus* s. *Lacus* potius quam *Lagium* nomen castelli fuisset, quod alibi non legitur. Quod recentiores de hoc loco habent, habent ex Bucherio qui p. 493. ita disputat: „Lagium istud ego quidem Leodium nostrum primo existimabam; . . . nam *Lagium* et *Liège* parum distant. Verum quia non tanta Leodii nostri antiquitas, . . . adverti *Lagium* potius esse, vicum illum, qui hodie *Luaige* dicitur, ad fluviolum Jecoram [*Jaar*] situs in Hasbania Leodiensi ad dexteram militaris viae, quae Bavaco per Vogdoriacum, Geminiacum, Peruviacum Tungros ducit [cf. infra It. Ant.], et Traiectum, ubi Jecora Mosae confunditur. est enim vicus ille Tungrorum civitati vicinior. et

*) Not. de la G. p. 608. „On ne peut s'empêcher de remarquer, . . . que la situation des environs de Senlis, presque enveloppés de tous côtés par de grands forêts, n'ait un rapport singulier avec le nom de Silvanectes ou Silvanecti“.

antiquissimi castris planeque Romani rudera durissima retinet, quibus templum ipsum et circumiacens coemeterium incumbit. Et abest a sinistra Mosae ripa vers. occ. leucis nostratibus circiter tribus⁴. quae sequuntur, ad falsam viri docti de Nolitia aetate spectant, quam satis redarguimus. cf. *ibid.* p. 255. 473., G. Wendelin LL. Salicae ill. Antv. 1649. fol. p. 72. sqq., Wastelain. p. 43. 193. sq., Grigny in *Magas. encycl.* an. VI. tom. IV. Paris. 1800. 8^o. p. 59. sq., Ukert. II. 2. p. 543., Schayes II. p. 254. — pro partungris A, propartungros B, p partungros C, propartungros D, pro Petungros a⁴, per Petungros a^{7, 11, 15}. Cf. supra p. 229*. ad p. 24*. y. 22. Hodiernum nomen *Tongern* (Cannabich. *Erdb. d. Nederl.* p. 721.) a populo Tungrorum iam apud Ammianum habet, idemque pariter ac Not. provv. Gall. in Germania Secunda non nisi Coloniam Agrippinam et Tungros recenset; sed It. Ant. p. 378. et Tab. Peut. I. C. vetus nomen habent, illud sic: „Bagacum [*Bavay*]. Vodgoriacum M. P. XII. Geminicum [*Gembloux*] M. P. X. Perniciacum M. P. XXII. Aduaca Tongrorum M. P. XIII. Coriovallum M. P. XVI. Iuliacum [*Jülich*] M. P. XVIII.“, et Tab. sic:

Blariaco. XII. Catualium. XIII. Feresne XVI. } Atuaca M. P. XVI. Coriouallio,
Geminio. uico. XLVI. Pernaco. XVI. } XII. Iuliaco.

Cf. praeter scripta p. 229*. cit. etiam Cluver. German. ant. II. c. 15. p. 69. sq., Wastelain p. 194. sqq., Schayes II. p. 251. sqq. Etiam I. Grimm. *Gesch. d. d. Spr.* p. 788. quasi rem certam affirmavit, sec. Plin. H. N. XXXI. 2, 8. fontes calidos Spadanos „apud Tungros“ fuisse, sed vulgatam opinionem non ita pro certa dare debet: aequae enim eos fontes et in Tungris et Romanis notos fuisse certis quae sciam argumentis nemo probavit: ferruginei autem saporis aquae plurimis bullis stillantis prope ipsum Tungrorum oppidum hodieque fons est. itaque Plinii verba an ad fontes Spadanos trahenda non sint, dubito: „Tungrum civitas Galliae fontem habet insignem, plurimis bullis stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intellegitur. purgat hic corpora, tertianas febres discutit calculorumque vitia; eadem aqua igne admoto turbida fit,

ac postremo rubescit^a. Non immerito medicus Grigny l. c. „Il est, „ait“ contre le bon sens, de chercher à Spa le fons Tungrorum, dont Pline fait l'éloge, tandis qu'il existe dans la ville de Tongres même, une fontaine d'eau minérale. Si elle n'a pas toutes les vertus qui lui sont attribuées par Pline, les sources de Spa ne les ont pas d'avantage. Spa étoit encore, au milieu du VII^e. siècle, dans une vaste solitude...“.

— §§. 22. sqq.] Huic num. 12. Du Chesn. praemisit rubricam *In Prouincia Aquitania prima et secunda*, Bouquetius: *In Prouincia Aquitania prima*. nam uterque post hunc num. 12., omissis quae sequuntur usque ad p. 122*. §. 1. nostrae ed., dant num. 14., sed hic ibi rubricam *In Gallia* supra scripsit. — De spatio quod post *Lætorum* reliquimus, cf. quae ad §. 17. adnotata sunt. *Arumbernos* ABCDaa, *Aruernos* Edeeff et Du Ch. ac Bouq. *Arverni* ab Ammiano etiam (p. 165*. exhib.) inter Aquitanicas civitates celebrata et in Not. provv. Gall. inter octo Aquitaniae I. civitates *civ. Arvenorum* secunda est; *Aruerni municipioli* meminit Sid. Apoll. ep. III. 1. VII. 2. cf. IV. 22. VII. 1., Greg. Tur. *Arvernus*, *Arverni*, *Arvernica civitas*, *Arverna urbs* et q. s. s. Falluntur autem qui cum Valesio oppidum Arvenorum iam Plinii * aetate populi nomen gessisse interpretantur. De Caesaris et ex hoc Strabonis, Dionis aliorumque „Gergovia Arvernorum“, quae non ita procul ab hodierna urbe *Clermont (dépt. Puy-de Dôme*, cf. Cannab. *Frkr.* p. 745.) merid. versus sita fuit, non est quod h. l. post Vales., D'Anvill. h. v., Ukert. p. 396. sqq. aliosque disputemus; satis enim constat eam ab Arvernica urbe de qua nobis quaerendum et quae sine dubio etiam Plinii aetate *Augustonemetum* sive *Augusta Nemetum* dicta est, diversam fuisse: de hac Ptolem.

*) H. N. XXXIII. 7. sect. 18. „Verum omnem amplitudinem statuarum eius generis vicit aetate nostra Zenodorus, Mercurio facto in civitate Galliae Arvernus, per annum decem HS. CCCC manipretio“. [Vales. p. 46.: „annos X. pedum CCCC. in magno pretio“.] Grut. 53, 11. „MERCURIO. ARVERNO | VICINI. V. V.“. tit. Iuliacens. Cf. *Mém. de l'acad. des inscrr.* VI. 635.

II. 6 (7). „Τούτων (Ausciorum) δ' ἀπ' ἀνατολῶν μέρος τῶν Ἀρουέρων, ἐν οἷς πόλις Αὔγουστονέμετον“. idemque nomen etiam Tab. Peut. I. F sic exhibet: „Mediolano [Chat. Meillan]. XII. Aquis Neri [Neris]. XV. Cantilia [Chantelle]. XXIII. Aüg. Nemeto. (?) Aquis Calidis [Vichy]“. Strabonem parum recte (IV. 191. p. 291. ed. Almel.): „Ἀρουέροι δὲ ἰδρουνται μὲν ἐπὶ τῷ Αἰίγηρι· μετρόπολις δ' αὐτῶν ἐστὶ Νεμωσσός ἐπὶ τῷ ποταμῷ κειμένη“. Casaub. pro Νεμωσσός suspicatus est Strabonem Νέμεττος scripsisse, sed et quae de situ tum populi tum capitis eius idem Strabo protulit, aperte a ceterorum scriptorum narrationibus divergunt; neque omnino quadrant, vel si pro Αἰίγηρι ponatur Ἐλαύγηρι. Hodiernum nomen Clermont (quod Clermont - Ferrand s. Clerm. - en - Auvergne, ut ab aliis Claris montibus Francogalliae distinguatur, appellare solent) a castro Claremonte s. Claro monte accepit, ut ex annalista qui Pipini regis aequalis res gestas scripsit, ap. Vales. p. 47. exhib. locus ostendit: „anno X. regni rex Pippinus usque urbem Aruernam cum exercitu veniens Claremontem castrum captum atque succensum bellando cepit... postquam Pippinus rex urbem Aruernam cepit, regionem illam totam vastavit... Videns Waifarius Princeps Aquitanicus, quod castrum Claremontis rex bellando ceperat...“. Vid. Bucher. p. 496^b., Vales. p. 45. sqq., D'Anvill. p. 125. sq., Mannert. II. 1. ed. II. p. 130. sqq., Ukert. II. 2. p. 396. — Aquitanicae ἈΒ, Aquitaniae ceteri, nisi quod Aquitania prima Bouquetius habet. — sc̄de Ε.

— γ. 25.] IN OMIS. D, an ε'. prouintia DE. de varia huius nominis potestate disputatum est p. 986*. sq. ad p. 118*. γ. 5. — Italica ε². ε³. — Pancirolus: „Explicatis Lætorum copiis et praesidiis, Notitia Sarmatas Gentiles recenset, ab Italiaeque tanquam dignioris praesidiis auspicatur, et primo a maritimis“. Satis bene, nisi quod pro maritimis rectius dicitur Italiae inferioris s. australis; sed merito alias etiam Pancirolus observare debebat, dignitatem aetatemve ex collocatione sive ordine cognosci posse: Italicas Gentilium praefecturas vetustiores potius quam aut per se aut per sedes suas digniores equidem aestimem.

— γγ. 26. sq.] *apulia et calabrie C*. Vide infra annot. ad cap. XLIII. — Subridicula est Panciroli annotatio: „Hic praefectus certum non habens locum per totam Apuliam et Calabriam versabatur“. Per diversa harum provinciarum, ut supra γγ. 6. sq. habemus, hi Sarmatae Gentiles dispersi fuerunt.

— γγ. 28. sq.] Sic omnes. De Brutiis et Lucania vide supra p. 435*. sq. ad p. 62*. γ. 5. Diligens Notitiae lector vel me nec monente observaverit has duas inferioris Italiae provincias, per quas Gentiles sederunt, Apuliam cum Calabria, Bruttios et Lucaniam, unicas praeter Saviam correctorias in toto occidentali imperio fuisse.

PAG. 121*. γ. 1.] *provincia D. mediterraneo B, mediterranea a*. Hanc rubricam iis quae γγ. 5. sqq. leguntur, aptam non esse, priorum editorum nullum sensit mirum est, maxime cum vel ipsa iteratio, de qua statim dicam, omissionis ac neglegentiae librarium reum faciat. ceterum Lombardica in sqq. enumerata oppida Mediterraneae Italiae, quae Apuliae et Calabriae, Brutiis Lucaniaeque ipsis rubricis opposita est, adscribi non posse apparet. Notitia, ut apud recentiores moris est, Italiam in inferiorem, mediam s. mediterraneam et superiorem h. l. dividit.

— γγ. 2. 3. 4.] In *ABC*Da iterantur versus 26...29. paginae proxime superioris, quos statim γγ. 5. sqq. excipiunt, ommissa rubrica quam nos γ. 4. dedimus. In *deff* post rubricam nostri γ. 1. sequitur noster γ. 5. sine lacunae indicatione aliave ulla admonitione. Duos praefectos sub hac rubrica γ. 1. duosque primos sub rubrica γ. 4. olim enumeratos ideo excidisse putem, quia librariorum sive librarium potius qui Spirensem codicem scripsit, sic hallucinatum esse suspicor: cum post rubricas *B* et *C* bini Praefecti recensiti essent, uterque rubricae *B* recte scribitur, uterque rubricae *C* perperam scribitur, deinde oculus pro rubricae *C* capit rubricam *D* et manus librarii pergit in tradendis versibus 3. et sequentibus rubricae *D*. Igitur genuinam scripturam sic fere habuisse opiner:

ITEM IN PROVINCIA ITALIA [b]

Praefectus Sarmatarum Gentilium Apuliae et Calabriae
Praefectus Sarmatarum Gentilium per Brutios et Lucaniam

ITEM IN PROVINCIA ITALIA MEDITERRANEA [c]

Praefectus Sarmatarum Gentilium Tusciae et Umbriae
Praefectus Sarmatarum Gentilium Flaminiae et Piceni

ITEM IN PROVINCIA ITALIA SUPERIORE [d]

Praefectus Sarmatarum Gentilium Parentii in Histria
Praefectus Sarmatarum Gentilium Venetiae Altini

et sic deinceps quae nos §§. 5. sqq. dedimus.

Nomina *Tusciae et Umbriae, Flaminiae et Piceni, Parentii in Histria et Venetiae Altini* non nisi ad exponendam meam de explicanda codicum condicione sententiam posita esse, sunt quorum caussa aperte moneo. Rubrica §. 4. forma sua ab editore restitutam ipsa se prodit.

— §§. 5. sq.] *Forofulviensi* omnes. Nisi et in sequentibus oppidorum series huc illuc nos deduceret, neque progressus ab oriente occidentem versus saepius interrumperetur, mallem *Forofulviensi* (hod. *Cividale* in provincia Friulensi s. Utinensi); sed nihil muto, ne pro conturbatis ficticia exhibeam: in tantum enim haec Sarmatarum Gentilium enumeratio topographicum sive geographicum ordinem nullum observat, ut chronologicum, i. e. pro aetate deductorum in suas sedes Gentilium, per utramque dioecesin, Italiam Galliasque, observatum esse suspicer. Forum Fulvi s. Fulvii non nisi h. l., ap. Plin. et in Tab. Peut. memoratur. ille H. N. III. 5. sect. 7. „Ab altera eius [Apennini] latere ad Padum amnem Italiae ditissimum omnia nobilibus oppidis nitenti Libarna, *Dertona colonia*, Iria, Barderate, Industria, *Pollentia Carrea quod Potentia cognominatur, Forofulvi quod Valentinum*, Augusta Vagiennorum, Alba Pompeia, Asta, *Aquis Statyellorum*. Haec regio ex descriptione Augusti nona est“. Tab. Peut. III. D „Genua. XVI. Libarnum (hod. *Lerma*). [?] Foro fulvi [l. fulvi] XXII. Hasta (hod. *Asti*)“. Apparet hod. Pedemontanum oppidum *Valenza* ad Padum provinciae Alexandrinae (Hassel *Erdb. Ital.* p. 397.) vetus Forum Fulvii esse. Cf. Cluver. *Ital.* I. 10. p. 86.,

Cellar. I. p. 529. §. 61., D'Anvill. *Beschreib. v. alt. Ital. Nürnberg.* 1800. tom. II. p. 41., Reichard. h. v., Mannert. IX. 1. p. 298. Pro *Alessandria* sumpsit Lapius. Recte iam Pancirolus: „F. F. est vicus ad Padum, quem Plinius Valentinum nominat, hodie est Valentia“.

— γγ. 7. sq.] *Opitergii* omis. AB; *Opitergii* dant CD, *Op. E.* *Opitergio* deeff. Totum comma omiserunt aa. Pancirol. „Vulgus Oderzum vocat; est in Tarvisinis seu Venetia... Ab Attila dirutum postea est instauratum“. De *Opiterginis* fidissimis Caesaris auxiliariis Lucan. Phars. IV. 462. sqq.:

„Hic *Opiterginis* moles onerata colonis
Constitit.“

cf. Liv. epit. CX., Flor. IV. 2, 33. In tit. Parentiano Severi Alexandri temporibus posito (Orell. n. 72.) legimus: C. PRAECEL|LIO. C. FILI. PAP|---- TRIVMVIRO CA|PITALI. TRIB. LEG. VII | GEM. PATRONO SP|LENDIDISSIMAE COL. | AQVILEIENSIVM. ET PARENTAN|ORVM. OPITERGINORUM | HEMONENSIVM ORDO ET | PLEBS PARENTANORUM. AER. COLLATO I|D.D.D. Ad geographiam pertinent hi loci: Strab. V. p. 214. (ed. Alm. p. 328.) „Ἐπίτερον δὲ... ἦτιον μὲν ὑπὸ τῶν ἐλαῶν ἐνοχλεῖται“. Plin. H.N. III. 19. sect. 23. „In mediterraneo regionis decimae... oppida Acelum, Patavium, Opitergium, Belunum, Vicetia“, et paullo ante c. 18. sect. 22. „flumen Liqueta [hod. *Livenza*] ex montibus Opiterginis“. Tac. Hist. III. 6. „Opitergii et Altini“. Ptol. III. 1. *Τῆς δὲ Οὐενετίας μεσόγειοι Οὐικέντι[τα], Βελοῦνον, Ἄκεδον, Ὀπιτέργιον* [al. Ὀπιτέργιον, Ὀπιπήργιον], Ἀτέστε, Παταύιον, Ἀλτινον, Ἀτρία“. Ammian. XXIX. 6, 1. ad a. 371. „..obsessaque ab iisdem [Quadis] ac Marcomannis Aquileia, Opitergiumque excisum.“ [ad quem locum referens Wagnerus in ind. I. Opitergium urbem Pannoniae per errorem scripsit.] Paul. Diac. de gest. Long. IV. 47. „..Rotharis rex... Opitergium quoque, civitatem inter Tarvislum et Foroiulii positam, ..expugnavit et diruit“. et V. 27. „.. Opitergium civitatem... funditus destruxit [Grimoaldus]...“. cf. IV. 40. Geogr. Rav. IV. 30. „..ex regione Venetiarum sunt civitates i. e. Venetia, Patavium, Altinum, Concordia, Tarbi-

sion, Opitergium⁴. It. Ant. p. 280. „Ab Opitergio [*al.* upitergio, upitercio, ubitergio, utergio] Tridento M. P. CX.“ Tab. Peut. III. C. IV. A. „Verona. XXXIII. Vicētia. XXXIII. (fl. Meduacum.) Opitergio. (fl. licenna.) XL. Concordia. XXX. Aquileia⁴. Vatic. lap. ap. Marin. *Acti* 329. et Kellerm. p. 49. n. 102. OPITERC. Murat. 2040. inaccurate OPITERGI. Geogr. Rav. IV. 30. „Opitergium“. Valentiniani, Valentis et Gratiani L. 2. Th. C. ne operae a collatorib. exigantur XI. 10. pontis Lipientiae meminit. Est hodiernum opp. *Oderzo s. Uderzo* delegationis Tarvisinae ad *Montigano* rivum. (Hassel *Erdb. des öst. Kaiserth.* p. 732.) Cf. Cluver. I. 18. p. 164. sq., Cellar. I. p. 561. §. 137., Bruz. la Mart. v. *Oderzo*, Maffei Ver. ill. I. p. 205., Mannert. IX. 1. p. 93. sq., Reichard. et Lapieus h. v.

— §§. 9. 10. omisit §.

— §. 9.] *Patavi* omis. A. *Patavio* DeCaadereff. „Notissima est urbs propē Venetias, et omnium disciplinarum gymnasio nobilissima“ annotavit Guido Pancirolus, Regio ortus, qui ipse ab anno 1547. usque ad mortis suae diem (kal. Iun. a. 1599.) fere continuo professoris Patavini munere functus est. Ex omnibus filiis suis de quibus post Antenorem Patavium gloriatur, quorumque esfigies, magnam partem parum ex arte sculptas, pratum vallis ostendit, unum Titum Livium praeterire nequeo. De Antenore Vergil. Aen. I. 247. sqq.:

„Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit
Teucrorum et genti nomen dedit armaque fixit
Troia“

ubi Servius: „Patavium autem dictum vel a Padi vicinitate, quasi Padavium; vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι [quasi Petavium], quod captato augurio dicitur condita, vel quod avem telo petisse dicitur [Antenor] et eo loco condidisse civitatem. (Alii a palude Patina quae vicina civitati fuisse dicitur, Patavium dictam putant. . .“ cf. Liv. I. 1. X. 2., Pomp. Mel. II. 4. „Patavium Antenoris“. Tac. Ann. XVI. 21., Solin. c. 8., Senec. consol. c. 7., Aelian. hist. anim. XIV. 8., Martian. Cap. VI. p. 525. ed. Kopp.; Strab. V. 1. p. 213. (ed. Alm. p. 326.) „πλησίον δὲ [τοῖς ἑλλεσί] τὸ

Παταΐιον, πασῶν ταύτη ἀρίστη τῶν πόλεων. ἦν νεωστὶ λέγεται τιμήσασθαι πεντακοσίους ἵππικούς ἀνδρας· καὶ τὸ παλαιὸν δὲ ἔστelle β μυριάδας στρατιᾶς· δηλοῖ δὲ καὶ τὸ πληθος τῆς πεμπομένης κατασκευῆς εἰς τὴν Ῥώμην κατ' ἐμπορίων, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐσθῆτος παντοδαπῆς [cf. Martial. XIV. epigr. 143.], τὴν εὐάνδριαν τῆς πόλεως καὶ τὴν εὐτυχίαν“ κ. ἔ. Locos Plin., Ptol. et Geogr. Rav. v. ad §. 7. sq. cf. Cic. Phil. XII. 4, 10., It. Ant. p. 128. „Verona civitas. Vicentia civitas. M. P. XXXIII. Patavis civitas. M. P. XXVII. Altinum civitas. M. P. XXXIII. Concordia civitas. M. P. XXXI. Aquileia civitas. M. P. XXXI.“ p. 281. sq. „ab Aquileia Bononiam M. P. CCXVII. sic: Concordia. M. P. XXXI. Altino. M. P. XXXI. Patavis. M. P. XXXII. Ateste. M. P. XXV. Anneiano. M. P. XX. Vico Variano. M. P. XVII. Vico Sernino. M. P. XX. Mutina. M. P. XXIII. Bononia. M. P. XVIII.“ It. Hieros. p. 559. „Civitas Vincentia. mil. XI. Mutatio Ad Finem. mil. XI. Civitas Patavi. mil. X. Mutatio Ad duodecimum. mil. XII. Mutatio Ad nonum. mil. XI. Civitas Altino. mil. VIII. Mutatio Sannos. mil. X. Civitas Concordia. mil. VIII.“ Tab. Peut. III. C et IV. A „Vicētia. XXII. Patauis. XXX. Altino. XXX. Concordia“. Geogr. Rav. IV. 30. „Patavium“. De Patavii monumentis vid. Sertorii Ursati Monn. Patavina. Patav. 1652. fol. et „Agri Patavini Inscr. sacrae, et prophanae F. Iac. Salomonii... sed. coll. Quib. acc. vulgatae a. 1654. a Iac. Phil. Tomasino. Patav. 1696. 4°. De legibus ibi latis vid. Gothofr. Topogr. Th. C. h. v. p. 120. ed. Lips. et Fgm. Vat. §. 41. et de nummis huic urbi adscriptis cf. Eckhel. D. N. I. p. 83. Vide Cluver. I. 18. p. 142. sq., Cellar. I. p. 558. §. 127., Bruz. la Mart. v. Padua, Mannert. IX. 1. p. 89. sq., Hassel Oest. Kaiserth. p. 720. .

— §. 10. sq.] omiserunt *Ua*. *Veronae* omis. *ACD*, et *E* qui habet „(def)“ i. e. deficit. Itaque fides huius nominis penes *D* est: Pancirolus nihil de deficiente vocabulo *Veronae* annotavit. De scutaria et armorum fabrica *Veronensi* vide p. 314*. ad p. 43*. §. 20. sed olim eminentium omnis fere generis hominum feraciorem quam mercium civitatem dicas. De origine oppidi *Catullus* 60, 30. ed. *Lachm.*

„Brixia Veronae mater amata meae“.

(ubi vide interpp. et cf. Catull. 62, 11., Ovid. Amor. III. 15, 7., Martial. I. 62, 1. X. 103, 5. XIV. 195, 1., Plin. H. N. XXXVI. 6. sect. 7. al.) Iustinus p. 1009*. ad p. 118*. ὃ. 13. sq. transcr. a Gallis conditam rettulit, et Liv. V. 35. ad a. u. 365. „alia manus“ inquit „Cenomanorum cum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt (locos tenuere Libui) considunt“, ut Ptol. III. 1. „Κενομανῶν, οἱ εἰσὶν ὑπὸ τὴν Οὐνετιάν .. Βριξία, Κρέμωνα κολωνία, Οὐήρωννα, Μάντουα..“. Strabo V. p. 206. (ed. Alm. p. 315.) οἱ Παῖτοι μέχρι τῆς Ἰταλίας καθήκουσι τῆς ὑπὲρ Οὐήρωννος καὶ Κώμου. sed Plin. H. N. III. 19. sect. 23. „Raetorum et Euganeorum Verona“. quae omnia sibi non contraria sunt, ut Cluver. I. 16. p. 115. sqq. putavit. cf. etiam Cellar. I. p. 424. sq. §. 26., p. 550. sq. §. 113. et Mannert. IX. 1. p. 148. De situ Strab. V. p. 213. (ed. Almel. p. 326.) πλησίον δὲ (ταῖς Ἄλπεσι) Βηρώων· καὶ αὐτῇ πόλις μεγάλη· ἐλάττους δὲ τούτων [dixit de Mediolanio et Verona] Βρηξία καὶ Μάντουα x. τ. λ. Brixianos Veronam condidisse non indicat. Tac. Hist. III. 8. ad a. p. Chr. 69. „Quaesitum inde quae sedes bello legeretur: Verona potior visa, patentibus circum campis... simul coloniam copiis validam auferre... videbatur“. De Veronae magnitudine cf. etiam Nazar. paneg. Constantino A. d. c. 25. Nemo, si bene memini, quando colonia facta sit, scriptis tradidit praeter incertum rhetorem in paneg. Constantino A. dict. c. 8. „Sed enim aerumnosa illa et iam pridem media aetate nostra [i. e. cum Sabinus Iulianus invasor imperii a Carino in Veronensi agro occideretur] civili sanguine maculata Verona maximo hostium exercitu tenebatur, acerrimis ducibus, pertinacissimoque praefecto; scilicet ut quam coloniam Gnaeus Pompeius aliquando deduxerat, Pompeianus everteret. O miserabilem Veronensium calamitatem, quos non tam tua quam intestina satellitum pressit obsidio! quippe Athesis ille saxis asper et gurgitibus vorticosus et impetu ferox oppugnationem prohibebat omnemque retro regionem evchendis copiis tutam defensamque praestabat“. Celebris antiquae Veronensis portae (hod. *porta de'*

borsari) inscriptio saepe repetita sec. Maff. Mus. Ver. p. 197. sic habet: COLONIA·AVGVSTA·VERONA·NOVA·GALLIENIANA·VALERIANO·II·ET·LV|CILIO·COSS. [a. p. Chr. 265.] MVRI·VERONENSIVM·FABRICATI·EX·DIE·III·NON·APRILIVM || DEDICATI·PR·NON·DECEMBRIS·IV·BENTE·SANCTISSIMO·GALLIENO·AVG·N·IN|SISTENTE·AVR·MARCELLINO·V P·DVC·DVC·CVRANTE·IVL·MARCELLINO. nulla alia ad Veronam spectans inscriptio* coloniae nomen urbi tribuit, omnesque (quod ad annot. p. 314*. hic addere liceat) Veronam, nulla *Beron.*, exhibent. Ad Silli Ital. VIII. 597. „Tum Verona Athesi circumflua“ iam Scaliger adnotavit „nescio an credam ita fuisse. nunc enim contra est: clauditur namque ab urbe fluvius“, i. e. urbem perfluit, nec Silium suum Drakenborchius Servii annotatione ad Verg. IX. 680., si tandem Servii ea est, bene defendit: „Athesis Venetiae fluvius est, Veronam civitatem ambiens et in Padum cadens“, immo, in mare superum cadens. Geogr. Rav. IV. 30. „Verona“. De viis ex annotatione superiore satis constat. cf. It. Ant. p. 128. 274. sq. 282., It. Hieros. p. 558., Tab. Peut. III. C. De legibus Veronae datis vide Gothofr. topogr. Th. C. p. 126. ed. Lips. et adde Fgm. Vat. §. 290.; praestantius autem iuris opus, quam illas constitutiones, Veronae debet orbis litterarius, Gai Institutiones.

— γγ. 12. sq.] *Cremona* α, ut saepe e pro ae. ceterum Cremonae et Cremonis vocabulum olim apud Graecos in usu fuisse bene Cluverius I. 26. p. 253. ostendit: „Polybio dicitur *Κρεμώνη*, et ita ap. Plutarch. in Othone obliqui sunt *ἐπὶ Κρεμώνην*, *ἐν Κρεμώνη*, *τῆς Κρεμώνης*. Ptolemaeo [ad γγ. 10. sq. exhib.] ut pleraque alia in provinciis Romanis, Latina formatione, *Κρεμῶνα*; ut *Δερτῶνα*, *Οὐηρῶνα*, *Κορτῶνα*. At reliquis Graecis quemadmodum haec dicuntur *Δερτῶν* [*Δέρ-*

*) Hanc unam Brixensem hic ex Orell. 3750. repeto, quippe ad historiam iuris facientem: P. ATILIO | PHILIPPO | ORNAMENTIS | DECVRIONATUS. BRIXIAE | VERONAE. CREMONAE. [*honorato.*] | ET IVRE QVATTVOR [*liberorum*] | VSVQ. ANVLORVM. A[*ureorum*]. D[*onato*] | EX POSTVLATIONE [*e populi*] | OB LIBERALITA[*tem eius quod*] | IN OPVS AN[*phitheatri*] | *ns...* | *rei publicae dedit*]. Supplementa sic [] inclusa Labusio debentur.

των), Ονήρων [Ούήρων], Κορτών [Κόρτων], sic Cremona etiam Κρεμών. Appian. in Hannib. [cap. 7.] Σκιπίων μόλις ἐς Κρεμῶνα διεσώθη φερόμενος, et statim Σκιπίων ἐν Κρεμῶνι ἐχείμαζε. Sic et Dio lib. 64. πρὸς τῇ Κρεμῶνι. et lib. 65. ἐς τὴν Κρεμῶνα et ἐν τῇ Κρεμῶνι. Ap. Strabon. V. [p. 216., ed. Alm. p. 331. „πόλεις δ' εἰσὶν ἐντὸς τοῦ Πάδου καὶ περὶ τὸν Πάδον ἐπιφανεῖς] Πλακεγία μὲν καὶ Κρεμῶνη. at postea [V. p. 247., ed. Alm. p. 378.] vitiatu obliquus est περὶ Κρεμῶνα, pro Κρεμῶνα [quod etiam Casaub. voluit]. An Strabo ipse id vocabulum variare voluerit, equidem nescio. et si quis neget, faciliorem grammaticis lapsum fuisse scio ex Κρεμῶν in Κρεμῶνη, quam ex Κρεμῶνην in Κρεμῶνα“. Celebris huius coloniae Latinae, a. ante Chr. 218. simul cum Placentia conditae (Polyb. III. 40., Tac. Hist. III. 34., Liv. epit. XX. i. f. cf. Ascon. in Pisonian. p. 3. ed. Baiter.), permultis locis mentio fit. Liv. XXXVII. 46. ad a. 190. ante Chr. enarrat: „Ex Gallia legatos Placentinorum et Cremonensium L. Aurunculeius praetor in senatum introduxit. iis querentibus inopiam colonorum, aliis belli casibus [cf. Liv. XXVII. 10. XXXI. 10. 21.], aliis morbo absumptis, quosdam taedio accolarum Gallorum reliquisse colonias, decrevit senatus 'Uti C. Laelius consul, si ei videretur, sex milia familiarum conscriberet [plures quam Austriacam Cremonam hodie incolunt], quae in eas colonias dividerentur, et ut L. Aurunculeius praetor triumviros crearet ad eos colonos deducendos. creati“ et r. De Cremonae sub Octaviano fatis vide Serv. ad Verg. Bucol. init. ed. Lion. II. p. 96. et ad Ecl. IX. 28. (p. 159.) et Probi Comm. in Verg. Bucol. ibid. p. 349. Divitis coloniae excidiumque quae a. p. Chr. 69. passa est, imprimis ap. Tac. Hist. II. et III. legenda sunt. De situ Plin. II. N. III. 19. sect. 23. „In mediterraneo regionis decimae coloniae Cremona, Brixia, Cenomanorum agro“. It. Ant. p. 283. „A Cremona Bononia M. P. CXII sic: Brixello M. P. XXX. Regio. M. P. XL. Mutina. M. P. XVII. Bononia. M. P. XXV.“ Tab. Peut. III. B, C: „Mediolanum. XVI. Laude Pompeia. XXII. Acerras. XIII. Cremona. XXII. Beloriaco [l. Bedriaco]. [?] Mantua“. Geogr. Rav.

IV. 30. „Cremona“. Vide Cluver. I. 26. p. 253. sq., Cellar. I. p. 549. §. 111., Mannert. IX. 1. p. 154. sqq., Hassel. *Oesterr. Kaiserth.* p. 696.

— §§. 14. sq.] *Taurinis omnes*. Taurini, *Λιγυστικὸν ἔθνος* (Strab. IV. p. 204., ed. Alm. p. 312.), *οἱ τυγχάνουσι πρὸς τῆ παρωρεία κατοικοῦντες* (Polyb. III. 60.), *Gallis proxima gens* (Liv. XXI. 38.), oppido suo vocabulum reliquerunt. *TAVRASIA* in monum. Scipionum (Orell. n. 550.) in Samnio fuit, sed huic d. q. a. apud Appian. Rom. hist. VII. 5. *Ταυρασία πόλις Κελτικῆ* nomen est. cf. Polyb. l. c. Liv. XXI. 39. „Taurinorum urbem, caput gentis eius“ appellat. Plin. H. N. III. 17. sect. 21. „Transpadana appellatur. . regio undecima, tota in mediterraneo, cui maria cuncta fructuoso alveo important. Oppida Vibi forum, Segusio. coloniae ab Alpium radicibus Augusta Taurinorum, antiqua Ligurum stirpe, inde navigabili Pado ... Oppidum Eporedia, Sibyllinis a populo Rom. conditum iussis: Eporédias Galli bonos equorum domitores vocant. Vercellae Libicorum ex Sallyis ortae, Novaria ex Vertacomacoris, Vocontiorum hodieque pago, non, ut Cato existimat, Ligurum, ex quibus Levi et Marici condidere Ticinum, non procul a Pado“. De fatis ‘Augustae Taurinorum’ quae bello Vitelliano habuit a. p. Chr. 69., inter alia Tac. Hist. II. 66. enarrat: „nocte qua proficisccebatur legio (XIII.), relictis passim ignibus pars Taurinae coloniae ambusta“. Ptol. III. 1. *Ταυρινῶν ὑπὸ τοὺς Σαλασσίους Ἀύγουστα Ταυρινῶν, Ἀύγουστα Βαγιενῶν, Εἰρία, Δερτῶνα*“. Augusta Taurinorum est etiam in his INSCR. : IVPITER. CVSTOS. AVGVSTAE. TAVRINORVM. Grut. 19, 8.; P. BVTLIVS. AVG. TAVRINORVM. PROCONSVL. ibid. 168, 3. cf. 521, 3. cum 108, 5. et 1110, 2. et de curatoribus rei p. Augustae Taurinorum supra p. 1003*. ad p. 118*. §§. 10. sq. Unde Coloniae nomen habeat, videmus ex his lapidibus Taurinensibus ap. Grut. 860, 5. (= Maffei Mus. Ver. 225, 7., Orell. n. 71.) et Grut. 495, 5.: ille ap. Maff. sic habet: HAVE VITALIS | L. TETTIENVS. VITALIS. NATVS. AQVILEIE | EDOCATVS IVLIA EMONA TITVLVM POSIT | ANTE AETERNAM DOMVM IVLIA | AVGVSTA TAVRINORVM etc., alter in Marmorib. Taurinensib. in-

fra citandis parte II. n^o. LXVIII. depictus, unde repeto sic:
 | II. VIR. A. I. | ORDO AVGVSTIC. | TAURINOR. PATRO-
 CIN. | COLONIAE. DECREVIT. ET | PER. LEGATOS. DETVLIT | D. D. In
 iisdem Marm. Taur. II. p. 107. (ap. Grut. 37, 8.) est etiam hic: „c.
 AL. | SEXTI. LVCR. | APOLLINI | IB. AVG. TAUR | VI. VIR. EPOrediae. |
 v. T. F. I. Cf. etiam infra ad §. 26. sq. Populi nomen urbs iam
 ap. Nazarium habet (paneg. Constantino A. dict. c. 22. „apud Tau-
 rinos venientem pugna gravior exspectat“) et Ammian. XV. 8,
 18. („itineribus rectis Taurinos pervenit“). Incerti paneg. Con-
 stantino d. c. 6. i. f. „Ita usque ad Taurinatium muros fusi cae-
 sique, obseratasque nacti portas, ab incolis etiam corporum
 suorum mole clausurunt“. et statim post, c. 7. „At non Tauri-
 natibus, neque ceteris Italiae civitatibus idem animus fuit...“ *.
 It. Ant. p. 341. „A Mediolano Arelate per Alpes Cottias M. P.
 CCCCXI sic: Ticinum M. P. XXII. --- Rigomago M. P. XII. Qua-
 dratis M. P. XV. Taurinis M. P. XXIII. Fines M. P. XVIII. Segusio-
 ne M. P. XXXIII...“ p. 356. „Ticinum. Laumello M. P. XXII.
 Rigomago M. P. XXXVI. Quadratis M. P. XVI. Taurinis M. P. XXI.
 Ad Fines M. P. XVI. Segusione M. P. XXIII.“ It. Hieros. p. 556.
 „Mutatio Ad octavum. Civitas Taurinis mil. VIII. Mut. Ad duo-
 decimum mil. X. Mansio Quadratis mil. XII.“ Tab. Peut. II. C.

*) Apud Steph. Byz. v. „*Ταυρανία, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν
 Ταυρανίος, ὡς Πλακεντίος καὶ Ταυρανιανός*“ Cluver. pro *v* legi vo-
 luit *σ* et consenserunt Holstenius et Berkelius; sed recte Steph. de Pi-
 nedo ad Plin. III. 5. sect. 9. rettulit „Intercidit ibi (in Campania) et Tau-
 rania“. poterat et ad Strab. VI. p. 254. (ed. Alm. p. 390.) referre „*ὅπερ δὲ
 τῶν Θουρίων καὶ ἡ Ταυριανὴ χώρα λεγομένη ἴδρται*“, et ad Pomp.
 Mel. II. 4, 75. sqq. „In Brutio sunt Columna regia, Rhegium, Scylla, Tau-
 rianum et Metaurum“. Ptolemaei (III. 1.) „*Βρουτιῶν .. παρὰ τὸ
 Τυρρηνικὸν πέλαγος .. Ταυριανὸς σκόπελος*..“ et fortasse ad eundem
 locum pertinent verba in fine SCti de Bacchanalibus IN AGRO TAVRANO.
 (Diu postquam haec scripseram, vidi etiam Matth. Aegyptio idem pla-
 cuisse eundemque etiam de Tauriana s. Taurianensi ecclesia provinciae
 Calabriae ex posterioribus scriptoribus disseruis e in comm. ad illud SC.
 Cf. Liv. Drakenborch. 4^o. VII. p. 216. sqq.)

III. A: „Segusione. XXII. finibus. XVIII. Augusta Taurinor., . XXX. Polentia. [?] Alba Pompeia. X. Aquis Tatelis [l. Statiell-
lis]. XXVII. Dertona. Ad ertona [sic] iria. [?]...“. Vide Clu-
ver. I. 11. p. 89., Cellar. I. p. 518. §. 39., Mannert. IX. 1. p. 191.
et de hodierno capite regni Sardiniae Hassel *Erdb. Ital.* p. 369.
sq. ‘Marmora Taurinensia’ dissertt. et notis illustrata’ duabus
partt. a. 1743. 1747. 4°. Augustae Taurinorum ediderunt Ant. Ri-
vautella et Io. Paul. Ricolvi, et ‘Museum Taurinense s. antiquar.
inscr. veterumq. anaglyphor. in reg. acad. porticibus circum-
quaque infixae collectio’ est in Maffei *Mus. Ver.* p. CCIX...
CCXXXV.

— γ. 16.] *Aquis omnes*. Ita et in It. Ant. ac Paulo Diac.,
cum aliis omnibus locis populi nomen adiciatur. Strab. V. p.
217. (ed. Alm. p. 332.) „*Δέρθων και Ἀκούαι Στατέλλαι*“: nam
ita (sive *Στατιέλλαι* potius) pro *Ἀκουδισατέλλα* cum Casaubono
legendum apparet, et paullo post apud eund. Strab. *και Διακούι-
στα και Ἰέλλεια* legitur pro *και αι Ἀκούαι Στατιέλλαι*, ubi
Casaub. *ἀκουαισατατέλλαι* voluit. Plin. supra ad γ. 5. transcr.
Aquis Statyellorum. Idem XXXI. 2. sect. 2. „Argent [aquae] nu-
merum deorum nominibus variis, urbesque condunt, sicut
Puteolos in Campania, Statyellas in Liguria, Sextias in Nar-
bonensi provincia“. *Statiellenses* populi nomen est ap. Brut.
in Cic. ad Div. XI. 11. („ex castris finibus Statiellensium“), *Sta-
tiellates* et *Statielli* ap. Liv. XLII. 7. 8. 21. („in Liguribus in
agro Statiellati pugnatum“; „Statiellates qui uni ex Ligurum
gente non tulissent arma adversus Romanos.“; „... iterum
cum Statiellatibus Liguribus proconsul pugnasse se scripsit,
ac sex milia eorum occidisse“. „Sanciebatur ut qui ex Sta-
tiellis deditis in libertatem restitutus... non esset.“). Inscr.
Velit. ex Cardinalio ap. Orell. 4927. „D. M | L. VETTIO L. F | OPTA-
TO. TRO(mentina). AQVIS | STATIELLIS, EVOC. AVG | L. VETTIVS, HER-
MES et c. et tit. Taurinens. ap. Spon. Misc. erud. ant. p. 164. „.
CAM. CELSO | AED. PLEB. CERIAL. Q. ADLECT. IN | SENATVS ORDINEM
A DIVO | NERVA TRAIANO AVG. GERMANICO DACICO | PRAEF. COH.
BREVCO. [sic] MVNICIPIO SVO | ALBA POMPEIA PATRONO COLONIA-

RVM | MUNICIPIORVM ALBAE POMPEIAE | AVG. BAGIENNORVM | .ENS
 GENVENS. AQVENS. STATIEL. It. Ant. p. 294. „Genua. Libarium M. P.
 XXXVI. Dertona. M. P. XXXV. Aquis. M. P. XXVIII. Crixia. M. P.
 XXX. Canalicus. Tab. Peut. vid. not. superiorem i. f. et Paul. Diac.
 „in hac [provincia Alpium Cottiarum] Aquis, ubi aquae calidae
 sunt, Dertona. .“ supra p. 445*. med. Constat esse hod. cognominis
 provinciae Pedemontanae caput *Acqui* (Hassel. *Ital.* p. 395)., sive *Aich*
 incolis dictum, quod cum Germanico vocabulo *Achen* s. *Aachen* convenit.
 Vid. Cluver. I. 10. p. 81., Cellar. I. p. 528. sq. §. 60., Wesseling. ad It. Ant. I. c.,
 Mannert. IX. 1. p. 293. sq.

— †. 17.] *sive*. Cf. supra p. 672*. ad p. 91*. †. 24. neque satis
 accuratum est quod Pancirolus, qui situm Aquarum Dertonaeque recte
 cognovit, in comm. voluit: „praefectus utriusque oppido praeerat“: in
 utroque, modo in hoc, modo in illo sedem habebat. — *Tertonae* *deff.* Dertonam
 Latini scriptores vocant hanc coloniam omnes praeter Iornand. de reb. Get.
 c. 45. (ed. Murat. p. 214.) „Maorianus... non diu regnans, dum contra
 Alanos . . movisset procinctum, Derthonae iuxta fluvium Hira cognomento
 occiditur“; sed Graecis *Δέρτων*, ut Steph. Byz. h. v., *Δέρθων*, ut saepius
 Strab. V. p. 217. (ed. Almel. p. 332. sq.), *Δερτώνα*, ut Ptol. ad γγ. 14. sq.
 exhib., scribitur. Strab. „ἔστι δὲ ἡ Δέρθων πόλις ἀξιόλογος
 κειμένη μέσην τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ
 Γενούας εἰς Πλακεντίαν, ἐκατέρας διέχουσα
 σταδίων“ . Steph. Byz. „Δέρτων, πόλις
 Λιγυρῶν, Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ
 τῶν ἰά. τὴν καλουμένην Δέρτωνα
 πόλιν. τὸ ἔθνικόν Δερτώνιος,
 ὡς Ἀντιρώνιος. ad quem locum iam alii
 observaverunt, incolis apud Cassiod. Var. X. 27. XII. 27. Dertonensibus
 nomen esse. Plinii loc. de Dertona colonia vide supra ad γγ. 5. sq.,
 Vell. Pat. I. 15, 5. „De Dertona ambigitur“, i. e. quando colonia facta
 sit. eius nomen exhibet hic titulus Rom. (Grut. 487, 6., Orell. n. 74.) „D. M. S | P. VIBI. F. MARIANI. E. M. V. PROC |
 ET. PRAESIDI. PROV. SARDINIAE. P. P. BIS | TRIB. COH. I. PR. XI. VRB. IIII. VIG. PRAEF. LEG | II. ITAL. P. P. LEG. III. GALL. P. FRUMENT |
 ORIUNDO. EX. ITAL. IVL. DERTONA | PATRI. DVLCISSIMO | ET. REGI-

NIAE. MAXIMAE. MATRI | KARISSIMAE | VIBI. MARIA. MAXIMA. C. F.
 FIL. ET. HER⁴. Et in lapide Angleriensi ab Orell. n. 73. paullo
 aliter atque a Maffæo Mus. Ver. p. 371, 4. et Ver. ill. ed. in fol.
 l. p. 355. n. 18. dato memoratur COLLEGIUM FABRVM DERTONEN-
 sium. cf. etiam tit. Dertonensem ad sqq. γγ. 20. sq. n. 6. exhibi-
 tum. It. Ant. et Tab. Peut. huc pertinentes II. vide duabus supe-
 rioribus notis et adde It. Ant. p. 286. sqq. „ab Arimino Derto-
 nam M. P. CCXXXVIII sic: — — — Placentia. Camillomago M. P.
 XXV. Iria M. P. XVI. Dertona M. P. X⁴. De nummo ab Harduino
 Dertonæ tributo, inscripto C. I. A. D., Dertosæ Tarraconensis
 esse Eckhel. D. N. I. p. 83. docet. Exploratum est cognominis
 provinciae Pedemontanae metropolin *Tortonam* (Hassel. *Ital.*
 p. 398. sq.), quam mediæ aevi scriptores Terdonam vocant,
 Hincmar. Rem. (Monum. Germ. I. p. 503.) Tardunam, veteris Der-
 tonæ locum optinere. Vide Cluver. I. 10. p. 81., Cellar. I. p. 529.
 sq. §. 63., Wesseling. ad It. Ant. p. 288. sq., Mannert. p. 291. sq.
 — γγ. 18. sq.] *novarie* € , *novario* €, *Navariae* €^{1,2,3}, *Nan-*
variae €⁴. Plin. ad γγ. 14. sq. transcr. „Novaria ex Vertacomar-
 coris“. id. XVII. 23. sect. 35. §. 27. „Novariensis agricola“. Tac.
 Hist. I. 70. „ut donum aliquod novo principi [Vitellio] firmis-
 sima Transpadanae regionis municipia Mediolanum ac Nova-
 riam et Eporédiam et Vercellas adiungere“ Siliani, i. e. Ala
 Siliana. Vitam C. Albutii Sili Novariensis dat Suet. rhet. 6. Alii
 Novarienses leguntur in titulis Comensi ap. Grut. 393, 8. M. AE-
 MILIO. COELIO | COELIANO. DECVR | MEDIOL. ET. NOVAR., Romano
 ib. 546, 1. s. 550, 9. C. IVLIVS [LIVIVS] C F | IVSTVS | NOVARIA MIL |
 COH. [CHO] IIII. PR et c. Ligorianum marmor ap. Gud. 1, 5. habet
 IOVI. IVNONI. MINERVAE | TVTEL. NOVARIAE | M. AQVILLIVS. Q. F.
 FLORVS | TI. CLAVDIVS. TI. F. DRVSVS | II. VIR. COLON. NOVARIENS.
 AVGVST. sed ficticium id esse monere vix opus erit. Insu-
 brum oppidum fuit sec. Ptol. supra p. 1010⁺. ad p. 118⁺. γ. 14.
 exh., It. Ant. p. 344. „.. a Mediolano per Alpes Graias Vienna
 M. P. CCCVIII sic: Novaria M. P. XXXIII. Vercellas M. P. XVI.
 Eporédia M. P. XXXIII. Vitricium“. quocum convenit, quoad
 huc pertinet, iter „a Mediolano per Alpes Penninas Mogon-

tiacum“ p. 350. In Tab. Peut. non oppidum, sed „fl. Nouaria“ legitur III. A, i. e. *Gogna* s. *Agogna* vel *Ogogna* (Hassel. p. 316.), qui fluviolus infra Laumellum (hod. *Lumello*) Pado miscetur. Geogr. Rav. IV. 30. „Novaria“. Est hodie cognominis provinciae Pedemontanae caput *Novara*. (Hassel. p. 410.) Vide Cluver. I. 23. p. 236., Cellar. I. p. 547. sq. §. 108., Wessel. ad It. Ant. p. 344., Mannert. IX. 1. p. 173. sq.

— ἡ. 20. sq. omisit €. In ♂ ordo huius et seq. praefecti invertitur; idem pro *Sarmatarum* hic et saepius alias *Sarmā* habet. De Marii pugna victoriaeque de Cimbris ἐν τῷ πεδίῳ τῷ περὶ Βερκελλας Plut. in Mar. 25. sq. Vercellis data est Bruti ep. ap. Cic. ad Fam. XI. 19. Libicorum caput fuisse docent Plin. ad ἡ. 14. sq. exh. et Ptol. III. 1. „Λιβικῶν ὑπὸ τοῦς Ἰνσοῦβρους· Οὐερκέλλαι, Λαύμελλον“. Strab. V. p. 218. (334. ed. Alm.) „καὶ ἐν Οὐερκέλλοις χρυσωρῶχιον ἦν· κόμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἰκτουμούλων καὶ ταύτης τῆς κόμης· ἄμφω δ' εἰσὶ περὶ Πλακεντίαν“. Sunt qui propter aurum ibi effossum a Martiale X. 12, 1. „Apollineas Vercellas“ dici putent. cf. etiam Plin. H. N. XXX. 4. sect. 21. „Exstat lex censoria Ictimulorum aurifodinae Vercellensi agro, qua cavebatur ne plus quinque millibus hominum in opere publicani haberent“. Tac. Hist. I. 7. superiore annotatione dedimus. Sil. Ital. VIII. 599. sqq.

„Vercellae fuscique ferax Pollentia villi


Et quondam Teucris comes in Laurentia bella

Oeni prisca domus, parvique Bononia Rheni“.

i. e. τοῦ ποταμοῦ τοῦ παρὰ τὴν Βονωνίαν παραρρέοντος (Dio Cass. XLVI. 55.), hodieque *Reno* dicti. Hieronym. circa a. 370. scripta epist. I. 1. §. 3. „Igitur Vercellae Ligurum civitas haud procul a radicibus Alpium sita, olim potens, nunc raro est habitatore semiruta. hanc cum ex more Consularis inviseret, oblatam sibi quandam mulierculam una cum adultero... poenali carceris horrore circumdedit“. Vercellus oppidi nomen ap. Ammian. XXII. 3, 3. est, nam „dein Taurum“ inquit „ex Pf. P. in exsilium egere Vercellum“. Nominativus *Vercellis*, quo Geogr. Rav. IV. 30. utitur, ex abl. prodiit quem Tab. Peut. III. A

ugusta Praetoria. XXVIII. Vtricio [Vitricium = hod. XI. Eporedia. XXXIII. Vergellis. XIII. Cutias [Cozzo]. illum. XXI. Ticeno^c. Ex It. Ant. praeter II. ad ꝥꝥ. 18. iptos huc pertinent p. 282. „A Vercellis Laude [Lodi] sic: Laumello M.P. XXV. Ticino M.P. XXII. Laude M. p. 346. sq. „a Mediolano per Alpes Graias Argentorato : Ticinum M.P. XXII. Laumellum M.P. XXII. Vercellas . Eporedia M.P. XXXIII. Vitricium [Verres]^c. In annal. ad a. 801. est „inter Vercellos et Eporediam [al. Verporciam]^c. „Vercellinam urbem“ vocat auctor ann. V. ad a. 886. (Monum. Germ. I. p. 403.). Hincmar. Rem. 33.) „apud Vercellis civitatem“. Vercellis Crispum tum fuisse indicat Tac. dial. 8. Ex inscr. cf. 1) Grut. Aileicens. T. MARIVS. APTVS | VERCELLEN. ET | ASIATICVS. D | V. S. L. A | P. C 2) Latercula militaria ap. Grut. 10., Kellerm. Latercc. Caelim. p. 44. 48. 49. 51. n. 103^a. n. 108. 3) Grut. 454, 5. in agro Comensi repert.: c. | OVF. CAECILIO | SECVNDO. COS | AVGV. CVR. ALV. TILOAC. VRB | PRAEF. AEB. SAT. PRAEF | AEB. MIL. Q. IMP | ROM | LEG. III. GALL. XVIRO | STL. IVD. FL. DIVI. T. AVG|. . 4) Grut. 564, 8. Budae. 5) Grut. 1067, 3. Placent. MEDICAE | CABARDIAE | VALERIA. SAMMONIA | VERCELLESIS. 6) Grut. 1096, 10. Dertonae: C. MARIO. IVLIANO. EQ. | C. MARIVS. AELIANVS. IVDEX. INTER. SELEC. EX. V. F. FABR. IIII. VIR. I. D. VERCEL. ET. FLAM. II. VIR. DERT | PONTIF. DECVR. GENVAE. ET. FLAM. PATER. FILIO et c. 7) I. ROM.: P. PLOTIVS. ROMANVS. COS. SOD. AVG. CL | LEG. . PROV. ARAB. - | - - | IVR. PER AEM. LIG. CVR. VIAE. LABIC. VRB - | - - | AED. CVM. OMNI. CVLTV. CONSECRAVIT. 8) Laude Pomp. (Lodi): HERCVLI | L. VALERIVS. SECVNDINI. CVNDIN | VI VIR. IVNIOR | ITEM VI VIR. VERCELLIS | et c. que urbs nunc cognominis provinciae Pedemontanae est, Vercelli. (Hassel. p. 406.) Vide Cluver. I. 23. p. 232., 542. §. 95., Mannert. IX. 1. p. 184. . 22. sq.] *Santis A, Sannitis* ~~BCD~~ *Eadeff.* Scri-

ptum fuerit *σανενης* i. e. *Sanensis*, ut fere *s* et *t* post *n* confundere solitus est librarius. ad *Sanos* traho locum: nam nihili esse videtur Panciroli adnotatio „regionis Samnitis, ubi nunc sunt Abrutii“. versamur in superiore Italia. *Sanos* unum It. Hieros. p. 559. supra ad γ . 9. transcr. memorat, sed ita inter Altinum et Concordiam collocat, atque si haec oppida, quae sec. It. Ant. XXXI, sec. Tab. Peut. XXX M. P. inter se distiterunt, non nisi XVIII M. P. inter se distarent. itaque incertissimum utrum Itinerarii Hieros. numeri mil. X. et mil. VIII iusto minores sint, an mutatio quaedam ante sive post *Sanos* exciderit, quod verius est non solum quia mutationum Italicarum inter se distantia numerum XIII, si eidem Itinerario fidem habemus, nusquam superavit, sed etiam quia mutationes XXIII quas „a Mediolanum Aquileia usque“ ipsum Itinerarium fuisse dicit, non omnes sed XXII tantum enumeratae sunt. Ne multis verbis opus sit, cur *Sanos* in hod. *Riva Zanetana* quaeram, facile haec figura ad Chauchardi magnam mappam geogr. Italiae septentrionalis delineata ostendet, modo meminerimus tum non *Sanis* ipsis, sed regioni *Sanensi* hos Gentiles attribui, tum distantiam locorum in Itinerariis non ex rectis lineis, sed ex viarum ambagibus metiri.



Wesselingius, ex intervallo colligi *Sanos* ad dextram *Liquentiae* fuisse adnotavit, et *Mannertus* etiam (IX. 1. p. 87.) mutationis situm accuratius indicari posse negavit. *Reichardus*

„Sani, *San Donà*. Post *Sanos* desideramus mansionem cum X m. p. nisi desit hic numerus sequenti loco *Concordiae*“; Walckenaer *Geogr. anc. des Gaules* „*Fossata*“; Lapius p. 175. „*Fossata*“. De Taneto s. Tanneto inter Parmam ac Regium Lepidi in provincia Aemilia (hod. S. *Ilario*), cum et sequens praefectura in Aemilia fuit, cogitarem, nisi codicum scriptura obstaret. Ne vero quis de *Santia* s. *Santhia* Vercellensi oppido inter Vercellas Eporediamque sito (Hassel. p. 406.) cogitet, id nomen ex Sanctae Agathæ contractum esse monco. Sanitium autem (hod. *Sanes*) in Alpibus maritimis, Galliarum provincia, situm est.

— §§. 24. sq.] *Bononiae omnes. in emilia* C. Colonia Latina a. 189. ante Chr. n. deducta, (Liv. XXXVII. 57., Vell. Pat. l. 15, 2. cf. Liv. lib. cit. c. 47., Paul. ex Festo v. *Municipium* p. 127. ed. Müll.) ab Octaviano Caesare a. 32. ante Chr. n. denuo aucta. (Dio Cass. L. 6. „πάντας γὰρ τοὺς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἀποικισθέντας, τὰ μὲν ἐκφοβήσας, ἅτε ὀλίγους ὄντας, τὰ δὲ καὶ εὐεργετήσας προσετέθειτο. τὰ τε γὰρ ἄλλα καὶ τοὺς τὴν Βονωνίαν ἐποικούντας αὐτὸς αὖθις, ἵνα δὴ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀρκέσθαι δοκῶσι, προσκατεστήσατο“. Bononienses „in Antoniorum clientela antiquitus erant“. Suet. Oct. 17.) Nerone „oratore Bononiensi coloniae igni haustae subventum centies sextertii largitione“. Tac. Ann. XII. 58. — Plin. H. N. III. 15. sect. 20. „Octava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino... Intus coloniae Bononia, Felsina vocitata, cum princeps Etruriae esset, Brixillum“ et c. cf. Liv. XXXIII. 37. et Serv. ad Vergil. X. 198. (ed. Lion. l. p. 561.) „Ocnum, ... referunt ... ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Celsenam [at. Felsinam], quae nunc Bononia dicitur, condidisse“. cf. Sil. Ital. ad §§. 20. sq. transcr. et vide Ofr. Mülleri *Etrusker* I. p. 132. 139. II. p. 275. Malvasia (Marmora Felsinea. Bononiae 1690. fol.), apud quem de veteri Bononia imprimis p. 109. sqq. videndae sunt, p. 43. „Felsinam *scutum* sonare et *propugnaculum regionis*“ affirmat, „aliarum nempe XI Etruriae urbium, quibus ipsa eminebat“ et „a proprio Boiorum cognomento *Botoniam* dici

voluerunt^a, quae refero non ut credantur, sed ut ne credantur moneam, quamvis Steph. Byz. (*Βοβώνεια*, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν *Βοβωνιάτης*, ὡς *Ῥιθύμνιάτης*· ἢ *Βοβώνιος*, ὡς *Ῥιθύμνιος*) confirmare videri possit, si *Βοϊώνεια* legatur. at vero si hoc ipsum epitomator haberet, parvi tamen ponderis iste locus foret: nemo autem istud Boboniae nomen non ad aliud quoddam Italicum oppidum trahendum esse probabit, e. gr. Feroniae vel Iaboniae Laboniaeve vel similis. Pomp. Mel. II. 4, 19. „Urbium quae procul a mari habitantur, opulentissimae sunt ad sinistram Patavium Antenoris, Mutina et Bononia, Romanorum coloniae, ad dextram Capua . .“. Martiali III. 59. „cultā Bononia“. *Βωνωνία* Straboni V. 1. p. 216. inter maiora Cispadana oppida est, sed seq. p. recte *Βωνωνίας* nomine utitur. De urbis per Mutinense bellum et sub triumviris factis cf. Cic. XI. 13. XII. 5., Suet. Oct. 96., Flor. IV. 6, 3., Appian. B. C. III. 69., Dio Cass. XLIV. 36. sq. XLVI. 54. sq. Ptol. III. 1. *Βωνωνίαν* inter Galliae togatae 13 oppida recenset. Vias per sive ad Bononiam ducentes It. Ant. has habet: 1) p. 98. sq.: „a Mediolano per Picenum et Campaniam ad Columnam, i. e. traiectionem Siciliae: — Mutina civitas — Bononia civitas M. P. XXV. Foro Corneli civitas. M. P. XXIII. — —“ 2) p. 127. inverso ordine eadem leguntur. 3) p. 281. sq. „ab Aquileia Bononiam M. P. CCXVII. — — Mutina. Bononia M. P. XVIII. [sic]“. 4) p. 282. „A Verona Bononia M. P. CV. — — Mutina. Bononia M. P. XXV.“ 5) „A Cremona Bononia M. P. CXII. — — Mutina. Bononia M. P. XXV.“ 6) „ab Arimino Dertonam: — Claterna. Bononia M. P. X. Mutina M. P. XXV.“ It. Hieros. p. 616. „Civitas Claterno. Civitas Bononia mil. X. Mutatio Ad Medias mil. XV. Mutatio Victuriolas“. Tab. Peut. III. C IV. A: Mutina. VIII. Foro Gallorum. XVII. Bononia. III. Isex fl. || fl. Isex [hod. *Idāce*] VI. Claterna“. Zosim. V. 31. de *Βωνωνία* τῇ πόλει, μιᾷ τῆς *Αἰμιλίας* οὔσῃ, διεστηκνία δὲ τοῖς καλουμένοις *μιλίσις ἐβδομήκοντα* τῆς *Ῥαβέννης*. et cap. 37. memorat τὴν *Βωνωνίας* ὀρμητήριον, ὃ καλοῦσιν *Οἰκουβαρίαν*. Geogr. Rav. IV. 30. Non Bononiae in Aemilia, sed in Belgica II. Constantium A. a. 343.

emisisse L. 5. Th. C. de e. o. sord. mun. XI. 16. = L. 1. Iust. C. de privileg. dom. Aug. XI. 74. docuit Gothofr. ad h. L. Inscriptiones Bononienses edidit comes Car. Caes. Malvasia supra cit., quibus adde Bononiensium militum nomina ex Kellerm. Latercc. Caelim. De hod. *Bologna* cognominis delegationis capita secundaque Status ecclesiae urbe (Hassel. *Ital.* p. 664. sqq.) non est quod dicamus. Vide Cluver. I. 28. p. 283. sq., Cellar. I. p. 538. §. 84., Mannert. IX. 1. p. 226. sqq.

— §§. 26. sq.] *Quadrates* aa. *Eporidio* a¹,²,³, *Eporido* a¹⁵.
 — *Quadrata*, i. e. castra? Mannert. IX. 1. p. 190. „*Quadratae*“. It. Ant. p. 340. „A Mediolano Arelate per Alpes Cottias: Ticinum — Rigomago [M. P. LVIII.]. *Quadratis* M. P. XV. Taurinis M. P. XXIII.“ p. 356. „Rigomago — *Quadratis* M. P. XVI. Taurinis M. P. XXI.“ It. Hieros. p. 557. „Civitas Taurinis — Mutatio Ad decimum mil. X. Mansio *Quadratis* mil. XII. Mutatio Ceste mil. XI. Mansio Rigomago VIII“. Haec *Quadrata* Tab. Peut. non habet; nam quae III. B. inter Placentiam ac Ticinum indicantur, longe infra illa sita fuerunt; neque ego video quid *Wessel.* p. 340. sibi voluerit his ad v. *Quadratis* adnotatis verbis „*Tabula* M. P. XXIII. Rigomago separat; unde suspicio est, alteram denarii notam e regio ms. excidisse“. nam neque haec *Quadrata*, ut dixi, neque hanc Rigomagum agnoscit Tab. Peut. Geogr. Rav. IV. 30. „iuxta Alpes est... Augusta Praetoria, Bitricium [Vitricium], Eporea. item supra scriptam civitatem quae dicitur Staurinis [Taurinis] est civitas quae appellatur *Quadrata* mumum [*lego c. al. munimentum, Festung*], item Rigomagus, Costias [Cottias, *Cozzo*], Laumellum, Papia quae et Ticinus, Lambrum, *Quadratam* Padam [*Quadrata ad Padum*]. Item iuxta supra scriptam Eporeiam non longe ab Alpe est civitas quae dicitur Victimula...“. Cluver. I. 23. p. 234. Rigomagum *Trino*, *Quadrata Crescentino*, Ceste *Palazzuolo* interpretatus est. Secundum Mannert. locus ubi occidentalis Dorae Balteae pars Pado miscetur, i. e. non ita procul infra *Chivasso* versus Crescentinum in proyincia Taurinensi (Hassel. *Ital.* p. 372.) conditus fuit, fere ubi Chauchardi tab. geogr. vicum *Ve-*

rolengo habet. Walckenaer „Londaglio“ (Monteglio?), Lapieus „Quadratis Morensengo; Ceste, al. Cestiae, Ceretto; Rigomago, Rinco“, quae aperte falsa sunt, nam e. gr. Cereto Taurinis propior est quam Murusengo; iter autem sec. It. Hieros. a Taurinis Papiam versus, ab occidente ad orientem dirigitur. Mannerti sententia vera est. — et] hoc modo ter tantum coniunctio et posita est in hac Notitia, hic et p. 119*. γ. 28. et p. 120*. γ. 18., ubi tamen binae praefecturae Baiocassibus et Constantiae, Remis et Silvanectibus adscribuntur. Cluver. l. c. „quia vicina inter se erant loca Eporedia et Quadrata, unum utraque habuere praefectum praesidiariorum militum“. Hoc rem non recte explicat; viciniora inter se praesidia diversos praefectos non raro habebant: agris colendis hos milites destinatos fuisse, tenendum est. — Eporedia, sive Eporedium, ap. geogr. Rav., ut paullo ante rettulimus, Eporeia et Eporea, deinde Eporegia, Iporeia, Eboreia, hod. Ivrea (s. etiam Lamporeggio pro l'Emporeggio sec. Cluver.), cognominis Pedemontanae provinciae caput ad fl. Durum maiorem, cui hod. Dorae Balteae nomen est, situm (Hassel. p. 378.), sec. Plin. ad γγ. 14. sq. transcr. Sibyllinis a populo Rom. conditum iussis, a. 100. a. Chr. n., Mario sexiensi Valerioque Flacco consulibus colonia, Latina puto, facta est, ut Vell. Pat. I. 15, 5. enarrat. Strabo IV. 6. p. 205.: „Ἐσύλησαν δέ ποτε καὶ χρήματα Καίσαρος οἱ ἄνδρες οὗτοι [Σαλασσοί]... ὕστερον μὲν τοι κατεστρέψατο αὐτοὺς ἄρδην ὁ Σεβαστός, καὶ πάντας ἐλαφροποιῶλησε, κομισθέντας εἰς Ἐπορειδίαν, Ῥωμαίων ἀποικίαν· ἦν συνήκισαν μὲν φρουρὰν εἶναι βουλόμενοι ταῖς Σαλασσοῖς. Municipium appellat Tacit. ad γγ. 18. transcr. Cf. titul. Taurin. ad γγ. 14. sq. et hunc ex Marmor. Taurin. II. p. 137. desumptum: P. METELLVS | L. F. DEC. TAVR | ET QVAESTOR | ITEM DECVRIO | EPOREDIAE. ET. II. VIR | IOVI. AVG | EX. HS. X | TEST. PONI. CVR Inde scriptae sunt Cic. ad Div. XI. epp. 20. 23. „In Bagiennis“ falso collocat Vell. Pat. l. c.; Strabo et Ptol. III. 1. Salassius recte tribuunt. huius verba sunt: Σαλασσίαν ὑπὸ τοὺς Ἰνσοῦβρονς Ἀγούστα Πραιτωρία κολωνία [Aosta], Ἐπορειδία. Duo ex

It. Ant. itinera ad §§. 18., tertium et ex Tab. Peut. ad §§. 20. sq. repetita sunt. Saliuncam Eporediae nasci „tantae suavitatis, ut metallum esse [i. e. pro nummis valere] coeperit“, Plin. H. N. XXI. 7. sect. 21. enarrat. Vide Cluver. I. 13. p. 96. sq., Cellar. I. p. 522. §. 45., Mannert. IX. 1. p. 185. sq.

— §§. 28. sq.] *Pollenti* \mathfrak{D} , *Pollentiae* \mathfrak{E} (?) *Druff*. Hunc praefectum in Liguria sedentibus Gentilibus praefuisse Pollentiaeque sedem habuisse, fortasse ex hac verborum collocatione aliquis opinabitur, sed reliquarum Liguriae civitatum praecedens enumeratio contra probat, locusque interpretandus est, ac si scriptum exstaret *Pollentiae in Liguria*; nam alia, ne de iis quae extra Italiam fuerunt dicam, in Piceno fuit, ideoque etiam cum Harduino contra Cluver., Mannert., Spruner. aliosque ap. Plin. supra ad §§. 5. sq. transcr. „Pollentia Carrea“, pro eodem non „Pollentia, Carrea“ pro duobus oppidis sumo, quamvis *Carrea* fortasse corrupta [Graeca?] vox non sit; eademque alio idem significanti vocabulo etiam *Potentia* cognominata est. Pollentiam memorat Cic. Philipp. XI. 6., ad Fam. XI. 13. de rebus suis militaribus contra Antonium ibi gestis, et Suet. in Tib. 37. enarrat, „cum Pollentina plebs funus cuiusdam primpilaris non prius ex foro misisset, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus“, illum imperatorem cohortem ab urbe et aliam a Cottii regno per diversas portas in oppidum immisisse ac partem maiorem plebei ac decurionum in perpetua vincula coniecisse. unde colligitur municipium eo tempore fuisse Pollentiam. Propter lanam celebrem fuisse docent Sil. Ital. ad §. 5. transcr., Plin. H. N. VIII. 48. sect. 63., Columella de re rust. VIII. 2., sed

„Non tantum pullo lugentes vellere lanas,
Sed solet et calices haec dare terra suos“

Martial. XIII. 157. praedicat. cf. Plin. H. N. XXXV. 12. sect. 46. *Πολεντία* Ptol. III. 1. inter *Λιγουρίας ὑποκειμένης τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσιν μεσογείους πόλεις* habet. It. Ant. locum non habet; *Potentia* est in Tab. Peut. ad §§. 14. sq. exh. et *POLENTIAE* est etiam in inscr. Taurin. ap. Grut. 925, 1. sed eandem Maff.

Mus. Ver. 221, 7. dat „POLLENT...“. Steph. Byz. Πόλλεντος, ait, ὡς Σώρεντος, ἢ Πολλέντιον, ὡς Ῥήγιον. τὰ γὰρ τούτων ἐθνικὰ τύπον ἓνα διὰ τοῦ ἵνος ἔχουσιν, ὥς Ῥηγῖνος, Σωρεντῖνος. Abunde ex Oros. VII. 37., Cassiodori et Prosperi Aquit. chronicis ad a. 402., Iornande de reb. Get. c. 30. constat Stilichonem contra Alaricum Gotthosque a. 403. certe non feliciter pugnassee; nam funditus cum fusum produunt Gotthici scriptores et ipse Orosius „tacco“ inquit „de infelicibus bellis apud Pollentiam gestis... pugnantes vicimus, victores victi sumus“. nihilo vero minus Claudianus ac Prudentius adulatoriis versibus Stilichonem eiusque victoriam extollunt; ille c. gr. de VI. cons. Honor. γγ. 201. sqq.:

„Tu quoque non parvum Getico, Verona, triumpho
Adiungis cumulum, nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausoniis aut moenia vindicis Aetac“.

et γγ. 27. sq. Alaricum alloquens:

„I potius genti reliquus, tantisque superstes
Danubii populis, i, nostrum vive tropaeum“.

Vixit et Romani venit non sine tropaeis. Nec minus mendaces versus fudit Christianus poeta Prudentius contra Symm. II. 695. sqq.:

„Tentavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens iuratus ab Istro
Has artes aequare solo, tecta aurea flammis
Solvere, mastrucis proceres vestire togatos.
Iamque ruens Venetos turmis protriverat agros
Et Ligurum vastarat opes et amoena profundi
Rura Padi, Tuscumque solum victo amne premebat.

Christipotens nobis iuvenis fuit et comes eius
Atque parens Stilico; deus unus Christus utrique:
Huius adoratis altaribus et cruce fronti
Inscripta cecinere tubae, prima hasta dracones
Praecurrit, quae Christi apicem sublimior effert.
Illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannoniae poenas tandem deleta pependit.
Corpora famosis olim ditata rapinis

In cumulos congesta iacent. Mirabere seris,
 Posteritas, saeculis inhumata cadavera late,
 Quae Pollentinos texerunt ossibus agros⁴.

Cf. Aschbachii *Gesch. der Westgothen*. Ff. ad M. 1827. 8^o. p. 73. sqq. Sic h. quoque I. Sarmatas Gentiles cum fratribus suis ab Istro venientibus iunctos videmus. Pollentia hodie parvus vicus est Pedemontanae provinciae Albae infra confluentes Tanarum Sturamque prope oppidum *Bra*, non procul a Tanaro in sinistra fl. ripa situs, vetus vocabulum retinens, *Polenzo*, *Pollenzo* s. *Polenza* (Hassel. p. 393.). Vide Cluver. I. 10. p. 83., Cellar. I. p. 527. §. 27., Mannert. IX. 1. p. 296. sq. Pancirolus „Pollentiae“ ait „Gn. Plancus a M. Antonio est occisus. XVI. millibus hodie XL. passuum Nouaria distabat; nunc est paruum castrum“.

PAG. 122*. γγ. 1. sq.] Pancirolus in comm. rubricam IN GALLIA praemisit; ego ITEM IN GALLIIS. Labbaeus „Videntur hic quoque deesse nonnulla; aut haec subiungenda superioribus, quae ad Gallias spectant“. quod posterius contra ordinem Laetorum et Gentilium foret. — *Gentilium* (post *Sarmatarum*) omis. ABCediti, sed exstat in D. — *tafalorum* €, *Taifalorum* a¹¹,¹⁵, *Tuifalorum* e¹. Taifalos olim per ethnographiae ignorationem tractui Eifliae non nulli adscripserunt, ut Wilthem. Lucil. II. c. 3. Vide de Dacico Gotthis affini populo quae supra p. 268*. sq. ad p. 31*. γ. 20. citavimus et addesis Eizenschmidt de Ostrogothor. et Visigothor. origine. Ien. 1835. 4^o. §. 10.; de *ἐρύμυ* Grimm. *Gesch. d. d. Spr.* p. 194. 448. Taifali nomen suum amoenissime ad Separim Namneticum sito oppidulo *Tifauges* s. *Tiffauges* (*Vendée*, Cannabich. *Frkr.* p. 560.) reliquerunt. Gregor. Tur. H. Franc. IV. 18. „ipse quoque regressus [Austrapius dux] ad castrum suum mota super se Theifalorum seditione quos saepe gravaverat, lancea sauciatus crudeliter vitam finivit“. Ibid. V. 7. „fuit autem [Senoch presbyter] genere Theifalus et in Turonico clericus factus.“. Id. de vit. patr. c. 15. „beatus Senoch, gente Theiphalus Pictavi pagi quem Theiphaliam vocant, oriundus fuit.“. Et Glaber

etiam Rodulfus ap. Vales. Not. Gall. p. 543*. „homuncionem quendam“ scribit „genere Taifalum a partibus Galliarum in Africam venisse“. Valesius autem hos Il. non ad hos d. q. a. Taifalos gentiles, sed ad eos referri vult, qui „in finibus Pictorum non longe a Ligere et oceano consedere, quos duce Athaulfo Gothorum rege aut certe ductu Goaris regis cum Alanis gente finitima Gallias petiisse puto, et in agro Pictorum circa Ligerim Honorii principatu sedem cepisse“. Certe Taifali gentiles ut alii eiusdem gentis postmodum in eadem regione considerent, ansam dederunt. Videsis etiam Wilthem. Lucilimb. p. 66., Dubos I. p. 89., Zeuss. p. 435. sq. — *Pictavis*] Oppidum Lemonum [*al.* Lemonem] in Pictonibus memorat Hirt. de B. Gall. c. 26. sq., Ptol. III. 6(5). *Κατέχουσι δὲ τῆς Ἀουσιτανίας τὰ μὲν ἀρκτικώτατα καὶ πρὸς τῇ θαλάσῃ Πίκτορες, ὧν πόλεις Πατίατον, Λίμονον.* Ausonius Pictonicae (Prof. X. 41.) et Pictavicae (epigr. Ll. 2.) i. e. civitatis s. urbis nomini- bus usus est. Apud Ammian. p. 165*. transcr. oppidum populi nomen iam gerit, Pictavi. In Not. provv. Gall. quinta inter Aquitaniae Il. Civitas Pictavorum est. Il. Ant. p. 59. „Aunedonacum [*Aunay*] Rauranum [*Raum* prope *Chenay*] M. P. XX. Limonum M. P. XXI. Fines M. P. XXI. Argantomago [cf. supra p. 316*. sq. ad p. 43*. γ. 26.]“. Tab. Peut. I. B. „Portunamnetv. XVIII. Segora. XXXIII. Lemuno. XX. fines. [?] argantomago“. Constat esse praefecturae Viennensis metropolin *Poitiers* (Caenabich. *Frankr.* p. 541.) Vide Interpp. ad Hirt. et Il. Ant. Il. citt., Vales. p. 448. sq., Cellar. I. p. 150. §. 41., D'Anvill. p. 415. sqq., Belley in *Mém. de l'ac. des inscr.* XV., Mannert. II. 1. ed. II. p. 121., Ukert. II. 2. p. 392.

— γγ. 3. sq.] *achora* A, *Achora* aa. *Parifco* B, *Parisio* C, *Parisid* D. Verum est, ita me dii ament, in Panciroliano commentario legi: „à chora Parisios vsque choram paruum flumen in Belgis propè Rhenum Plinius (lib. 4. c. 15.) ponit. Hic ergo praefectus ab hoc flumine Parisios vsque per longa castra milites dispositos habebat“. Sane longa, si quae post orbem conditum, haec castra forent; verum nusquam gentium

exstiterunt, neque in Belgis parvum flumen Chora a Plinio memoratum exstitit. equidem, ne longiora quam fuerunt, castra faceremus vereremur, si Coram Amm. Marc. XVI. 2, 3. *, quam ad cognominem rivum hodieque *la Cure* dictum sitam fuisse cuiusque nomen, *Cure*, adhuc metariam sive praedium rusticum in meridionalibus Autissiodorensis dioeceseos finibus inter *Auxerre* et *Avallon* sitam gerere exploratum est (cf. Vales. p. 145. sq., D'Anvill. p. 226. sq., Ukert. p. 474.), cum Chora h. l. memorata eundem locum fuisse sumimus, ut sumpsit Valesius, D'Anvillius et ipse in comm. ad h. cap. seorsum edito, nisi in sequentibus etiam longiores tractus duo recensentur. nam si vel Parisios h. l. non pro oppido, sed pro populo acciperemus, quod tamen contra morem hac Notitia observatum fieret, longitudinem L. M. P. is tractus superabit. quod etiam Sanso Bucheriusque p. 496. sensit videntur, cum Choram *Corbeil* ad Sequanam esse interpretarentur. quam a D'Anvillio etiam reprobata opinionem quamvis non admittam, tamen de scriptura *Chora* non omnino tutus sum: suspicaris *Chona* (ut *chōa* pro *chōa* sumpsissent) scriptum fuisse, quod foret *Condade* ad Yonnae Sequanaeque confluentes (hod. *Montreuil*), ut *Cône* hodieque *Condade* inter *Nevirnum* *Brivodurum*que (*Nevers* et *Briare*) ad Ligérim sitae nomen est. facillime ex *chora* faceres *diora*, ut ex solubili aenigmate difficilius fieret. At vero rem addubitare quam falsum aliquid affirmare malim. — De Parisiis vide supra p. 1023*. sqq. ad p. 119*. §§. 7. sq.

*) Verba eius haec sunt: „Habita itaque deliberatione adsistentibus locorum peritis, quodnam iter [ab Augustoduno] eligeretur ut tutum, multa ultro citroque dicebantur, aliis per Arbor... quibusdam per Sedelaucum [*Saulieu*] et Coram iri debere firmantibus“. Ionae vita s. Columbanus ap. Vales. l. c. „per urbem Vesontionum et Augustidanum ad Avallorum castrum pervenit, deinde ad Choran fluvium properans ad domum. Theudemundae pervenit, eademque die ad vicum quem Choran vocant, venerunt. exin Autissiodorum properavit“. Idem Vales. ex chronico Viceliacensi [*Vezelay*] abbates presbyterosque „de *Chora*“ et ex historia episcoporum Autissiodor. locos quibus *Chorae* vel *Coresicus* memoratur, exhibuit.

— §§. 5...7.] *interrennos et Rambianos* A, *inter Renos et Rambianos* B, *inter Renos et tambianos* C, *interrennos et cambianos* D, *interrennos et Ambianos* a^{1,7}, *in terrenos et Ambianos* a^{11,12}. De Remis (*Reims*) p. 319*. ad p. 44*. §. 3. et de Ambianis (*Amiens*) p. 320*. ad p. 44*. §. 6. et de Belgica Secunda p. 487*. ad p. 72*. §. 9. dictum est.

— §§. 8. sq.] *tractum* in AB ultimum et columnae et huius capituli verbum est; reliqua sine lacunae indicatione desunt, ut unum folium, fortasse duo folia deesse videatur. *tractūdune semetalaunorum* C, *tractum rodune semetalaunorum* D, *tractum (def) | semeta launorū* E, *tractum Sem et Alaunorum* aa, *tractum Segolaunorum* deff et Bouquet., *tractum Segaulonorum* Du Fresne. Locus difficilis: *tractus* vocabulum supra p. 817*. sq. explicavimus; sed ubi tandem hic tractus fuit? unus enim tractus et unus praefectus hic recensetur. Pancirolus: „per tractum Segolaunorum castrametabatur. Segovellanos [Segovellaunos, Ptol. II. 9(10). Σεγαλλαννούς.] Plinius III. 4. in Narbonensi Gallia statuit prope Allobroges“. Codicum mss. scripturam ille neglexit ideoque etiam alios omnes, e. gr. Valesium p. 581., D'Anvillium p. 590., ut hac Notitia *tractum Segolaunorum*, qui circa Valentiam (*Valence*) inter Allobroges Tricastinosque est, memorari putarent, sefellit. et Bucherius etiam p. 496. falsam scripturam secutus est: „per tractum Segolaunorum [sic]. qui scilicet agrum ipsum Lugdunensem tenebant“. Olim hunc d. q. a. locum sic verti: „*längs dem [Küsten-]Striche von Aurigny [?] und Aleaume*“: nam cum per totas Gallias duos locos, qui paullo propiores essent, quam *Riduna* et *Alauna* Unellorum in Lugdunensi II. non invenirem, (cum de Alaunio It. Ant. p. 343. 383. XXIII M. P. sive Tab. Peut. II. D. XIII M. P. a Segusterone [*Sisteron*] remoto, in Narbonensi II., hoc d. q. a. loco aperte non dictum sit) in istam interpretationem incidi, quam vero reiciendam esse nunc persuasum est: nam in illo Unellorum tractu praefectus imperabat de quo p. 119*. §. 27. habemus; nec *Riduna* oppidi s. praesidii sed insulae nomen fuit, si fidem scripturae Itinerarii mari-

timi * habemus, quam equidem ei denego, quia *Auridunae* s. *Oridunae* vocabulum pro *Riduna* mihi reponendum esse videtur. itaque nunc sic verto „dans le district du Roannez et du Velai“ entre le mont d'or et la Loire. de *Roduna* (*Roanne* s. *Rouanne*) et *Velaunis* (*St. Paulien* s. *Paulhan en Velay*) hunc locum accipiendum esse demonstrabo, ut pro

ροδυνῆσεωσταλαυνορι,

legatur

ροδυνῆσεωετvelaυνορι,

De *Roduna* Ptol. II. 7 (8). 'Υφ' οὗς [Τουρνοιῆς] πλησιάζοντες τοῖς Ἀρουερίοις, οἱ παρικοῦσι τὰ Κέμμενα ὄρη, Ἐγουσιανοί [lege Σεγουσιανοί] καὶ πόλεις αὐτῶν Ῥοδούμνα, Φόρος Ἐγουσιανῶν [Σεγουσιανῶν], et Tab. Peut. I. C et F, II. D, vide paullo infra. constat esse hod. *Roanne* ad Ligerim inde navigabilem (*Cannab.* p. 740.) Vide *Cellar.* I. p. 176. §. 90., *D'Anvill.* p. 559.,

*) It. marit. p. 509. inter insulas „in mari Oceano quod Gallias et Britannias interluit“ enumerantur inter alias „*Vecta*, *Riduna*, *Sarmia* [al. rectius *Sarnia*] *Caesarea*“, i. e. *Wight* et *Nortmannicae* insulae *Aurigny*, *Guernesey* s. *Grenesey*, *Jersey*, ut contra *Wesseling.* *Camdeni* sententiam secutum („*Ridunam* nullam esse aliam ac *Ptolemaei* 'Ριχλὴν et *Plinii Ricinam* sive *Ricneam*, hod. *Racline*“) consentiunt *D'Anvill.* p. 554., *Reichard*, *Ukert.* p. 557., *Lapieus* p. 160. Itaque tractum a promontorio contra *Ridunam* s. potius *Auridunam* (nam sic legendum esse recentius *Aurigny* vocabulum indicat) protendente, quod hodie *cap de la Hogue* vocatur, usque ad *Alauna* s. *Alaunam* (*It. Ant.* p. 386. a *Coesidia* M. P. versus *Condate* [*Rennes*], Tab. Peut. ab *Alauna* VII M. P. *Cronciacannum* usque, quod Ptol. II. 7 (8). est *Κροκιάιτονον λιμὴν Ουδενελῶν*, habet) hod. *Aleaume* s. *Alleaume* prope *Valognes* (*dépt. de la Manche*, *Cannab.* p. 397.) hos Gentiles olim insedissee eumque tractum *Ridunensis* s. *Rodunensis* nomen gessisse opinatus sum. De *Alauna* in *It. Ant.* et in Tab. Peut. memorata utrum illud in *Osismiis* prope *Lannion* (*Côtes du Nord*), hoc in *Unellis* prope *Valognes* situm fuisset, ut *Ukertus* p. 486. sq. et ii quos laudat scriptores, *Sprunerus* etiam volunt, an unum idemque prope *Valognes* situm, ut *D'Anvill.* p. 42. sq. 252. sq., *Mannert.* II. 1. p. 155., *Reichardus* ac *Lapieus* p. 117. 235. interpretati sunt, iam ad explicandum *Notitiae* locum d. q. a. nihil attinet exponere, quem omnino de *Alauna* non agere probasse spero.

Ukert. II. 2. p. 466. De Velaunis autem sive Velavis, quorum nomen oppidum eorum, Ptolemaeo *Ruessium*, Tabulae Peut. *Reveasio* dictum, ut innumeris locis factum esse vidimus, retinuit hodieque in regionis *le Velay* dictae appellatione superest, haec annotanda sunt: Caes. B. G. VII. 75. „Arvernus, adiunctis... Velaunis [*al. Velaviis*], qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt“. similiter Strab. IV. p. 190. (ed. Alm. p. 290.) Οὐέλλαῖοι δὲ μετὰ τούτους [Helvius], οἱ προσχωρίζοντο ποτὲ Ἀρουεργνοῖς· νῦν δὲ ταῖτοιται καθ' ἑαυτοῦς· εἶτα Ἀρουεργοί. κ. τ. λ. Plin. H. N. IV. 19. sect. 33. „Aquitanae... Vellates“. (Cave ne ex eod. III. 20. sect. 24. qui in inscriptione ex tropaeo Alpium paenultimo loco nominantur Velauni, Alpium maritimarum, cum his d. q. a. Velaunis, s. Vellatibus [Vellaiibus?] Plinii, confundantur). Ptol. II. 6 (7). ὑπὸ μὲν τοὺς Ἀυσκίους Οὐέλλανοι, ὧν πόλις Πουέσσιον. ὑπὸ δὲ τούτους Πουτανοί. In Libello provv. Gall. „Civitas Vellavorum [*al. Velaunorum*]“ octava est inter Aquitaniae Primae octo. Tab. Peut. I. C et F, II.

Foro Segustaurv̄ [Segusianorum; hod. *Feurs*].

Mediolano. (<i>Meys</i>)*	xiiii.	Aquis Segete. (<i>Aurec</i> ?)	viii.
Roidomna. (<i>Roanne</i>).	xxii.	Icidmago. (<i>Issingeaux</i> ?)	xvii.
Ariolica. (<i>Aurilly</i>).	xii.	Reuessione. (<i>St. Paulien en Velay</i> .)	xiiii.
Vorogio. (<i>Varennes</i>).	xviii.	Condate. (?)	xii.
Aquis calidis. (<i>Vichy</i>).	viii.	Anderitum. [cf. supra.]	xxii.

Gregor. Tur. IV. 47. „in Vellavum territorium... in Vellavum“ [*dans le Velay*]. X. 25. „Vellavae urbis terminum, ad locum quem Anicium vocitant“; VI. 26. „assumptis secum Arvernus atque Vellavis Avenionem abiit“. Id. de mirac. II. 7. „a Vellavo veniens“; de glor. confess. 35. „Georgius Vellavorum civis“. Mabillo Act. 4. ord. Ben. IV. p. 758. demonstravit Velavos ibi sitos fuisse, ubi nunc oppidum S. Pauliani est; Anicium in

*) sec. D'Anvill., *Arbreste* sec. alios; Lap. près de *Bressieux*: transposita esse vocabula Mediolani Forique Segusianorum. Nimum excresceret haec annotatio, si de omnibus in hoc itinere Tab. Peut. enumeratis oppidis accuratius tractarem. ad rem nostram non nisi Roidomna et Reveasio faciunt.

Vellavis est Podium s. *le Puy en Velai*, quod neglegenter pro Reversione sumpsit Lapieus, cum Reversionem et Velavos idem oppidum significare constet. Vide Vales. p. 589., Cellar. I. p. 155. §. 51., Mannert. II. 1. ed. II. p. 132., D'Anvill. p. 545., Ukert. p. 390.

— ꝥ. 10. sq.] De Lingonibus oppido p. 1100*. ad p. 120*. ꝥ. 6. disputavimus. Quid moverit Zumptium (*Rhein. Mus. f. Philol.* 1845. p. 65.), ut affirmaret, hos Sarmatas Gentiles in Lingonibus sedentes eosdem esse atque eos quorum arva Auson. Mosell. ꝥ. 9. inter Tabernas Noviomagumque memoravit, equidem non intellego, ipsamque affirmationem temerariam esse censeo. Mihi potius hos quoque Hunsrückianos in Trevis sedentes Sarmatas in eo folio Notitiae, quod inter hoc sequensque caput excidisse videtur (sive plura exciderint, quod parum probabile esse puto) memoratos fuisse veri simile videtur, fortasse sic

„Praefectus Sarmatarum Gentilium inter Dummissum et Noviomagum Belgicae Primae“ (sive „in Trevis“ vel similiter).

Dummissus est hod. vicus *Denzen* prope *Kirchberg*; Tabernae ibi steterunt, ubi hodieque turris Romana, *der stumpfe Thurm* dicta, prope vicum *Hinzerath* superest; Noiomagus autem sive Noviomagus est hod. oppidum *Neumagen* ad confluentes Draconum (*Dhron*) Mosellamque situm. cf. comm. meum ad Ausonii Mosellam, Bonnae 1845. 8°. p. 70. sqq. (qui etiam in annalibus antiquit. Rhenanar. curiosorum exstat).

— ꝥ. 12. sq.] In **CD** syllaba *Au* finem paginae facit reliquaue pagina vacua est; in **E** loco nominis oppidi legitur „(def)“; editi habent *Augustodunum* sine ulla lacunae indicatione. De **AB** vide supra ad ꝥ. 8. sq. *Augustoduni* vocabulum partim excidisse mihi quoque videtur, sed praeterea unum folium codicibus qui supersunt, deesse paullo ante significavimus. De Augustoduno (hod. *Autun*) cf. supra p. 317*. sq. ad p. 43*. i. f. 44*. init. et p. 1103*. sq.

CAPP. XLI...XLVI.

DE CLARISSIMIS PROVINCIAE RECTORIBVS.

In universum Consularium, Correctorum et Praesidum proprie sic appellatorum eandem potestatem fuisse, quamvis primum ubique illi locum, postremum autem Praesides, medium Correctores obtinerent (cf. comm. ad Not. Or. p. 517. init. et ad Not. Occ. p. 434*), quod etiam Iustinianus * et Cassiodoriana formulae ad sqq. capp. XLI. XLIII. XLV. exhibendae docent, inter omnes constat; nec vanam opinionem, a Panciolo quoque (Comm. ad Not. Or. c. XCVIII.) prolata, pro magnitudine provinciarum iisdem sive Consulares sive Correctores Praesidesve impositos fuisse Hollwegius (*Process* I. p. 64.) repetere debebat, cum illud pro diversa potius earum dignitate factum esse, historia singularum post Octavianum A. provinciarum administrationis, quamvis hinc inde interrupta, satis demonstret. Igitur ante quam de tribus illis Iudicum generibus sigillatim agetur, quae eorum communia fuerint, videamus. in qua re ne Panciolum sua laude defraudem, commentarium eius repetendum curabo, ita tamen, ut non nulla, quae, sive scriptoris sive operarum incuria, aperte falsa erant, nullo signo apposito corrigerem, alia huiusce modi uncinis [] inclusa, ubi videretur, adderem. Ex Gothofrediana Theod. Cod. Notitia dignitatum (ed. Lips. p. 29. sqq.) non nulla desumpta, in inferiore margine collocata, addita littera G. insignivi. eiusdem viri maximam partem ex ipsarum legum verbis compositum paratitlon ad Th. C. de off. rect. prov. I. 7., qui tit. nunc I. 16. est et prioribus sex constitutionibus auctus, post Panciolianum commentarium a me auctum emendatumque repetetur.

*) In Notitia Nov. VIII. primum *ἑσας ἀρχαὶ ὑπατικαὶ ἦτοι κορσουλάρια* §§. 6...33., deinde sequentibus *καὶ ἑσας ἀρχαὶ ἡγεμονικαὶ ἦτοι correctoriae* consuetudinum nomine praestare debeant, expositum est.

PANCIROLI COMMENT. AD NOTIT. OR. CAP. XCIX. (e^t per error. CXIX.)

COMMVNIA MAGISTRATVVVM PROVINCIARVM.

Etsi speciali vocabulo qui minores provincias regunt, Praesides appellantur, omnes tamen sub generali Praesidis nomine, Proconsules aliique provinciis praefecti continentur. Aemilius Macer L. 1. D. de off. praesid. [I. 18.] 'Praesidis' inquit 'nomen generale est eoque et Proconsules et Legati Caesaris et omnes provincias regentes, licet senatores sint, Praesides appellantur. [Proconsulis appellatio specialis est. * Iustinian. Nov. VIII. c. 1. „μήτε ἄλλην οἰανοῦν ἀρχήν, μήτε ὑπατικὴν, μήτε ἡγεμονικὴν, ἃς δὴ κοσσουλαρίους τε καὶ κορρηκτορίας καλοῦσιν..“.] Nec sola hac voce, sed et re multis conveniebant: inprimis quia omnes cunctis in provincia maius imperium habebant, in sotesque animadvertabant (L. 6. §. 8. D. eod.) [„In illos gladii sui et ius severitatis exerceant (moderatores provinciarumque rectores), in quos statim destringi ferrum iura praecipiant, quorumque differri supplicium materia est interitus plurimorum“. L. un. §. 2. Th. C. ne sine iussu princ. IX. 41. a. 425. emissa. Constantius L. 1. Th. C. de iurisd. II.

*) Ex innumeris fere quibus constitutiones imp. ad designandos hos praesides utuntur appellationibus, has enotavit G. „Rectores. Rectores provinciae vel provinciarum. Ordinarii rectores. quibus provinciae gubernacula evenerunt. qui provinciae praesunt. Provinciae praesidentes. Provinciales dignitates. In potestate publica positi atque honore provinciarum administrandarum. Administrantes. Administrationes. In administratione civili ac provinciae gubernaculis sub iuris dictionis licentia constituti. In administratione positi. Administratores. Quibus provincia credita. — Cognitores. Ordinarii cognitores. Iudicantes. Iudices. (‘Iudicibus, i. e. rectoribus provinciarum’ L. 7. Th. C. de censu XIII. 10.) Ordinarii iudices. Ordinaria potestas. [Ordinaria praeditus potestate. Honor.] Iudices ad provinciam destinati. Iudices provinciarum. Iudices qui provinciis praesident. Iudices qui in provinciis iura restituunt. Iudices quibus reddendi iuris in provinciis permissa est facultas. Iudices locorum. Qui provincias moderantur. Moderatores. Moderatores provinciarum. [Provinciis praefecti. provincias regentes, et q. s. s.]

1. praeceperat: „Iudices provinciarum volumus vim debitae auctoritatis assumere: ... sceleratos convictosque carceres teneant, tormenta dilacerent, gladius ultor interimat.“]; omnes senatorem in provincia morantem iudicabant (L. 2. C. ubi senat. vel clariss. III. 24.); universis in provincias venientibus per aliquot stadia Decuriones occurrebant, exceptis advocatis, qui portas exire non cogebantur (L. 1. C. quib. muner. excus. X. 55.). Id a Postumio Albino cos. a. ab u. c. 631. [immo 580.] originem habuisse videtur, qui iratus Praenestinis, quod apud eos sacrificans non esset honoratus, iussit ut ipsorum magistratus sibi obviam exirent (Liv. XLII. 1.), quod postea in exemplum transiit: is enim honos aliis quoque magistratibus est habitus. Nullus rectorum, cum provincias circumibant, ad privatos divertere poterat, sed in mansionibus cursus publici hospitabantur; aliae domus, ad quas declinassent, publicabantur. Valentinianus (L. 4[5. nunc 11.] C. Th. de off. rect. prov. I. 16., olim I. 7.) Quisquis, inquit, „provinciae praesidentem propria possessione susceperit, ager, quem diversorium habuerit praedictus in transitu, fisci viribus vindicetur. ita enim iudices mansiones instruere et instaurare nitentur“. [cf. etiam Nov. XVII. c. 9. Ex mandatis principum iam olim usu venerat, ne rectores provinciarum per tempus potestatis suae aut ipsi aut propinqui eorum in contrahendis sponsalibus matrimoniiisve communi iure uterentur. cf. L. un. Th. C. si prov. rector. III. 6., Iust. C. V. 2., L. un. Th. C. si quacunq. praeditus potest. III. 11. Iust. C. V. 7.] Omnes Officia Cohortalium habebant; sed minor erat Praesidum numerus, in quorum officio circiter L apparitores fuere, cum totidem Africae Praesidibus Iustinianus constituat (L. 1. §. 3. C. de off. Pf. P. Afr. [supra p. 155*]). quandoque tamen plures pro locorum sive regionum consuetudine habuerunt. Haec dicebatur Cohors praetoria, quae olim praeter paucos Praesidis arbitrio eligebatur (L. 10. C. de cohortalib. XII. 58.). Cicero (ad Q. fratrem, Asiae propraetorem [ep. I. 1. §§. 3. 4.]) ‘Atque inter hos’ inquit ‘eos quos tibi comites et adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa res publica, dum

taxat his finibus praestabis, quos ante praescripsi. quos vero aut ex domesticis coniunctionibus [sic P., al. convictionibus] aut ex necessariis apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex Cohorte praetoria [al. praetoris] appellari solent, horum non modo facta, sed etiam dicta omnia praestanda nobis sunt⁴. Tempore posteriorum principum et Notitiae haec aliam formam habuerunt, ut infra dicitur. [Longe latius quam in sqq. Pancirolus descripsit, Praesidum officium fuisse vel hi ex Dig. de off. praes. I. 18. desumpti loci ostendunt: „Ex omnibus causis, de quibus vel Pf. U. vel Pf. P. itemque Consules et Praetores ceterique Romae cognoscunt, Correctorum et Praesidum provinciarum est notio⁴. „Omnia enim provincialia desideria, quae Romae varios iudices habent, ad officium Praesidum pertinent⁴. „Sed licet is qui provinciae praest, omnium Romae magistratum vice et officio fungi debeat, non tamen spectandum est, quid Romae factum est, quam quid fieri debeat⁴. „Congruit bono et gravi Praesidi curare, ut pacata atque quieta provincia sit quam regit: quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus provincia careat eosque conquirat...⁴. „nam et in mandatis principum est Ut curet is qui provinciae praest, malis hominibus provinciam purgare; nec distinguitur, unde sint⁴. et r.] Omnium provincias regendum praecipua erat cura tributa exigere (§. 1. Authent. de mandat. princip. s. Novell. XVII. et L. ult. C. eod. tit. [de exactorib. tributor. X. 19. cf. Nov. VIII. c. 8. et Symmach. IX. 121. ed. Iuret. „vetus professio Campani Consularis⁴]), et ob id singuli in officio Numerarios habebant, i. e. arithmeticae et numerorum peritos, qui quandoque Tabularii vocantur, quod exacta tributa, indictiones et capitum census scriberent (L. 2. C. de numerar. XII. 5., L. 4. C. eod., L. 13. C. de susceptorib. X. 70. [Th. C. de Numerariis VIII. 1., Nov. Valent. III. de off. et de Numerariis Pf. P. tit. XXI., Io. Laur. Lyd. de magg. III. 31. sqq.]). Omnibus etiam mandatorum principis codices et codicillos magistratus cum insignibus depictos Notarii maioris Laterculi exhibebant (Auth. de mandat. princ., Nov. XXIII. c. 6. pr.), pro

quibus aliquot aureos solvebant. Cohortales generaliter magistratus in publicum prodeuntes praecedebant. Lampridius (in Alex. c. 52.) 'Apparitores' inquit 'nullos passus est: Tribunis aut Ducibus nisi milites anteire voluit, iussitque ut ante Tribunal quattuor milites ambularent, ante Ducem sex, ante Legatum decem'. Id autem quod Ducibus prohibuit, civilibus magistratibus concessit, qui Apparitores praemittebant. Nicephorus (X. c. 22.) enim ait Iulianum Apostatam prohibuisse, ne Apparitores Praesides antecederent, quando delubrum ingrederentur deorum honoris gratia; alias vero permisit, ut Lictores cum fascibus et securibus praeirent. (Cassiodor. in formula consularitatis, [VI. 20. infra transcr.]) Divus etiam Basilius (in Hexaem. hom. 5.) scribit Praeconem et Ferigerulos Praesides praeire consuevisse. Nec vero gregatim aut bini vel terni, sed singuli ordine unus post alium magistratum praecedebant, quemadmodum in numis antiquis spectatur, et Livius (XXIII. 44.) scribit, patrem Fabium cum venisset ad filium consulem equo insidentem, undecim fasces praetervectum non descendisse nec lictores verecundia maiestatis quicquam dixisse. tum filius proximo lictori iussit, ut patrem officii sui moneret. Proximus autem magistratui lictor dignior erat, inter quem et Praesidem nemini se interponere licebat, ut Valerius (lib. I. de institutis antiquitatum [Val. Max. II. 2, 4.]), unde in antiquo marmore legitur M. VLP. AVG. LIB. PROEBIMO. LICTORI. PROXIMO. primus submovebat plebem et ob id praeter fasces virgam manu gestabat [de fascibus consularis Campaniae legimus etiam in Firmico Mat. et inscr. Beneventana Cl. Iulio Pacato Consulari Camp. posita, quam infra exhibebimus.]; proximus mandata magistratus exequabatur, neque adeo vile erat hoc officium, nam servi Lictores esse non poterant (Dion. Cass. XLVIII. 43.). Eadem etiam omnes ferme provinciarum rectores insignia gerebant, scilicet librum mandatorum abaco impositum, cui tapetum venerationis gratia substernebatur. Hic in auditorio, ubi lites dirimebantur, retinebatur, ut in Consulari Palaestinae et Campaniae Notitia ostendit. *lisdem*

praeter codicem praefatum et vultus principum in summo aureae pilae expressi praeferebantur. Cassiodorus (l. c.) 'Vultus etiam' inquit 'geniata obsequii pompa praemittit'. Sic hodie ante Archipraesules et Patriarchas crux argentea cum Domini effigie hastae altae praefixa praemittitur (c. 23. X. de privileg. V. 33.). hunc enim usum ab antiquis Praesidibus sumptum puto. Iidem purpura et torque aurea ornabantur. Tertullianus (de idololatr.) loquens de praefectis provinciarum ait 'Igitur purpura illa et aurum cervicis ornamentum eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc praetextae vel trabeae vel palmatae et coronae aureae sacerdotum provincialium'. Erat autem torques aurum ductum implexum ex tribus quasi funiculis, quod de collo gestabant, inquit Sopotatus Curopalata (de Officialibus palatii, ubi de eius feriis tractat). Hic antiquitus victoriae insigne fuit, qui victoribus donabatur: d. Ambrosius de obitu Valentiniani imp. 'torques' inquit 'insignia esse victoriae dubitari non potest, cum hi qui in bello fortiter fecerint, torquibus honorentur'. Tales magistratus videri volebant, et ideo his ornabantur. Omnium vero magistratum praecipuum insigne fuit Cingulum, sine quo principem adire non licebat, ut ait d. Chrysostomus (I. ad Corinth. c. 2. serm. 20.); et ideo 'In cingulo esse' dicebantur qui actu provincias administrabant, ad aliorum differentiam qui honoraria dignitate fungebantur, quae cingulo carebat (L. 2. C. ut dignit. ordo serv. XII. 8., L. 9. C. de metatis XII. 41.). quare ex auctoritate magistratus cingulo exuebantur (Novell. XII. c. 1.). Habebant et singuli provinciarum rectores suos Assessores, quibus Pescennius Niger salaria ex publico constituit, ne eos gravaret quibus assidebant, dicens Iudicem nec dare nec accipere debere, ut Spartianus [Pesc. Nig. 7.] scribit. idem et Alexander Severus statuit, quamvis dicebat eos ad magistratum promovendos esse, qui per se sine assessore possent administrare, ut auctor est Lampridius [Al. Sev. 46. Cf. de Assessoribus Hollweg. *Process* I. §. 14.]. Annonas etiam, i. e. alimenta, et pabula equorum singuli magistratus

provinciarum accipiebant. Constantinus A. Cyndino P. P. (L. 2. C. de cursu p. XII. 51.) 'respublica' inquit 'praesidibus annonas, et alimenta eorum pecoribus subministrat', quod vetus institutum fuit: ex lege enim Iulia provinciae Proconsulibus aut Praetoribus fenum, ligna, lectos, supellectilem et tectum dabant. Cicero (ad Att. V. 13. 16. cf. 10.) 'Nos Asia accepit mirabiliter, adventus noster nemini ne minimo quidem fuit sumptui'. 'scito non modo nos fenum aut quod lege Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem, nec praeter quatuor lectos et tectum quicquam: multis locis ne tectum quidem, et in tabernaculo plerumque manere'. Haec ille, qui significat magistratus in itinere sub tentoriis pernoctare solitos. Ex publico etiam his argentum dabatur. Cicero (in V. act. [II. iv. c. 5. §. 9.] in Verr.) 'Neminem [Hominem *et*]' inquit 'qui cum potestate aut [ex *et*] legatione in provinciam esset profectus [profecturus *et*], tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum: dabatur enim de [ex *et*] publico'. et alibi (in 7. act. [II. v. c. 32. §. 83.]) 'Ubi ternis denariis aestimatum frumentum? ubi tabernacula? ubi muli? ubi tot tantaque ornamenta magistratibus et legatis a senatu populoque Rom. permissa et data?' Livius quoque (LII. pr. [XLII. 1.]) 'Magistratus' inquit, exeuntes 'mulis tabernaculisque et omni [alio] instrumento [militari] instruebantur' ['ornabantur, ne quid tale imperarent sociis'. *Liv.*]. Ad eos hospites vero divertebant, qui et Romae apud ipsos privatos hospitabantur, socios nunquam onerabant. Id et Plutarchus (in M. Catone) confirmat. Legati tamen si repente aliquo mitterentur, singula iumenta per opida, qua iter faciendum erat, imperabant, aliud onus non iniungebant. Hinc dicta est supellex, quia pecunia a re publica alicui dabatur, qui suo sumptu instrueret legatos, sub pellibus seu tentoriis habitaturos. (L. 7. D. de supell. leg. XXXIII. 10.) Verum L. Postumius Albinus consul a. ab u. c. 581. Praenestinis iratus iumenta et locum ad quem diverteret, cum illac transiret, imperavit [Liv. l. c.]. Augustus vero magistratibus provinciarum pro supellectili ac ceteris necessariis certam pecu-

niam numeravit, unde utensilia locari desierunt (Dion. Cass. LIII. 15.). Tranquillus (in Aug. c. 36.) 'Auctor' inquit 'fuit, ne magistratus deposito honore statim in provincias mitterentur, ut Proconsulibus ad [mulos et] tabernacula, quae publice locari solebant, certa pecunia constitueretur'. Verum Alexander imp. morem antiquum renovavit: Lampridius [in Al. Sev. c. 42.] 'Cum iudices' ait 'promoveret, exemplo veterum argento et necessariis instruebat, ita ut praesides provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas senas, mulos binos, [equos binos,] vestes forenses binas, domesticas singulas [binas et], balneares singulas, cocos singulos, aureos centenos, et si uxores non haberent, singulas concubinas, quod sine his esse non possent, reddituri deposita administratione, [mulas], mulos, muliones [et] cocos, cetera sibi habituri, si bene egissent [se gesserint et], in quadruplum reddituri, si male, praeter condemnationem aut peculatus aut repetundarum'. Constantinus quoque iis alimenta praestitisse videtur (L. 2. C. de cursu publ. XII. 51.). [„Ceterum neque Comiti neque Rectori provinciae plus aliquid praestabitur, quam nos concessimus in annonis seu cellariis“: Grat. Val. et Th. L. 4. Th. C. de off. iud. omn. I. 22. a. 383.] Sed etiam magistratibus pecuniam numerari Theodosius minor praecepit (L. 1. C. de annonis et capit. I. 52.), quem Iustinianus secutus pro singula annona, i. e. victu unius hominis solidos V taxavit, pro capitatione, i. e. pabulo unius equi solidos IIII. (LL. 1. 2. C. de [off.] P. P. [Afr. I. 27.]). Andronicus Comnenus imp. minoribus magistratibus 40 minas, maioribus 80, i. e. 400 et 800 nostros aureos dedit, arctissime praecipiens, ne quid aliud acciperent (Nicet. lib. II.); antea enim civitas, in quam praeses ibat, eum per triduum alebat et P. P. praestanda alimenta praescribebat (Novell. Maiorian. tit. I. de curialib.). Ubi successor in provinciam venisset, statim discessor discedere tenebatur, nec ultra tres menses in itinere poterant morari. (L. 2. D. ad L. Iul. maiest. XLVIII. 4., Dio Casa. I. c.) Augustus constituit, ne ullus magistratus, nisi iubente principe, pecuniam provinciae imperaret: qui hoc fecisset,

crimen laesae maiestatis incurreret. [Modest. L. 18. D. h. t. l. 18. „Plebi scito continetur VT NE QVIS PRAESIDVM MVNVS DONVM CAPERET, NISI ESCVLENTVM POCVLENTVMVE, QVOD INTRA DIES PROXIMOS PRODIGATVR“.] Idem statuit neminem ante tricesimum annum Praetorem creari et qui non prius Aedilis et Quaestor vel Tribunus plebis fuisset (Dion. Cass. LIII. [LII. 20.]). Sed haec et alia multa postea principum arbitrio sunt immutata: nam etsi annuus Romanis magistratus esset institutus, manebat tamen in provinciis quamdiu principi placebat; Tiberius eos diu imperare permisit, ut ait Tranquillus [Tib. 41.]; Antoninus Pius septenis et novenis annis bonos praesides in provinciis delinuit, ut auctor est Capitolinus [in Ant. P. 8. „successorem viventi bono iudici nulli dedit“]. Romam reversuri ex provincia prius ad senatum scribebant. Cicero (in L. Pison.) ‘occultus’ inquit ‘adventus, nullae ad senatum e provincia litterae’. Regressi cum ad portam urbis venissent, insignia magistratus deponebant (L. ult. D. de off. procons. [l. 16. „deponit imperium“]. quod Cicero Pisonem ex Macedonia Proconsulem redeuntem fecisse dicit: togulae enim eius lictoribus praesto ad portam fuere, quibus illi acceptis saga reiecerunt militarique veste abiecta civicam induerunt. Sed id Proconsules tantum fecisse credo: praesides vero egressos provincia insignia statim deposuisse [L. 3. D. de off. praes. l. 18. „si excesserit, privatus est“. — Memoranda est h. l. Zenonis constitutio un. tit. Iust. Cod. Ut omnes iudices tam civiles quam militares post administrationem depositam quinquaginta dies in civitatibus vel certis locis permaneant l. 49. „ut pateat omnibus facultas libera super furtis aut criminibus querimoniam commovendi, ita ut ab omni defensus iniuria provisione post eum administrantis ac periculo Officii, nec minus curialium et defensoris civitatis, iuratoriae tantum cautioni commissus, postquam fuerit in querimoniam devocatus, pulsare volentibus pro legum ratione respondeat. Nec ullam ante praefinitum tempus de provincia discedendi excusationem ei tribuat vel divinae vocis copia vel codicilli alterius admini-

strationis oblati vel praeceptum amplissimae tuae sedis (Pf. P.), ut alterius provinciae moderatoris vices obtineat.... Administrationem autem deponere non volumus decessorem antequam successor ad provinciae fines pervenerit, licet litteris ad eum seu programme vel edicto ad Officium et provinciales usus fuerit... a. 475. Cf. Novell. VIII. c. 9.] Omnes in publicis aedibus habitabant. erant enim in maioribus urbibus praeter palatia principis praetoria, i. e. aedes in quibus iudicabatur (Novell. XXIII. praef., L. 33. pr. C. de ep. et cler. I. 3., L. 4. C. de operib. publ. VIII. 12., L. ult. C. de off. rect. prov. I. 40. [L. 6. Th. C. de metatis VII. 8., Th. C. Ne quis in palatiis maneat II. 10., LL. 8. 35. Th. C. de oper. publ. XV. 1., Cassiodor. Var. VI. 23. „Praetoria tua Officia replent, militum turba custodit“]). Anastasius, non Leo, ut vulgo impressum est (L. ult. C. eod. I. 40.) praecepit, ne Praesides aliique maiores magistratus, nisi in palatiis aut praetoriis habitarent, vel in illis quas speciebus, i. e. rebus ad annonam pertinentibus vacuas invenissent (LL. 1. 2. et pen. C. de navicular. XI. 1.). [„... si quae sunt per varias provincias domus... praestantes et privatis usibus ampliores, ut servare (*non auctionem earum institui*) forsitan oportebit, Iudicum mansionibus deputandas provincialium et eorum cura reficiendas“. L. 1. Th. C. de domib. ad rem priv. pertin. X. 2. a. 378.] haec praetoria ab hospitibus vel militibus recipiendis erant immunia (L. 3. C. de metatis XII. 41.). quae si defuissent, civitas domum magistratui invenire tenebatur; in privatis enim aedibus habitare non debent, ut censent iurium interpretes (Alber. in L. Observare 4. in princ. D. de off. proc. et leg. I. 16.) [„Postquam conventus per diversa provinciarum oppida Praesides habere desierant (cf. Gai. I. 20. et quos ad eum allegavi II.), iidemque in praetorio sive palatio capitalis suae quisque provinciae civitatis ius dicere consueverant, tamen ipsi discurrere per villas vicosque ultroque rimari iussi erant, ubi potestatis suae exercendae necessitas daretur (LL. 12. cf. 11. Th. C. de off. rect. prov. I. 16., Nov. Maiorian. II. de indulg. reliquor. §. 4., Nov. Iust. XXVIII. cap. 4. XXIX. c. 2.). Rhodi autem iudi-

ces in potioribus quinque insulae urbibus vicissim hiemare debebant, „quoniam tempore hiemis navigatio saepe periculosa est“, ut Val. Grat. et Th. L. 6. C. de off. rect. prov. l. 40. praecipiant.] In praetoriis ubi ius dicebatur, altius tribunal ad hunc usum erectum erat, illi credo simile, quale Vitruvius lib. V. c. 1. dicit se in Iulia basilica fecisse. ‘Tribunal’ inquit ‘est in ea aede hemicycli schematis minore curvatura formatum’, i. e. non erat curvum, quemadmodum fornix formarum aquaeductuum, ut faceret semicirculum rotundum, sed velut arcum formabat, ita ut cornua distarent pedibus XLVI. A medio curvaturae usque ad lineam cornuum intercedebant pedes XV. Sed haec forma non semper observata fuit: coepit enim tribunal, ut ait Isidorus, esse locus editus, ad quem per gradus ascendebatur [sed aliter Isid. Etym. XV. 4, 16.], ubi in sublimi sedens magistratus ius dicebat, inferius in subselliis scribae degebant; in imo vero solo stabant litigantes, quemadmodum Zeno (L. ult. C. ubi senat. III. 24.) describit, qui loquens de illustri reo criminis facto ‘sedendi’ inquit ‘in aliqua secretarii parte, quae iudicibus inferior, altercantibus vero superior esse videatur, licentiam’ habebit. Praeclaram tribunalis formam Notitia in Consulari Campaniae repraesentat; locus aliquot gradibus eminens, in medio solium ius dicentis habet, supra purpureae cortinae anulis suspensae ad latera deducuntur, quae complicatae faciem tribunalis aperiunt: id tum Velum levatum vocabatur (L. 5. C. de naufrag. XI. 5.). Obducebatur vero cum de condemnando vel absolvendo deliberabant, unde Secretarium vocabatur (L. ult. C. ubi senat. III. 24., L. 2. C. de prox. ss. scrib. XII. 19., L. ult. C. de off. div. iudic. I. 48. [LL. 6. 9. Th. C. de off. rect. prov. l. 16., L. 8. Th. C. de iurisd. II. 1., L. 16. C. de accusat. IX. 2.]). In medio vero sedens ius dicturus librum mandatorum albo tapeto impositum habebat, quemadmodum ibi spectatur: [columnae principum vultus repraesentantes adstabant; unde Cassiod. Var. VI. 20. ‘de principum imagine metuendus’, et VI. 23. ‘Considis geniatum tribunal’.] locus hic a Iureconsultis Auditorium appellatur (ut in L. 40. D. de

R. C. XII. 1., L. pen. D. de off. assess. I. 22., L. 22. pr. D. ad SC. Trebell. XXXVI. 1.). Magistratus iure alibi quam pro tribunali iudicare non possunt (L. 11. D. de iust. et iure I. 1., L. 6. C. de sent. et interlocutionib. VII. 45. ubi Bartol., L. 2. §. 1. D. quis ordo XXXVIII. 15.); unde tribunali praeesse et pro tribunali cognoscere dicuntur (L. 1. D. de iudic. V. 1., L. 2. D. de re iud. XLII. 1.) Sed etsi summam in provinciam Praesides aut Proconsules auctoritatem haberent (L. 4. D. de off. praes. I. 18. et LL. 7. i. f. 8. D. de off. procons. I. 16.]), ante Diocletianum tamen non omnes causas ipsi iudicabant, sed litigantibus iudices dabant [in omnibus ordinariis iudiciis LL. 8. 9. D. eod. I. 18., LL. 3. 5. Th. C. fin. reg. II. 26., L. 1. Th. C. de religione XVI. 11.]; id diserte aperit Severus (in L. 1. C. de ord. iudicior. III. 8.) negans super causa status posse Praesidem cognoscere [scil. super causa status eius hominis, qui in alia provincia domum habuisset; vide citt. L. 1. cum L. 2. ibid. et tit. C. ubi causa status agi debeat III. 22.] et Antoninus (L. 2. ibid.) 'adito' inquit 'praeside provinciae et accepto familiae erciscundae iudicio experire'. Quare edictis Praetores vel Proconsules se iudicium vel actionem daturus pollicebantur, non iudicatuos (L. 1. §. 1. D. de dolo IV. 3., L. 7. D. de iurisd. II. 1., L. 38. D. mandati XVII. 1.). Cicero (ad Q. fratrem I. 2. §. 3.) 'Quid? Praetor solet iudicare [iudicare esse] deberi?' Gellius (II [XX. 1.]) 'Praetores' inquit, 'iniuriis aestimandis recuperatores se daturus edixerunt'. Plautus (Bacch. sc. V. [II. 3. γγ. 36...38. p. 37. ed. Ritschl.])

„Postquam quidem praetor recuperatores dedit,
 Damnatus demum, vi coactus reddidit
 Mille et ducentos Philippos“.

Id et Suidas (v. ἡγεμονία) affirmat. Aliquando tamen causarum et personarum favore [immo, ubi iudices non dandi erant, ut in omnibus e. o. cognitionibus; vide librum meum *Lehrb. des röm. Privatr.* I. p. 566.] ipsimet cognoscebant, veluti causas liberales, i. e. libertatis ingenuitatisque (LL. 1. 5. 6. C. de ord. cognit. VII. 19., L. 7. C. ne de statu def. VII. 21., LL. 5. 6. C. ubi causa stat. III. 22.) et quasdam alias pecuniarias (L. 1.

§. 2. D. de R. V. VI. 1., L. 39. pr. D. de eviction. XXI. 2.), quae a Ictis pro extraordinariis recensentur (tit. D. de e. o. cognitt. L. 13.). [Decreta de bonis pupillaribus alienandis Praesides provv. dabant (L. 16. C. de praed. et al. reb. V. 71.), res possideri iuebant (L. 12. §. 1. D. de reb. auct. iud. poss. XLII. 5.) et de possessione, hereditatibus, in rem actionibus, de ratiociniis etc. iudicabant (Cod. tit. III. 16. sqq.)] Verum Diocletianus sanxit, ut Praesides omnia per se ipsos negotia definire possent, non cogerentur (L. 2. C. de pedan. iudic. III. 3.) [cf. L. 5. C. ibid. et Nov. LXXXII. et L. 8. Th. C. de off. rect. prov. I. 26. et de iudiciis pedaneis vide Hollweg. *Process.* I. §. 13. — Apparet Pancirolorum neque differentiam inter ordinaria extraordinariaque iudicia, neque inter iudices a magistratu datos eosque qui post Diocletiani tempora *τονοτερηται* sive iudicum ordinariorum vicarii dabantur, intellexisse. cf. cit. lib. *Lehrb. d. röm. Privatr.* p. 567.] Causas vero criminales [exceptis parvis ac minimis: L. 8. Th. C. de iuris dict. II. 1., L. 16. C. de accusat. IX. 2.] semper cognoverunt et terminarunt [cf. tot. tit. Dig. de off. praes. I. 18. passim, LL. 1. 2. 8. Th. C. de iuris dict. II. 1., Th. C. de accusation. IX. 1. passim, Iust. C. ubi de criminib. agi oporteat III. 15., L. 7. §§. 4. sq. L. 22. D. de accusation. XLVIII. 2., LL. 7. 11. D. de custodia reor. XLVIII. 3., L. 5. pr. D. de poenis XLVIII. 19., Novell. CXXXIII. c. 5.] (L. 1. D. de off. eius cui mand. est iuris d. I. 21.) [Neque vero sine iussu principis confiscare (Th. C. IX. 41., Iust. C. IX. 48.), neque deportare Praesidibus potestas fuit (L. 2. §. 1. D. de poenis XLVIII. 19., L. 6. §. 1. D. de interdictis et relegat. XLVIII. 22.); ius relegationis, sed non nisi extra provinciam suam, eos habuisse, de Consularibus Campaniae diserte dicunt imp. LL. 12. Th. C. de poenis IX. 40. a. 378. ad Pf. P. emissa.]. Magistratus extra fines suae provinciae esse non poterant, nec bellum sine senatus vel principis decreto gerere [L. 2. D. ad L. Iul. mai. XLVIII. 4.] [Oblitus erat Pancirolus, eos magistratus provinciarum, de quibus ageret, omnino militarem potestatem habuisse nullam, sed civilem dum taxat administrationem iurisque dictionem], quamobrem Dion M. Cras-

sum notat, quod sine senatus decreto bellum Parthis intulit*. A Defensoribus civitatum, Duumviris [LL. 1. 3. Th. C. de repar. app. XI. 31., Nov. XV. c. 5.] pedaneisque iudicibus ad Praesides appellabatur (L. 21. D. de appellationib. XLIX. 1. [L. 1. Th. C. de off. rect. prov. I. 16., L. 1. pr. L. 3. D. quis a quo app. XLIX. 3., L. 5. C. de appell. VII. 62.]), ab ipsis vero ad Spectabiles, veluti Proconsules vel Moderatores, si causa X libras non excedebat (Novell. XXIII. c. 3. 4. [ubi vide]), alias ad Pf. P. ibatur (L. 29. C. de appellationib. VII. 62. [LL. 1...4. 10. Th. C. de off. Pf. P. I. 5., L. 4. Iust. C. de off. Pf. P. Or. I. 26.]). [De appellationibus ipsi Praesides, non per iudices datos, debebant iudicare. L. 16. Th. C. de appell. XI. 30., L. 5. C. si pend. app. VII. 66.] Maioriano imperante civitates Praesidem ad se venientem per tri-duum alebant et Praefectus praetorio diurna alimenta ipsi praestanda praescribebat (Novell. Maioriani VII. de Curialibus §. 17.) [Qui Comites primi ordinis esse meruerant rectores provinciarum, eos „vicariae dignitatis post depositam admini-

*) „Sub dispositione Praefectorum praetorio erant [intermedia, si Illyricos excipias, Vicariorum potestate: cf. supra capp. II. III. XVIII...XXII.]: hinc adeo censurae eorum obnoxii erant (LL. 16. 18. 20. 21. Th. C. de oper. p. XV. 1.); ab his commonebantur et commoneri iuebantur (LL. 2. 3. eod., LL. 1. 2. Th. C. de pascuis VII. 7.) — Leges provinciarum iudicibus per Pf. P. intimabantur. (L. 6. Th. C. de itin. mun. XV. 3.) Ipsi Praefectos P. consulebant (L. 41. Th. C. de op. p. XV. 1.) et ad eos referebant. (L. 5. Th. C. de veteran. VII. 20.) A iudicibus ad Pf. P. appellabatur (L. un. Th. C. de off. Pf. P. I. 5.)⁴ Gornora. hisque praefectis acta tam civilia quam criminalia edere debebant (L. 3. Th. C. de off. iudic. omn. I. 22.) — De perpetuis *ἀποκρατόρων* artibus, quibus, ut fit, ambitiosam magistratuum catervam ita sibi subiciebant, ut iis tanquam machinis fulgentibus imperatorum numina uti possent, multae de dignitate, si dis placet, atque ordine, de praecedentia praerogativisque etiam tum leges latae sunt, quo *μεγαλαυχίας* codice ratio quoque visendorum salutandorumque iudicum, societatis cum iisdem sedendi, adorandorum principum aliarumque eiusce modi gravissimarum nugarum accurate definita est. cf. e. gr. L. 1. Th. C. de Pf. P. VI. 7., LL. 5. 16. Th. C. de prox. com. VI. 26., L. un. Th. C. de off. iud. civil. I. 20., L. un. Th. C. de comit. vacant. VI. 18., L. un. Th. C. de praep. s. cubic. VI. 8.

strationem privilegiis frui^a a. 413. iubent Honor. et Th. AA. L. un. Th. C. de comitibus qui provincias regunt VI. 17.]

Iac. Gothofredi paratitlon ad Theod. Cod. tit. de officio rectoris provinciae sic habet: „Rectoris provinciae ... officium, industria, cura, primum in audiendis discingendisque litibus consistebat, puta civilibus criminalibusque controversiis, de statu hominum vel patrimoniorum. Hunc in finem, ne congruae ultionis animadversio aliqua ratione cohiberetur, praecipua haec illi cura imposita, ut apertis Secretarii foribus intro vocatis omnibus et pro tribunali, non in recessu domus, non postquam domum se recepisset, ab officii conspectu atque oculis publicis recessisset, non domi pomeridianis horis [cf. etiam L. un. Th. C. de off. iud. civilium I. 20.], controversias audiret, sententias proferret, pronuntiaret; imo, ne quidem libellos acciperet oblatos. Ad finiendas item lites et actus publicos et illud cavebatur, ne spectaculis et ludicris nimium curae tribueret, sed seriis potius actibus vacaret. Debebant et hanc Rectores curam gerere, ne damna provincialibus infligerentur ab Officialibus, Compulsoribus, a potentium procuratoribus. Itaque et certo anni tempore civitates provinciae obire debebant atque in his locis, quibus praesto esse possent omnibus, sedem constituere provincialiumque querelas excipere. Quin imo per omnium villas sensim atque usitatim viccos discurrere debebant, rimaturi a singulis quid quisque insolenter egisset aut cupide“.

Priores sex huius tit. constitutiones recentioribus demum temporibus repertae (ed. Haenel. p. *156...*160.) praecipunt de provocatione et transitu ad officium praefectorum vel vicarii (L. 1.), ne decreta provincialium prius ad comitatum perferantur, quam iudicantes inspecta et probata sua adscriptione signassent (L. 2.); de brevibus omnium negotiorum a Praesidum officiis ad Scrinia Pff. P. et imperatorum mittendis, ut iudicibus praemia poenae decernerentur (L. 3.); ut praesides ad imp. Pffve P. de potiorum insolentiis referant (L. 4.); ut per

provincialia officia atque rectores cuncti tituli exigantur (L. 5.); ut praesides iusto more ius dicant (L. 6.).

DE OFFICIIS RECTORVM PROVINCIARVM

ita Pancirolus in Comm. ad Notit. Occid. cap. L. disputavit: „Officia Consularium ac Praesidum Orientis in hoc ab Occidentalibus differebant, quod in illis unus erat Numerarius [p. 111. γ. 2., p. 113. γ. 1.], in his pro uno Numerario duo erant Tabularii [p. 124*. γ. 2., p. 128*. γ. 2., p. 128*. γ. 2.]: Valentinianus enim et Valens eos primis nominibus mutatis instituerunt: L. 2.C. de numerariis [XII. 50., L. 9. Th. C. eod. VIII. 1. a. 365. data] ‘Qui’ inquit ‘Numerarii appellari consueverant, Consularium atque Praesidum duntaxat Tabularii post hanc nostram sanctionem vocabuntur’. Mox Gratianus eos duos esse voluit, quorum alterum fisci res, alterum largitiones tractare iussit, his verbis (L. 4. C. [L. 12. Th. C. eod. a. 382. emissa]): ‘In provinciis [singulis] duo Numerarii, qui et Tabularii [Th. C. omis. ov. Num. q. et] collocentur, quo [quorum?] ad unum fiscalis arcae rationium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur’. Idem Arcadius confirmavit duobus susceptoribus additis in L. 13. C. de susceptoribus [X. 70., L. 30. Th. C. eod. XII. 6. a. 408. ad Comitem SS. Largitt. data] ‘Duos’ inquit ‘Tabularios seu Numerarios [Th. C. om. seu Num.] et Susceptores totidem per universas provincias oportere constitui clementia nostra praecipit’. [Hanc quoque constitutionem inter multa argumenta esse, quibus vulgata de aetate huius Notitiae opinio refutatur, cum hi duo Susceptores per totum librum non memorentur, observasse iuvabit.] Haec iura in Occidente recepta, in Oriente nunquam observata fuisse videntur. Gravis vero poena his Tabulariis ac Susceptoribus imminebat, si quis suae arcae rationes in alterius scrinium transtulisset (citt. LL. 4. et 13.). M. Antoninus Tabularios et ipse in provinciis instituerat, apud quos nomina natorum ingenuorum scriberentur, ut ait Capitolinus [in M. Ant. c. 9. i. f.], qui a praedictis sunt diversi“. In nonnullis aliis quoque tum orientalium occidentaliumque provinciarum rectorum officia, tum haec ipsa inter se diffe-

rebant: ut ecce Principem ex eodem Officio omnes habebant, praeter Consularem Campaniae, cui „de Officio Pf. P. Italiae“ dabatur; idem unus Pronumerarios habebat; a Libellis habebat Consularis Palaestinae, qualis in reliquis clarissimorum officiis non recensetur; Subadiuvam non nisi in occidentalium legimus. Id omnium Cohortalinorum horum Officiorum commune fuit, ut ad aliam militiam sine annotatione clementiae principalis iis transire non liceret. — Gothofredus de his Officiis Officialibusve, Apparitionibus Apparitoribusve, Militia sive Cohortalibus vel Cohortalinis Iudicum sive Rectorum provinciarum, ex Th. C. in Notitia dignn. ad eundem composita (p. 31. sq. ed. Lips.) haec enotavit: „Per hos statuta complebantur et necessaria peragebantur. erant autem hi perpetui in provinciis, neque Iudicem suum deserere poterant. Annonas consequerentur e fisco, exceptis Exceptoribus [„qui nec militiam sustinent,..“ sed „munia propriae civitatis agnoscere“ debebant]. Vestis eorum seu habitus: penulati erant; discoloribus pallii pectora tegebant, ut ex his dignoscerentur, observabantque seu obfirmabant cingulis interiorem vestem. Suggestere Iudicibus leges eisque obsistere perperam agentibus et ab illicitis deducere debebant; alioquin puniebantur, nominatim Adiutor et Subadiuva. Muneris seu officii eorum erant haec: ordinis dignitatum servandi cura. Locorum a Principe donatorum possessionem donatariis tradebant. Ad separatas provinciarum secretasque partes necessariis ex causis aliquando dirigebantur, inque eum finem binas annuas evectioes iis Pf. P. faciebat. In munus aliquod nisi Principe Officii ordinante mitti non poterant. Exigebant tributa, tirones, potentiorum possessorum domos, senatorias functiones. Mancipes cursus publici electi; mancipatus cura ad Officiales Iudicum veteranos seu emeritos quandoque redacta, in subsidium ad curiales, tum ad hos id reductum. Compulsores. Susceptores et praepositi horreorum. Susceptores vestium. Vetita his sequentia: debiti reum quem Rationalis Officium ad solutionem cogit, abducere; ad matris familiae domum, ad eam extrahendam,

etiam ob tributa publica mitti; in curiales, navicularios et cetera corpora Africae quid eis licere. Corruptelae et peccata eorum varia fuere: ex collecta provincialium praeda ad maiores militias festinabant. Periculo eorum multa erant. Pistores praedia quae privato iure possidebant, vendere, transferre in Officiale non poterant, cum in alios possent. In constitutionibus Officiis quoque poenae comminatio de more fiebat, si quid neglexissent. Sub custodia eorum rei continebantur. Denique Officiales militia curia non liberabat^a.

CAPVT XLI.

PAG. 123*. γ. 1.] Hoc caput omiserunt bcc; in aacc legitur in fine Notitiae Orientis post nostra Notitiae Occid. capita XLV. sq., quae ibi quasi ad Notit. Or. pertinerent, posita sunt, „*Idem & de VIRO CL (v. clarifs c) Cōsulari (Consulari c') Campania, Itēq; v. CL. (itemq; v. clarifs.) Correctore (correctore c'') Apuliae & Calabriae constitutum est. FINIS^a*. Et haec quidem in aa ita sunt, ut p. XXXI. praef. nostr. Notitiae Or. praemissae, in b ut p. XXXIII. ibid., in Γcc, ut p. XXXVI. sq. ibid. repetita sunt.

— γ. 2.] *Campanie & cum insignibus* add. e⁶, 7. —

De Consularibus, aliis scilicet atque de quibus Ulpianum librum singularem composuisse ex inscr. L. 25. D. de R. C. XII. 1. scimus, supremum inter clarissimos provinciarum praesides locum optinentibus, in universum satis constat, post Constantinum M. neque eos qui consulatu functi essent neque qui consulari iure provincias regerent, sed eos dictos esse qui provinciis consularibus administrandis ab imperatoribus praefecti erant; vocabulum autem cum ipsarum provinciarum descriptione ex eo deducendum est, quod olim principes in suas provincias legatos consulares sive consulares simpliciter dictos mittebant. interdum autem in dignitate provinciarum definienda variatum esse, ut quae nunc consularis esset, deinde

correctoria praesidialisve, postea consularis iterum fieret et sic deinceps, et supra multis exemplis, ubi de Vicariis dioecesium disputatum est, imprimis autem p. 606* ad p. 88* ostendimus, et paullo post de ipsa Campania videbimus. Formula Consularitatis ap. Cassidor. Var. VI. 20. sic habet: „Quamvis dignitatem Tuam a consulibus descendere nominis ipsius videantur testimonia declarare, tamen et insignia tanta circumstant, ut nullus possit ambigere Te de illius lampadis claritate lucere: secures enim et fasces quos illius dicavit genio antiquitas, Tuis videntur faleris deputata, ut iuris dictio concessa vel tacita possit admonere provincias. Sed quale Tibi debet esse quod curules inclitas probatur ornare? Vultus quin etiam regnantium geniata obsequii pompa praemittit, ut non solum summi iudicis, sed et dominorum reverentia cumulatus orneris. O magnae temperationis inventum! de nomine consulis promitteris clementissimus, et de principum imagine metuendus. In aliquibus adhuc provinciis ornatus paenula, carpenti etiam subvectione decoraris, ut multis declaretur iudicis per expressas imagines rerum vices Te praecelsae gerere dignitatis. Considera magnum esse quod suscipis, et nulla criminum deiectione vitieris. nominis Tui auctor multa conferendo praedicatur: Tu age ne ullis cupiditatibus accuseris, ut si dare non praevales, certe Te moderari velle festines: proximus enim habetur donanti de quo potest dici ‘abstinens est iugiter alieni’; certe foedissimae contrarietatis vitium est studere furtis et habere vocabulum largitatis. Erigat ad laudem Tuos animos, quod vocaris. non Te profecto meritis imparem facis si turpissimae ambitionis delicta calcaveris: nam errores noxios vincere est vitia maculosa superare, et iste re vera editus est de moribus consulatus: nec enim superflue prudentissimi veterum talia rebus nomina imposuerunt, dum continentiae magnae praesulem provinciis mitterent Consularem. Triumphata iura publica, largire iustitiam, et ex fortiori parte imitari praevales quem nominis proximitate contingis. Pecuniis potest indigere mediocris;

morum talenta non potest non habere qui iustus est. non pavescas largas consulum manus: habent et boni pauperes divitias suas. Illud ergo a Te quaeritur quod in pectore humano nascitur, non quod terrae visceribus continetur: quanto melius triumphare ex animi thesauro, unde nunquam nascitur paenitudo, quia nec tenuis efficeris, cum plura concedis, quin immo tanto locupletior redderis, quantum Te bona conscientiae sparsisse cognoscis. Qua propter opinionis Tuae laude pellecti per illam indictionem in illa provincia consularitatis Te praecipimus agere dignitatem, ut Tibi non sit acceptum quod legibus probatur inimicum: illa magis dilige quae aequitatis iura commendant. Nomen Tuum actionibus proba: consule fessis, et tunc vere diceris Consularis. Sed ut omnia aequabili moderatione pensentur, institue pecunias non quaerere, et agnoscis munera Tibi copiosa provenire. hanc enim condicionem humanis actibus divina posuerunt, ut ille magis possit ditescere qui lucra turpia nescit optare: ignorantes accipiunt qui bene agunt, quia necesse est ut dum parumper malorum ambitio contemnitur, superno munere plus donetur^a.

De finibus Campaniae, quae inter minores quidem, sed tamen nobilissimas totius Italiae provincias numeratur, alios aliis temporibus eam habuisse observat Cluver. IV. 1. p. 1090. sed non ita bene eosdem descripsit. cf. Nic. Corciae *Storia delle due Sicilie. Napol. 1845. 8°. II. p. 6. sqq.*, Mannert. IX. 1. p. 690. sq. Iis temporibus, ad quae haec Notitia respicit, Campania proprie dicta sive felix, vulturum versus, mari infero, ut semper, ab oriente Silaro amne (*Sele*) Lucaniaque, ab aquilone Apenninis montibus Samnioque, ab occidente monte **Massico** Latioque includebatur; sed Latium etiam totius provinciae Campaniae partem efficiebat. „A mari Adriatico (verba sunt Bingham. lib. X. cap. V. §. V.) iterum per transversum Apenninum eundum nobis est, ut Latium et Campaniam, antiquam Italiae gloriam, iuxta mare Tuscum ortum versus ad Silarum amnem a Tiberi et portis Romae contemplerur. Hae regio-

nes in civili et ecclesiastica Notitia pro una duntaxat provincia habentur⁴. cf. Car. a S. Paulo tom. I. p. 51. sq. Recte igitur Pancirolus c. XCI. „Explicitis“ inquit „Spectabilibus Notitia ad Clarissimos digreditur, inter quos primum locum Consulares tenent, quorum insignia in Campaniae Consularis exemplari repraesentantur... Hic vero ut dignior pro aliorum exemplari est positus, quod inter Consulares emineat: est enim Campania omnium Italiae et totius fere orbis fertilissima et opulentissima.“ et cap. L. „Campania inter Lirim fluvium, nunc Garilianum dictum, et Sarnum continetur, ubi est Capua eius metropolis et Neapolis: nunc Terra laboris dicitur a campis laborivis, vel quod ille ager ob fertilitatem sit elaborandus. De hoc ita Cicero: ‘Campani semper superbi bonitate agrorum et magnitudine fructuum, salubritate aeris et pulchritudine regionis’. Eam cunctis terris Dionysius Halic., Plinius, cum Livio Polybius Virgiliusque praeferunt, quod vini, frumenti oleique copia ceteris antecellat, unde Felix est cognominata. ‘Omnium’, ait Iornandes, ‘non modo Italiae sed paene toto orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga est, nihil mollius caelo, bis floribus vernal, nihil uberius solo, ideo Liberi Cererisque certamen dicitur’. Idem L. Florus [I. 16.] et plura Strabo [IV. p. 242. sq. 250., Symmach. ep. VIII. 25. IX. 42., Cassiod. Var. IV. 50., alii.] Itaque assignata cuique oppido certa frumenti quantitate pro alimentis reliquum Romanis horreis inferebatur. Symmachus I. 39. [X. 53. ed. Iuret.] ‘Puteolanis’ ait ‘municipibus Divus Constantinus CLM. modiorum in alimoniam civitatis indulsit, quae summa a D. Constante regente rem p. media parte mutilata est; post quem Constantius annonam Puteolani populi XXV M. modiorum adiectione cumulavit, atque ita factum est, ut C M. modiorum eiusdem populi victus acciperet; sed Iuliano moderante rem p., cum Lupus consulari iure Campaniae praesidens Terracinensium contemplaretur angustias, V M. et DCC modios Puteolanis municipibus derogans Terracinensium usui deputavit’. Addit Symmachus, Terracinenses lavacris publicis Romae ligna et

calcem reparandis moenibus subministrasse. Magnam quoque suum copiam, forte duas decimas Campani quotannis Romanis debebant (L. 3. [Th. C. XIV. 4.] de suariis), pro quibus tandem mille nongentos quinquaginta solidos solverunt (Nov. Valentini de suariis. tit. 37. [36., ed. Haen. tit. 35. p. 359. sqq.]). Hanc pecuniam primo Consularis Campaniae, postea P. P. exegit (cit. L. 3. Th. C.). Nec poterant ludum equorum curulium Campani exercere, nisi prius duo milia modiorum fabae pro singulis factionibus ad alendos equos currentes Romae contulissent (L. 2. Th. C. de equis curulib. XV. 10.). Sub Domitiano Memmius Rufus Consularis Campaniae in pios saevit (Martyrolog. 7. et 12. Maii). Constantino imperante Pompeianus Consularis Campaniae fuit (L. 4. C. si contra ius vel ut. publ.); mox Lupus, ut ait Symmachus, deinde Bulephorus (L. 1. C. ut armor. us.), huic Felix successit, deinde Amphilocius et alii⁴. Pleniorem Consularium Campaniae indicem paullo post dabimus.

Picturam quam ad **A** repetendam curavimus, in ceteris quoque codd. mss., si recesseris a coloribus, quos pro suo quisque pictor lubitu varios adhibuit, consimilis est; apparet autem eam et ab illa quam Not. Or. in Consulari Palaestinae exhibet et a Cassiodoriana descriptione supra repetita diversam esse. parique modo ceterorum quoque Consularium picturas sua quamque propria nonnulla habuisse vix dubitari poterit. Pancirolus de ea sic disputavit: „Notitia in Consulari Campaniae haec insignia ostendit: Imaginem mulieris pro tribunali sedentis, a cuius dextro humero cingulum suspensum ad sinistrum latus oblique descendit, sinistra scutum, dextra hastam tenet, in cuius summo praefixa est tabella, ubi scriptum est CAMPANIA [et sic etiam in **CD**]. Ipsa in capite tutulum cum prominentibus pinnis gerit. Nuda pedes [in **A** calceata, nigris calceis, in **D** flavis, per quos rubrae taeniae quadrangulatim tenduntur, quique in singulis tetragonis rubeos orbiculos habent], albaque palla [fusca in **A**; purpurea **D**] succincta viride [plumbei coloris **A**, caerulei **D**] pallium, a parte sinistra brachio retenta ad genua fluere permittit. Ad

dextram abacus albo [purpureo A, caeruleo B] tapeto, ut in aliis, instratus, librum luteo tegmine tectum sustinet. In codice Ursini supra rubram pallam albo pallio induitur. Madrucianus pro muliere virum eodem modo indutum et pro tribunali sedentem ostendit. Ad dextram liber mandatorum luteo tectus albo ac surrecto tapeto abaco instrato inhaeret. unde apparet ius dicentes prope se hunc librum semper habuisse [?]. Tribunalis, seu ut tum appellabant, Secretarii forma haec visitur: locus amplus sellam in medio continet, cui ius dicens insidet: supra purpureae [flavae A] anulis suspensae et a lateribus convolutae tribunalis faciem aperiunt, id ita diductum et complicatum velum levatum vocabatur (L. 181. C. T. de decurionib. [immo L. 6. Th. C. de naufrag. XIII. 9. cf. LL. 7. 9. Th. C. de off. rect. l. 16., L. 8. §. 3. Th. C. de iuris d. II. 1., L. 7. Th. C. de denuntiatione II. 4., LL. 5. 7. 16. Th. C. de proxim. com. VI. 26., L. 20. Th. C. de exaction. XI. 7.]). Cum vero de causis decidendis vel reis torquendis aut condemnandis consultabant, illud obducebatur. Clemens (Constit. lib. II. c. 56.) 'Aspicite' inquit 'mundana iudicia, quorum potestati videmus tradi homicidas, adulteros, veneficos, sepulcrorum perfossores, latrones, de quibus cum quaesiverunt, Praefecti iudicio interrogant reos, an illa ita se habeant, quibus affirmantibus non continuo eos ad supplicium mittunt, sed per plures dies quaestiones exercent, cum multo consilio et velo interiecto'. Hoc idem in Actis martyrum apparet (ap. Surium 23. Augusti): 'Lysias' inquit 'introgressus obduxit velum, postea exiens ex tabella recitavit sententiam'. Et in aliis actis s. Euplii 'Cum esset' aiunt 'extra velum secretarii Euplius, Calvisianus Consularis intra velum interius ingrediens sententiam dictavit, et foras egressus afferens tabellam legit "Euplium Christianum edicta principum contemnentem, deos blasphemantem, gladio animadverti iubeo". Idem ferme D. Basilius (epist. 79.) 'Qui rerum' ait 'in hoc mundo potiuntur, quando facinorosum hominem morti sunt adiudicaturi, cortinas obducunt et expertissimos quosque ad causae transactionem advocant'. [cf. etiam Chrysost. II. ad

Timoth. homil. V.] Haec ille. Secures etiam cum fascibus et vultus principum Consularis praemittebat, curruque argentato vehebatur, ut ait Cassiodorus⁴. Idem Pancir. in comm. ad Not. Or. c. C (ex ed. t⁴) „eadem forte (civilis officii insignia, currum ex argento, securim et fasces) et Consularis gestabat insignia, qui consularibus infulis ornatus incedebat; sed non Correctores, sicut nec Praesides⁴. Consularitatis dignitate functos Comitibus Italicianorum et Gallicianorum [cf. supra p. 434*.] praeferunt Arc. et Hon. L. un. Th. C. de consularib. et praesidib. VI. 19. a. 400. emissa. sed cum nomine ac dignitate consularis viri collationis frequentandique senatus aliorumque huiusce modi conventuum, qui honoratorum frequentiam flagitabant, onus coniunctum fuit. L. un. Th. C. de comitib. ord. I. artium diversar. VI. 20. cf. L. un. Th. C. de praeos. labor. VI. 25., LL. 7. 8. Th. C. de prox. com. dispos. VI. 26.

Dissertationem Pratilli de' *Consolari della provincia della Campania*, Neapoli a. 1757. 4^o. editam, quam non nisi ex Corcia et Gervasio (*Osserv. s. iscr. onor. di Mar. Lolkiano*. Neapol. 1846. 4^o.) allegabo, si ad sequentem Indicem conficiendum adhibere possem, fortasse pleniorum exhiberem; in quo propter incertitudinem temporis quo magistratum gesserunt, alphabetico quem vocant ordine Campaniae Consulares enumerabo, addito ubi potui, temporis indicio.

AVDENTIVS AEMILIANVS (NOB SANNILIANVS) circa a. 270. (lap. Capuan.) Fabrett. 280, 173., Gnd. 141, 5., Pratilli p. 84., Corcia II. p. 64., Gervas. p. 30. sqq. qui doctum commentarium exhibet.

Ad AMPHILOCHIVM (edd. Amphilocium) CONSVLAREM CAMPANIAE SIVE AD SOPHRONIVM CONSVLAREM PICENI a. 370. data est L. 71. Th. C. de decurionib. XII. 1.

Ad BYLEFORVM CONSVLAREM CAMPANIAE datae sunt a. 364. L. 2. Th. C. quib. equor. us. IX. 20. et L. un. Th. C. quor. us. XV. 15. (L. un. Iust. C. ut armor. us. interd. sit XI. 46[47].), a. 365. L. 24. Th. C. de cursu publ. VIII. 5.

? D. N | Q. ANTONI | CASSI | CASSIANI | CONSVLA|RIS. B. N. Reines. p. 397. vult. Q. ANTONI CASSIANI CAMPANI CONSVLARIS

G. CAELIO CENSO|RINO V. C. --- COMITI D. N | CONSTANTINI MAXIMI AVG | ET EXACTORI AVRI ET ARGENTI | PROVINCIAE III. CONS. PRO|VINC. SIGIL.

CONS. CAM---ORDO POPVLVSQVE ATELLANVS | L. D. S. C (*Grumo prope Atellam*). Ex Matth. Aegyptio Murat. 1029, 8., Pratilli p. 64., Corcia II. p. 267.

? APPIVS CLAVDIVS TARRONIVS DEXTER V. C. (An Consularis Campaniae?) Corcia II. p. 200.

IVLIVS FELIX | CAMPANIAE CONSULARIS circa a. 366. (lap. Sinuessan.) Pratilli p. 77., Corcia II. p. 457. Ad eundem Felicem procul dubio data est Valentiniani Valentisque AA. constitutio, quam ex Consult. c. 9. in Th. C. ad SC. Claudian. IV. 5. ut quintam Gothofr. recepit, Haenelius reiecit. In Consult. inscribitur FELICI CONSULARI MACEDONIAE, sed cum Gothofr. CAMPANIAE legendum est. Subscriptio habet: DAT. XIII. KALEND. AVGVST. MEDIOLANI IPSIS AA. COSS. I. E. A. 365.

GRACCHO CONSULARI CAMPANIAE Imp. Arcad. et Honor. AA. a. 397. dederunt L. 1. Th. C. de collegiatis XIII. 7. Eundem a. 415. Pf. U. fuisse docet inscriptio L. 20. Th. C. de div. off. VIII. 7. Cf. Corsini de Pf. U. p. 336.

[H]ORTENSIO CONVIARO [I. CONSULARI] | PROVINCIAE CAMPANIAE. (lap. Nolan.) Reines. p. 324. n. 56.

IOANNI V. S. CONSULARI CAMPANIAE datae sunt epp. ap. Cassiodor. Var. III. 27. IV. 10. Ex hac ipsa, ubi *spectabilitas vestra* appellatur Consularis, editores videre poterant, falso ab ipsis litteras v. s. viro senatori explicari. [Cf. p. 478*. not.**.]

POSTVMIVS LANPADIUS | V. C. CAMP. CONS [CONS. CAMP. Grut. 193, 1., Doni V. 55. p. 177.] (lap. Neap.) Capaccio Hist. Neap. p. 14., Pratilli p. 115., Corcia II. p. 238. — POSTVMIO LANPADIO V. C | ET INLIVSTRI CONS. CAMP. — (lap. Neap.) Spon. Miscell. p. 160., Grut. 459, 1. — POSTVMIVS LANPADIUS V. C | CAMPANIAE CONS. — Pratilli p. 116., Corcia II. p. 68. Exeunte a. 365. Pf. U. factus est. cf. Corsini p. 235. sq.

MAVORTII | Q. FLAVIO MARSIO EGNATIO | LOLLIANO C. V. Q. PRAETORI [PRAEFECTO Spon. Praef. Fabrett.] VR | BANO AVGVRI PVBLICO POPVLI | ROMANI QVIRITIVM CONS. ALBEI | TIBERIS ET CLOACARVM CONS. OPE | RVN PVBLICVN CONS. AQVARVM | CONS. CAMPANIAE COMITI FLAVIALI | COMITI ORIENTIS COMITI PRIMI ORDINIS ET | PROCONSULI PROVINCIAE AFRICAE | REGIO PORTAE TRIVMPHALIS PATRONO DIGNISSIMO. Dedi hunc celebrem lap. Neap., quibus similes etiam Puteolis ac Sinuessae leguntur, ex apographo Gervasii p. 41. Cf. Spon. Miscell. p. 129., Fabrett. 689, 110., Grut. 431, 4., *Giornale di Napoli* a. 1704. n. 8. p. 57., Pratilli p. 73., Murat. 702, 2., Orell. 2284., Avellino in *Bulletino archeol. Napol.* ann. IV. p. 74. sqq., Corcia II. p. 183. sq. Mavortius Lollianus a. 342. Pf. U. (Corsini p. 200. sqq.), a. 355. Consul, a. 356. Pf. P. (Ammian. XVI. 8, 5.) factus est. De

eo plura Firm. Matern. mathes. praef., II. 32. VIII. 15., vide Vales. ad Amm. l. c., Gothofr. prosopogr. Th. C. v. *Lollianus*, Gervas. l. c. p. 11. sqq. LVPVS. „divo Iuliano moderante rem p. cum Lupus consulari iure Campaniae praesidens. “. Symmach. X. ep. 53. ed. Iuret. (p. 1166*. transcr.), ubi paullo ante „Campani Moderatoris“ vocabulo usus est. Et ap. Gud. 143, 5. (non ex Ligorio desumptus Capuanus tit. legitur: ...NIVS LVPVS | . . . V. C. | ...ONS. CAMP | ...VRAVIT.

T. ANTONIO [AVONIO Grut. 371, 1. NONIO Doni, ANONIO Donati] MARCELLINO | V. C. CONS. CAMP. PATRONO DIGNISSIMO --- PLEBS BENEVENTANA. (Benevent.) Grut. 357, 5. 371, 1., Doni V. 118. p. 215., Murat. 367, 2., Donat. 334, 4., Orell. 3763. Ad hunc ANTONIVM MARCELLINVM a. 319., cum Praeses provinciae Lugdunensis Primae esset, Constantinus A. dedit L. 1. Th. C. sine censu XI. 3.

Q. CLODII HERMOGENIANI | OLYBRII V. C. | CONSVLARIS CAMPANIAE | PROCONSVLIS AFRICAE | PRAEFECTI VRBIS | PRAEF. PRAET. ILLYRICI | PRAEF. PRAET. ORIENTIS | CONSVLIS ORDINARII (Rom.) Grut. 353, 2. Lapis post a. 379. positus, „quo Olybrius, Symmachi gener, ipse Consul processit, cum a. 358. Consularis Campaniae et Africae Proconsul fuisset“. Corsini p. 247., qui alias de eodem inscriptiones complures exhibet, sed non hanc Formiansam: QVINTO. CLODIO. C. | HERMOG. | V. C. CONS. CAMP | ORDO. ET. POPVLVS | FORMIANVS | PATRONO PRESTANTISSIMO. Donat. 337, 8. et 346, 8. Vide etiam Gothofr. prosopogr. Th. C. sub v. *Olybrius sub Constantio imp.*

CL. PRICATVS V. C. CAMP | CONS. (Pausilipp.) Corcia II. p. 196. — CLAUDIO IVLIO | PACATO V. C. CONS | CAMP. OB AEQVITATEM IVDICIS ET | PATROCINIA IAM [IVRIS? Murat.] | PRIVATI. ORDO | BENEVENTANVS PATRONO POST | FASCES DEPOSITOS | CENSUIT CONLOCANDAM (Benevent.) Grut. 390, 1. 424, 1., Murat. 376, 1., 1032, 6., Morcelli de stilo inscr. II. p. 58., Orell. 3170.

BARBARIVS POMPEIAN. V. C. CONS. CAMP. (Abellae). Pratilli p. 68., Corcia II. p. 422. — AD BARBARVM POMPEIANVM CONSVLAREM CAMPANIAE a. 333. data est L. 6 [olim 4]. Th. C. de div. rescr. I. 2., quae in Iust. Cod. L. 4. si contra ius I. 22. inscribitur AD POMPEIANVM CONSVLAREM CAMPANIAE.

POSTVMIVS | V. C. CONS. CAMP | CVRAVIT (Neapol.) Doni II. 42. p. 77., Gud. 137, 7., Murat. 482, 4. (Non supra memoratus Postumius Lampadius?)

VALERIO | PVPLICOLAE [PVBLICOLAE Donat.] C. V. CONS | CAMPANIAE. AB. ATAVIS | PATRONO. SPLENDIDISS. ORDO BENEVENTANVS | ET. HONESTISSIVS. POPVLVS -- (Benevent.) Murat. 1032, 8., Donat. 334, 7.

HEMIVS RVFFVS sec. Pancirol. in Martyrolog. 7. et 12. August.

SEPTIMIO RVSTICO V. C. CONS. CAMP. -- (Neapol.) E Mazocchii schedis Ger-

vasio *Osserv. int. etc. ant. iscr. in Napoli*. 1842. 4^o. p. 51., *Corcia II*. p. 244. Alius fuit procul dubio Q. Iunius Rusticus Pf. U. a. 345. (*Corsini p. 205.*) L. 23. Th. C. de appell. XI. 30. memoratus; et alius etiam Rusticus Julianus Pf. U. a. 388. (*Corsini p. 286.*) ab Ammiano XXVII. 6. notatus et ad quem Symmachi epp. 1...15. lib. III. datae sunt.

NERATIUS. SCOPIVS. V. C | CONS. CAMP. | AD. SPLENDOREM. VRS | NOLANAE. CONSTITVI | PRAECEPT (Nolae) *Grut.* 1080, 4. NERATIO. SCOPIO. V. C | FILIO. CONSULARI | CAMPANIAE (Rom.) *Grut.* 441, 6.

ACILIO GLABRIONI SIBIDIO V. C | CONSULARI CAMPANIAE (Rom.) Cf. supra p. 471*. Ad amicum suum Sibidium Symmachi epp. 129...31. lib. VII. sunt.

FL. CLAYDIO SVLPICIANO C. V | PROCOS. PROV. ACHAEAE. DACIAE ||| CONSULARI CAMPANIAE | VIAE APPIAE AVG. CONSVL [a. 193. ex kal. Mart.] -- (ad fauces Caudin.) *Donat.* 250, 5, *Orell.* n. 131. Cf. *Herodian.* II. 6., *Spartian.* in *Did.* Iul. c. 2. *Anno* 193. Pf. U. sec. *Corsin.* p. 100.

TATIANI | C. IVLIO RVFINIANO | ABLAVIO [ABLAVIO *Maff.*] TATIANO C. V. RVFINIANI ORATORIS FILIO FISCO PATRONO RATIONVM SVMMARVM | ADLECTO INTER CONSULARES IVDICE DIVI CONSTANTINI. LEGATO PROVINCE ASIAE CORRECTORI TVSCIAE | ET VEBRIAE. CONSULARI AB|SILLIANI ET LIVIRIAE PONTIFICI | VESTAE MATRIS ET IN COMLE|SIO PONTIFICVM PROMA|SISTRO. SACERDOTI HER|CVLVS CONSULARI CAM|PANIAE HVIC ORDO SPLEN|DIDISSIMVS ET POPVLVS | ABELLINATIVM [ABELLINORVM *Maff.*] OB INSIGNEM | ERGA SE BENEVOLENTIAM ET RELI|SIONEM ET INTEGRITATEM EIVS STATVAM | CONLOCANDAM CENSUIT (Atripaldae prope Abellinum.) *Maff. Ver. ill. I. Inscr.* p. 18., *Murat.* 1019, 2., *Eupulus* p. 56. et ex hoc *Orell.* 1181.

D. N. VALENTINIANI ||| ARIANVS VALENTINIANVS | V. C. CONSVL. CAMPANIAE | DEVOTVS MVNINI (Puteolis.) *Murat.* 675, 7.

Ligorianos titulos sequentes superioribus immiscere nolui :

M. DONIVS. CRISPINVS. V. CL |||. PROCOS. PROVINCIAE AFRICAE | COS. CAMPANIAE. CVRATOR. REIP | SVSSVLANORVM | et c. (Praenest.) *Gud.* 3, 9.

M. SENSIO. M. F. TERENTINA. GENIALI ||| CANDIDATO. IMP. CAES. NERVAE. TRAIANI | FLAMINI TITIALI. PRAETORI. TVTELARI | CONSULI [sic] CAMPANIAE. PROCONSULI. AFRICAE - - - - (in via Flam.) *Gud.* 138, 6. Hoc titulo *Corsin.* p. 73. ut M. Sensium Gentilem a. 162. Pf. U. fuisse statueret, inductus est M. AVRELIO. PROCVLO. V. C. CONSVLAR. CAMPA|NIAE. ET. CONSULARI. TVSCIAE. ET. VEBRIAE. ET | CORRECTORI. PICEN- ||| TVSCI. POPVLONI. D. D. (Rom.) *Gud.* 116, 10. L. CAELIO. L. F. QVIR. RVFO. V. C |||| CVRATORI. TRIVMPHI. IMP. CAESARIS | L. SEPTIMI. PERTINAC. AVG. PARTHICI. ARABICI. ET. PARTHICI. ADIABENICI. MAXIMI. CONSULARI. CAMPA|NIAE. ET. APVLIAR. BIS. CORRECTORI | TVSCIAE. ET. VEBRIAE. ET. PICENI ||||| (Rom.) *Gud.* 99, 1.

M. AVRELIUS VIRIDIANUS | V. C. CORRECTOR. CAMPAN | ET NOLAN. PATRONVS |||
(Nolae.) Gud. 16, 6.

Correctores Campaniae etiam in his quattuor inscriptio-
nibus leguntur, in quarum priori verba cons. viri suspecta
habeo: fuerint c. v. i. e. clarissimi viri:

FVLVIAE | AVGVNINIAE | MAE. C. F. | DIONYSI. CONS. VIRI | CORR. CAMP. VXORI |
FORMIANI. PVBLICE. (Formiae) Donati 337, 8.

C. VETTIO. COSSINIO RVFINO C. V | PRAEFECTO VRBI [a. 315.] COMITI | IN CON-
SIST. CORR. CAMP. [a. 312.] CORR | TVSCIAE ET VEBRIAE | CORR. VENETIAE ET
HISTRIAE | CVR. ALV. TIBERIS ET CLOACAR. SACRAE VRBIS --- (Atinae)
Doni V. 199. p. 145., Murat. 373, 3., Orell. 2285. Cf. supra p. 441*. et
vid. Gothofredi prosopogr. Th. C. v. *Vettius Rufinus*, Corsini p. 170. sq.

T. FL. POSTVMIO. TITIANO. V. COS | PROCOS. PROV. AFRICAE | COS. AQVAEVM. ET
MINICIAE | CORR. ITALIAE. TRANSPADANAEE | CORR. CAMPANIAE | COGNO-
SCENTI. VICE. SACRA ||||| (Rom.) Grut. 459, 7., Fabrett. III. 516. p. 208.
et X. 218. p. 700., Orell. 1194. Postumius Titianus in fastis consula-
ribus a. 301. legitur. Putem ad eundem a. 315. L. 2. Th. C. de cursu
publ. VIII. 5. datam esse, eoque anno eum Pf. P. fuisse.

RVFIO [RVFIO Reines.]. VOLVSIANO. | [v. c. | inser. Reines.] CORRECTORI CAM-
PANIAE. (Neap.) Capaccii Hist. Neap. I. 9. p. 89. ed. 1607., Reines. p. 1023.
n. XXII., Gervasio *Maev. Loll.* p. 48. not. 1., qui p. 43. hanc alteram Neapol.
exhibet et explicat: FORTISSIMO ET PISSIMO | PRINCIPI SVO | M. AVRELIO
CARINO | RVFIVS VOLVSIVS | V. C. | EORVM IVDICIO | BEATISSIMVS ITERVM |
CORRECTOR. Rufi Volusiani haud infrequentia nomina sunt, ut du-
bitem an ille idem fuerit ac Volusianus qui a. 310. 313. sq. Pf. U.
consulque fuit. cf. Gervas. l. c. cum Gothofr. prosop. Th. C. v. *Volusianus*
sub Constantino M. et Corsini p. 169. sq.

De Tetrico seniore Trebell. Pollio in XXX tyrann. c. 23. Correctorem
eum totius Italiae ab Aureliano factum esse refert „id est Campa-
niae, Samnii, Lucaniae, Bruttiorum, Apuliae, Calabriae, Hetruriae
atque Umbriae, Piceni et Flaminiae omnisque Annonariae regionis“.
Allifani in Campania repertus est tit.: FABIVS MAXIVS RECTOR | PRO-
VINCIAE THERMAE ||| RESTITVIT. Grut. 43, 6.

Etiam Praeses Campaniae celebratur in hoc Cumano ti-
tulo, a. 558. posito:

¶. Θ. Δ | FL. NONIVS. ERASTVS | V. P. PRAEF. CLASSI [IVI i. e. IVN ?] MARIT |
CONES S. II. PRAES. CAMPAN | TVRRIS VRB. NVROS ET PORT | REFCIT. | DD.
N. IVSTINIANO P. AVG ANN | XXXII | Σ. Γ. Θ. Prati III *Via App.* p. 381.,
de' consol. p. 96., Corcia II. p. 110.

Ante quàm correctoria fieret Iuridicumve acciperet Campania, ex qua dignitate in eam provinciae consularis a Constantino M., ut videtur, evecta est, proconsularis fuerat, ad quae tempora sequentes tituli, certe primus et tertius, referendi sunt:

M. NONIO. N. F. | BALBO. PR. PROCOS | HERCVLANENSES (Herculan.) Maff. Mus. Ver. 350, 10., Donat. 337, 9. cf. Murat. 2024, 3.

ΑΝΙΚΙΟΝ ΒΑΣΣΟΝ ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ | ΑΝΘΗΠΑΤΟΝ ΚΑΜΠΑΝΙΑΣ ΛΟΓΜΑΤΙ | ΤΟΤ ΚΟΙΝΟΤ ΠΛΗΣΗΣ ΤΗΣ ΕΠΑΡΧΙΑΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ ΛΟΣΙΘΕΟΣ | ΑΣΚΛΕΠΙΟΣ ΤΟΣ Ο ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ | ΤΗ ΠΛΗΘΟΣ ΤΗΣ ΚΡΗΤΩΝ ΕΠΑΡΧΙΑΣ ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ (Gortynae in Creta) Grut. 1090, 20. Beneventanus tit. ap. Donat. 334, 5. habet: ANICI. BASSI | ANICIO. AVCHENIO. BASSO. V. C. | PROCONSULI. CAMPANIAE | VICE. SACRA. IUDICANTI..... ||||| - BENEVENT. PLEBS. et ROMANUS ap. Reines. VI. 4. p. 395. : ANICIO. AVCHENIO. BASSO. V. C. QVAE | STORI CANDIDATO | VNO. EODEMQUE. TEMPORE. PRAETORI | TYTELARI. PROCONSULI | CAMPANIAE. PRAEFECTO. VRBI. TRINI | MAGISTRATVS | INSIGNIA. FACVNDIAE. ET. NATALIVM | SPECIOSA. LVCE. VIRTVTIS. ORNANTI. Cf. Corsinum p. 99. Bassi praefecturam urb. a. 193. p. Chr. n. adscribentem.

Ligoriani tituli sunt hi:

C. ARRIVS. N. F. BALBINVS | V. C. PROCOS. CAMPANIAE | CORRECTOR. TVSCIAE. ET | VMBRIAE. P̄CVRATOR [sic] et c. (Rom.) Gud. 67, 1.

M. SILIVS. N. F. GALERIA | PAITVS. V. C. || CVRATOR. COLL. FABR. NES | SANEN. PROCOS. PROVIN CIAE | CAMPANIAE. PROCOS. SICILIAE. ET | QVESTOR. PROVIN CIAE. AFRICAE | et c. (Messan.) Gud. 10, 1. et Torremuzza. Panormi 1769. fol. p. 2, 4.

De Iuridicis notissimum est iis datis M. Antoninum philo. Italiae consuluisse „ad id exemplum quo Hadrianus consulares viros reddere iura praeceperat“, ut Capitolin. in M. Ant. philos. c. 11. refert. Hadrianus „quattuor Consulares per omnem Italiam iudices“ constituerat (Spartian. in Hadr. 22.), quem tamen morem non diu obtinuisse etiam Appianus B. C. I. 38. ad a. u. 663. testatur „ἦσαν γὰρ, ὡς ἔοικε, τότε καὶ τῆς Ἰταλίας ἄρχοντες ἀνθύπατοι κατὰ μέρος· ὁ καὶ Ἀδριανὸς ἄρα μιμούμενος ὕστερον χρόνῳ πολλῶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν Ῥωμαίοις ἠγούμενος ἀνεκαίτισε, καὶ μετ’ αὐτὸν ἐπέμεινεν ἐς βραχύ. Cf. etiam Dio Cass. LXXVIII. 22. cum annot. Reimari et Fgm. Vatt. §§. 232. 205. et vide accuratum E. Dirkseni commen-

tarium in libro *Die Scriptores Hist. Aug.* Lips. 1842. 8°. edito p. 78. sqq., qui p. 97. sqq. contra Reimarum disputat. Salmasius ad Spartian. l. c. (cf. Plinian. exercitt. p. 567. A) suae de Consularibus disputationi longe maiorem quam meretur laudem tribuit, atque equidem penitius quid inter proconsulem ac consularem interesset, Appianum quam Salmasium intellexisse persuasum habeo et breviorum viri annot. ad Vopisc. Prob. c. 13. longiori illi praefero. Iuridici ASTYRIAE. ET. GALAECIAE. etiam mentio fit in tit. Rom. ap. Grut. 463, 4., PROVINC. BRITANNIAE p. 482*. ; per Italiam memorantur IURIDIC. PER. APVLIAM in Ligor. sed genuino lap. ap. Grut. 45, 9. et Maff. Mus. Ver. 113, 1., PER. PICENVM. ET. APVLIAM in tit. Rom. ibid. 465, 5. et 6., PER. FLAM. ET. VMBR. in Ariminensi ib. 1093, 3. ubi etiam nomen IURIDICATVS legitur; item in Arim. ibid. 1090, 13. (Maff. Ver. ill. I. p. 295., Orell. 3174.) de IURIDICO. DE. INFINITO (i. e. de quacunq. pecuniae summa *Or.*) PER FLAM. ET VMBRIAM PICENVM sermo est. Ad Campaniam pertinet hic Capuanus titulus a. 162. positus M. AVFIDIO. M. F. SALVSTIANO | IURIDIC. PROV. CAMPANIAE | PROCOS. PRAET. TR. PL. Q. II | OB. EIVS. MODERAT. ET. MVNIF | CAPVAE. DECVRION | SIGNVM. DEAVR. ET. TITVL | PONSATVER | RVSTICO. ET. AQVILINO. COS. Donat. 247, 7. Orell. 3173. Huius loci non est recentiorum nostratium carmen, a quo nec Dirksenius sibi cavet, refellere, quasi Correctores provinciarum mutato dum taxat vocabulo in Iuridicorum locum successissent, quod vel ex provinciarum tum sub Iuridicis tum sub Correctoribus in utraque imperii parte constitutarum enumeratione refellitur, neque eo defendi potest, quod et Iuridici et Correctores Iudices provinciarumve Praesides appellantur. Denique nolo tam longe ab hac Notitia recedere, ut de praefecturis conventibusque Campanis agam, neque opus est, cum et alii complures et imprimis Alexius Symm. Mazochius in Comm. in reg. Herculanens. musei aeneas tabb. Heracl. part. II. (Neap. 1755. fol.) p. 394. sqq. hunc locum pervestigaverint.

— §§. 3. sq.] De Consularium clarissimatum etiam ex innumeris inscriptionibus constitutionibusque satis constat. cf. e. gr. L. 3. Th. C. de suar. XIV. 4. Iidem ab imperatoribus „*Gravitas*

*Tua, Sinceritas Tua** similibusve formulis appellabantur. cf. e. gr. L. 27. Th. C. de cursu p. VIII. 5., L. 17. Th. C. de oper. publ. XV. 1. Cassiodori temporibus spectabiles dictos esse supra vidimus. Ex eodem (Var. VII. 38.) hic inserenda est FORMULA CLARISSIMATVS, quae iis qui sine cingulo dignitatis codicillum meriti erant, data esse videtur: „Constat iucundum esse rerum bonarum saporem et utilem ambitum laudis, qui appetitur per augmenta virtutis. Hoc nos studium providae liberalitatis infundimus, ut maior sit cultus morum, dum crescunt desideria praemiorum. Clarissimatus igitur honorem, ornamenta iudicii nostri, regia Tibi largitur auctoritas, quod praebet et exactae vitae testimonium et futurae prosperitatis polliceatur augmentum. Qua propter nihil iam obscurum agere patiaris, qui clarissimatus dignitate resplendes: grande si quidem vitae testimonium est, non tam clarum quam clarissimum dici, quando paene totum de illo optimum creditur, qui tanti fulgoris superlativo nomine vocitatur“.

— Sedem ordinariam Capuae, quae caput Campaniae fuit, Consularem habuisse, nihil impedit quo minus affirmemus. cf. L. 14. Th. C. de e. o. s. sord. mun. XI. 16., L. 25. Th. C. de appellationib. XI. 30.

— γ. 5.] *Campania* €. PROVINCIAE CAMPANAE in Ligor. lap. ap. Gud. 15, 6. Etiam TRACTVS CAMPANAE ap. Grut. et Gud., nunc non reperio quo loco, mentionem fieri memini.

— γ. 6.] *Offitium* §. In aa sic est: *Provinciae Campaniae officium*. etc.

— γ. 7.] *offitio* §.

PAG. 124. γγ. 2. sq.] *Tabellarios* €. duos pro *Numerario* (€?) deeff. sed *Pronumerarios* ABCDaa.

— γ. 9.] *cohortallinos* ABC€. Ita e. gr. L. 7. Th. C. de off. rect. prov. I. 16. a. 331. emissa „Centurionum aliorumque Officialium“ mentio fit.

— γ. 10.] *ad omisit* ε*. — *miliciam* §€.

— γγ. 10. 11.] *annuntatione* δ. — *clemencias* §.

CAPVT XLII.

Caeteri **ABD** *Caedeff.* — *Consularium* (pro *Consularis* ut *mes.* habent) *aadeff.* — *offitium* **B.**

Editi hoc caput quasi praecedentis clausulam eidem adiunxerunt.

Non omnes Consulares Principem de Officio Praefecti Praetorio Italiae, sed Italicos tantum, Pannoniae II. atque duos Africanos, contra vero Hispanicos tres, Gallicos sex Britannicosque duos Principes ex Officio Pf. P. Galliarum habuisse per se manifestum esse puto.

Fortasse pro hoc capite Notitia imperialis in ipsis Scriptis servata ceteros XXI Consulares totidem capitibus cum suis symbolis officiisque pariter atque capite XLI. de Consulari Campaniae factum est, percensitos habebat. cf. Not. Or. comm. ad capp. XLI. XLIII. Cum autem de ceteris omnibus Consularibus, praeter Pannonicum, ubi de Vicariis sub quorum illi dispositione fuerunt (capp. XVIII...XXII.), disputavimus, iam actum sit, hic non nisi

DE CONSVLARI PANNONIAE SECVNDAE

verba facienda sunt, de quo supra p. 434*. coll. p. 134*. ostensum est, eum cum ceteris Illyricae dioeceseos rectoribus, quippe quae Vicarium secundum hanc Notitiam nullum habuit, sine intermedia potestate sub dispositione Praefecti praetorio Italiae fuisse*. De Pannoniae huius finibus ac partibus p.

*) Quantum falsa de aetate huius Notitiae Panciroliana opinio in permultis quaestionibus quo minus vera ratio vinceret, impedimento fuisset, etiam hoc de Vicario, ficticio illo, Illyrici occidentalis argumentum ostendit, neque supervacaneum esse censeo, etiam Caroli a s. Paulo (Geogr. sacr. I. 1704. fol. p. 70.) hanc disputationem notasse: „Apud Sirmium, inquam, sedes erat Vicarii Illyrici occidentalis; nec est quod alii Vicarium illum haud fuisse apud Illyricum ex hoc contendant, quod nec eius nomen, nec officium reperiantur in Not. imp. Rom. [sed ubi tandem, quaeso, apud veterem aliquem scriptorem reperitur?], cum nec apud eandem legatur Vicarius Italiae per VII provincias, quem

658*. sqq. et p. 142*. sqq. accuratius expositum, et p. 145*. ex Hierocle demonstratum est, Pannoniam Secundam a Iustiniano praesidialem provinciam factam esse. itaque cum Wessel. ad Hierocl. l. c. titulum Rom. ap. Reines. VI. 71. p. 432. (Doni V. 98. p. 186., Murat. 724, 2.) MURNATIO | PLANCO | PAVLINO | V. C. PRAESIDI | PANN. PER. ANN. XXVII | CREPEREIVS. AMANTIVS | et c. ad Pannoniam Primam trahimus, cui Murnatius sub Diocletiano Maximianoque praefuit, ut ex L. 1. Herm. Cod. de depos. XIII., Reines. p. 433. demonstrat, qui etiam L. 12. C. ad L. Fab. de plag. IX. 20. adhibuit, quae tamen „Murnatiano“ in omnibus quae inspexi, exemplis inscribitur, non „Murnatio“. Eidem Pannoniae Superiori se quondam praefectum fuisse Dio Cass. p. 659*. transcr. rettulit. Quattuor tantum, quos Pancirolus etiam (Comm. ad Not. Occ. c. LXIII.) Gothofredusque (Not. Dignn. Th. C. p. 32. sq. ed. Lips.) enumeraverunt, Consulares Pannoniae Secundae memoratos repperi hosce:

1) Elpidium, al. Helpidium, ad quem Constantius A. a. 352. Sirmii dedit L. 6. Th. C. de veteranis VII. De eo, Christiano, plura Gothofredus in prosopogr. Th. C. v. *Helpidius sub Constantino* [leg. *Constantio*] imp.

tamen fuisse nemo dubitat. [immo, Vicarius Italiae „apud eandem“ legitur cap. I. 19. b, et sola codicum mss. qui nobis supersunt, mala condicio facit, ut cap. 18. a. quod in exemplo meo restitui, in reliquis editis desit.] Rationem illius omissionis si quaeras, haec esse potest, quod Illyricum tempore, quo Notitia facta est, ab Hunnis occuparetur: ideoque illuc Vicarii mitti desiere. Quod autem ab Hunnis occuparetur, videre est apud Paulum Diaconum lib. 14. Hist. et r. Nihil incogitantius esse posse iterum iterumque dico, quam ab Hunnis Illyricum occidentale eo ipso tempore occupatum fingere, quo eum tractum incredibili praesidorum classiumque copia Romanos defensum tenuisse eiusdem Notitiae capp. XXXII. sqq. vel caecum adspicere iubent. Bipedes istae bestiae, vel quales in commarginandis pontibus effigati stipites dolantur incompte, quas blanditias Ammian. XXXI. 2. ad Hunnos delineandos adhibuit, eo tempore quo haec Notitia facta est, ultra paludes Maeoticas glaciale oceanum accolebant.

2) „Africani Pannoniae II. rectoris, apud Sirmium poculis amplioribus madefacti“, deinde Mediolanum ducti excruciatique tormentis ac poenalibus claustris traditi ad a. 354. mentionem facit Ammian. XV. 3, 7. et 11.; idem vero XVI. 8, 4. ad a. 356. „Consularem“ ait „Pannoniae tunc Africanum cum convivis rettulimus interfectum“. Gothofredus autem, ipse Pancirolorum vituperans, quod Helpidium Africano posteriorem fecit, dedit „Africanus A. D. 355. 356.“

3) „Ubi [Naessi] Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historicum, exindeque venire praeceptum, Pannoniae Secundae Consularem praefecit [Iulianus imp.] et honoravit aenea statua, virum sobrietatis gratia aemulandum, multo post Urbi Praefectum“. Ammian. XX. 10, 6. ad a. 361. Sextum Aurelium Victorem exeunte a. 388. Praefectum U. factum esse Tillemontius ac Corsinius p. 287. docent. Theodosio M. basin in foro Traiani idem erigi curavit, cuius inscriptio ex parte exstat ap. Grut. 286, 5. De scriptore verba facere non est huius loci.

4) Ad Fortunatum Consularem Pannoniae Secundae a. 365. imp. Valentinianus et Valens dederunt L. 27. Th. C. de cursu publico VIII. 5.

Sirmii sedem huius Consularis fuisse, ut p. 310*. diximus, et ex iis quae modo relata sunt, comprobatur.

Severus imp. olim „Pannonias proconsulari imperio rexit; post hoc Siciliam proconsularem sorte meruit“, ut Spartian. in ei. vit. c. 4. enarrat. Vetustissimum autem epigraphicum de Pannoniae praeside testimonium in seq. titulo Brixienti esse putem (Grut. 441. 10., Donat. 339, 7.): M. NONIO. M. F | FAB. MACRINO | COS. XV. VIR. SACRIS. FAC | PR. LEG. AVG. PR. PRAET. PROV | PANNONI. INFERIOR | L. VSSIVS. PICENTIN. COMMIL | PRAESIDI. OPTIMO. ET | RARISSIM. Idem Macrinus secundum consimillimum alium Brixientem titulum ap. Grut. 1097, 8., Donat. 339, 8. etiam LEG. AVG. PROPR | [PRO. PRAE | Grut.] PROV. PANN. [PAN. Grut.] SUPERIORIS fuit.

CAPVT XLIII.

PAG. 125*. §. 2.] De Fa¹...^{bcc} cf. supra p. 1163*. ad c. XLI. §. 1. ibiq. citt. pagg. XXXI. XXXIII. XXXVI. sq. Notitiae Or. praemissorum. — *Apulis et Calabriae E. cum insignibus* add. 2⁵.

De Correctoribus multi quidem, sed non ita multum scripserunt*. Ne vocabuli quidem primariam potestatem, nec quo tempore Correctores primum instituerentur, satis explorata habemus. nam illam quidem fuerunt qui cum Lazio, Consulares et Correctores promiscue poni opinante, in eo quaerendam esse putarent, quod una cum Pf. P. Italiae regerent, aut, ut Cellar. ad Eutrop. IX. 13., Correctores „ordinario praesidi vel ipsi principi adiunctos“ definirent, aut cum Dion. Gothofredo ad L. 10. D. de off. praes. I. 18. interpretarentur „quibus aliqua pars provinciae mandata est“, ut et Schottus ad Victor. Caess. c. 35. et Anna Fabri ad Eutrop. l. c. fecerunt. at qui sic Correctores ab eo quod cum aliquo regerent, appellatos esse opinati sunt, et libros et lapides contempserunt, quibus integras pluresque interdum simul provincias sub Correctorum dispositione fuisse aperte docemur, ut Dresigius etiam, §. V., vidit. Hic autem §. II. non tam a corrigendo quam regendo Correctores nominatos existimavit, quoniam iidem etiam Rectores ac Moderatores appellati sunt; in qua

*) Lazius comm. rei p. R. II. 2. et 5. (p. 96. 147. ed. Ff. ad M. 1598. fol.), Pancirol. Comm. ad Not. Or. c. XCVIII. et CLVI., Berter. Pithan. I. 9. (in Otton. Thes. IV. coll. 839. sqq.), Bulenger. de imp. R. IV. 37., Barth. Adversarior. LIX. 14., Gutherius de off. dom. Aug. I. 7., Ursat. de notis Romm. in Graev. Thes. antt. Romm. XI. coll. 641. sq., quem expilavit Petisc. in lex. antt. Romm. v. *Corrector* et a quo laudatur mihi non notus C. E. Vizzanius de mandatis principum numm. 22. sqq., Salmas. ad Treb. Poll. de Tetrico sen., Sig. Frid. Dresigius in Comm. de Correctoribus imp. Rom. Lips. 1739. 4°. Dissertationem Lupuli De statu Apuliae et de Iuridicis et Correctoribus Apuliae, quam Orell. ad 3165. citavit, aegre fero quod adhibere nequeo. Dirkseni disputationem de Iuridicis ad cap. XLI. i. f. laudavi; recentiores autem historiae iur. Rom. compilatores, ut ne mentiar, non laudo.

re me consentientem non habet, quippe qui et ex ipso vocabulo, et ex provinciarum quibus impositi sunt Correctores, statu atque difficultate, et ex Cassiodoriana formula rectoris (i. e. Correctoris) provinciae paullo post repetenda effici putem, eas imprimis provincias praesides sub Correctorum nomine dignitateque ab initio accepisse, per quas latrociniorum, seditionum, insolentiorisve ἀπειθαρχίας comprimendorum puniendorumque necessitas quaedam emergerat, atque sic demum Correcturam in eum assiduum usum venisse, ut ex tribus praesidatus formis altera haberetur, quod post Constantinum semper factum esse constitutiones (cf. e. gr. p. 434* ad γ. 3. cit.) et haec Notitia abunde testantur. itaque a corrigendis provinciis regionibusve Correctorum vocabulum deduxerim. Atque hanc quidem interpretationem etiam, nisi fallor, egregie confirmat, quod tum totius Italiae ¹, tum utriusque Italiae ², tum Italiae transpadanae ³, tum geminarum singularumve provinciarum ⁴ Correctores memorantur, quod de

¹) Diocl. et Max. AA. et CC. Numidio Correctori Italiae: L. 3. Iust. C. quib. non obic. l. t. praescr. VII. 35. (n. 290). AVRELIO. VALERIO | DIOCLETIANO. PIO || AVGVSTO | PARTVS. HONORATVS...VIR | CORRECTOR. ITALIAE || (Patav.) Gruter. 279, 4. Cf. L. un. Iust. C. ut quas des. advoc. II. 11. a. 293. datam. -- | C. CEONIO. RVFIO. VOLVSIANO. V. C | CORR. ITALIAE. PER. ANNOS. OCTO | PROCONSULI. AFRICAE || || - CONSULI [n. 314.] (Rom.) Grut. 387, 5. — Q. PAPIRIVS. Q. F. FAB. FAVSTVS | CORNELIANVS || - CORRECTOR | ITALIAE et c. (prope lac. Benac.) Gud. 179, 5. ex Ligorio. Tetricum sen. Aurelianus „Correctorem totius Italiae fecit, i. e. Campaniae, Samnii, Lucaniae, Bruttiorum, Apuliae, Calabriae, Hetruriae atque Umbriae, Piceni et Flaminiae omnisque Annonariae regionis“. (Praeter Umbriam et Flaminiam eadem omnes provinciae recensentur L. 7. Th. C. de indulg. debitor. XI. 28. a. 413. emissa.) Trebell. Poll. in XXX tyr. c. 23. cf. addenda ad p. 435*. γ. 11.

²) L. AELIO. HELVIO | DIONYSIO. C V | IVDICI SACRARVM COGNITIONVM TOTIVS ORIEN | PRAESIDI SYRIAE COELE | CORRECTORI VTRIVSQ | ITALIAE CURATORI AQ | ET MINICIAE et c. (Rom.) Doni V. 60. p. 176., ex quo hanc inscr. se habere Orell. n. 60. oblitus erat.

³) Vide supra p. 1173*. Postumio Titiano positum titulum.

⁴) Quales supra p. 431*. sqq. cum addendis multos memoravimus et infra Apuliam et Calabriam moderantes recensebimus.

aliis omnibus Praesidum generibus non similiter fit. item concinit antiquissimus huiusce modi Correctorum mentionem faciens Papiniani locus ⁵, L. 20. D. de off. praes. l. 18. „Legatus Caesaris, i. e. Praeses vel Corrector provinciae abdicando se non amittit imperium“. Quid? quod extraordinaria quam indicavi, Correctorum ab initio mittendorum ratio id quoque explicare videatur, quod, quamvis a nemine adhuc quem sciam, observatum, tamen observatu valde dignum est, id inquam, quod Correctores omnes sub unius dum taxat maioris potestatis dispositione fuerunt, dum Consulares Praesidesque, si eos excipias, qui per Illyricum occidentale rexerunt, omnes sub propaefectis, Vicariis dioeceseon sive Praefecto Augustali, essent, ut hi sub suorum Praefectorum praetorio dispositione. nam duo orientales Correctores in Not. Or. p. 10. sub dispositione Praefecti praet. Orientis non memorantur (apparet p. 10. versus 4. et 22. „[6] *Augustamnica*.“ et „[11] *Paphlagonia*.“ a me additos esse, quos non addere debebam), sed memoratur Augustamnica sub Praefecto Augustali (p. 58. §. 4.) et Paphlagonia sub Vicario dioeceseos Ponticae (p. 62. §. 3.); tres quidem per occidentem correctoriae provinciae, i. e. Apulia et Calabria, atque Bruttiorum et Lucania, atque Savia memorantur quidem sub Praefecto praetorio Italiae (p. 10. §§. 7. 8. 18.), sed priores illae duae sub dispositione Vicarii urbis Romae fuerunt (p. 64*. §§. 4. 5.), quem sub dispositione Praefecti praet. Italiae non fuisse p. 427*. sqq. ostendimus; Illyricam autem dioeceseon Vicarium omnino nullum habere, itaque et Saviae Correctorem sine intermedia potestate sub

⁵) Nam satis constat, et iam Pancirolus Bulengerusque viderunt, Picentinum titulum, in cuius fine est L. TVRCIO. SECUNDO. APRONIANI. PRAEF. VRB. FIL. ASTERIO. CORR. FLAM. PICENI (Grut. 165, 2., Orell. 603.), non ad Octaviani A. tempora pertinere. pertinet ad Valentiniani Gratianique tempora. Sed nec accuratum esse quod Reimarus ad Dion. Cass. p. 1330. annotavit, Correctores in Italia primum sub Aureliano reperiri, Papinianus ostendit: nomina Correctorum antea regentium nulla nobis servata sunt.

dispositione Pf. P. per Italias fuisse saepe monuimus. Habes meam de Correctorum potestatis et appellationis origine sententiam. Cassiodorus Var. VI. 21. hanc FORMVLAM [COR]RECTORIS⁶ PROVINCIAE exhibet: „Omnino provide decrevit antiquitas iudices ad provincias mitti, ne possit ad nos veniendo mediocritas ingravari. Quis enim latronum ferret audaciam, si longe positam cognoscerent disciplinam? absolute poterat vis permissa grassari, si conquerens tardius crederetur audiri. sed quanto melius in ipsis cunabulis adhuc mollia reprimere, quam indurata crimina vindicare! In compendium mittimus mala, si praesentia facimus esse iudicia. quis enim audeat peccare, cum supra cervices suas distractionem cognoverit imminere? Et ideo Te illi provinciae [cor]rectorem per illam indictionem Nostra mittit electio; ut re vera corrigere nitaris quos Tibi commissos esse cognoscis. Chlamydis Tuae procul dubio inter alia clavos intende, quos scias non inaniter positos: hinc fit ut cum publicum agentes purpuram cernerent, de vigore semper principis admonerent: geniatus indutus, vestis gratiosa, quam filio suo Priamo Venus dicitur texuisse, ut eximiae pulchritudinis matrem singulariter ornatus filius testaretur. Respice quantum dederint leges et ad mensuram Te potestatis extende. Tibi fiscalium tributorum credita monstratur exactio. Constat esse Tuae fidei commissum principi renuntiare quod in provinciis probatur emergere. Tu etiam senatorem ibidem residentem iuberis audire, Tu in praefectorum militem cum ipsius tantum conscientia vindicare. Tuum nomen in subscriptionibus iusserunt honoratis provincialibus anteferri: quid de Te aestimatum sit, datur adverti, cui tot videntur nobiles potuisse postponi. additur quod a Principe frater voceris, ut nobilitate pretiosi nominis a vilitate criminum tollereris. Cogita tantorum homi-

⁶) Non RECTORIS, sed CORRECTORIS in inscr. capitis legendum esse, ex ipsius formulae tenore eoque quod FORMVLA CONSULARITATIS praecessit (VI. 20.) et paullo post (VII. 2.) FORMVLA PRAESIDATVS sequitur, Tibi colligendum esse videtur.

num Tibi commissas esse fortunas. fama erunt nostri temporis Tui mores: esto in Te continens, ut possis in alios esse iudex: prima aequitas est a se praesules inchoare, ut debeant criminosi metuere quem nequeunt similem reperire; nullas enim in se culpas timet reus, quas habere respexerit cognitorem, quando agentem male nisi bonis moribus non aestimat displicere: suos actus nullus damnat in altero, quia natura est humani animi, ut nitatur potius vindicare quod se cognoverit admisisse. O quale est liberum tribunalibus insidere, non esse obnoxium reo suo; ne incipiat potior fieri quem redemit, timeat districtum, timeat continentem, non audiat blandum. da ut possit rigidam formidare sententiam. Avari iudices nesciunt quantum delinquant: nam cum vendunt aliena crimina, sua faciunt esse peccata. quapropter esto sollicitus, ut bonae actionis Tuae laudes potius audiamus. a Nobis confidenter exigis quod remittis, quia tantum de remuneratione Tua cogitamus, quantum Te pecunias non quaesisse cognovimus⁴.

Nomina Correctorum Apuliae et Calabriae quae etui, Caeciliani, Celsini, Marcellini, Sexionis ac Veri, in his quatuor titulis leguntur:

1) Mutinensi p. 441^o. transcripto;

2) Beneventano ap. Murst. 1032, 5., Orell. 3165.: ADELFI | CLODIO CELSINO | INSIGNI. ET. C. V. PRAESTANTI | BENIVOLENTIA. AVCTORITATE. IUSTITIA | CORR. REGIONVM. DVARVM. NEMO | RABILI. ET. PRAETERITORVM. IVDICVM | EXEMPLA VIRTVTIBVS OMNIBVS SVPERGRESSO | ORDO. SPLENDIDISSIMVS. BENEVENTANAE | CIVITATIS PATRONO DIGNISSIMO;

3) Canusino: - | FL. THEODOSIO. GENITORI. DOMINI NOSTRI - PRICIPIS THEODOSI PERPETVI AVG - - - STATVAM EQVESTREM SVBAVRATAN APVLI ET CALABRI PRO VOTO ET DEVOTIONE POSVERVNT CVRANTE AC PERFICIENTE FLAVIO SEXINE [Gud. SEXIONE, Hagenb. cum Reines. prop. SEXTONE, i. e. SEXTIONE] VIRO PERFECTISSIMO CORRECTORE APVLIAE ET CALABRIAE. Reines. III. 62. p. 326., Gud. in Indic. p. 58., Orell. n. 1126. qui citat Romanelli *topografa* II. p. 169. (In versuum distinctione edd. variant.) Pro SEXIONE est Symmach. II. 43. „Merita Sexionis qui ante hac Calabriam rexit, multi in bonam partem loquuntur... effice.. ut Sexioni apud te prosint..“;

4) Beneventano : MARCELLINVS | FL. CORNELIO. MARCELLINO | V. C. CORR. apvliae. ET. CALA|BRIae.....|.....| OB. INSIGNIA. EIVS. BENEFICIA | ET. ANORREN. ERGA. PATRIAM | VRBS. BENEVENT. LOCANDAM | DECREVIT. Donat. 334, 1.

Addendus est hic Pisaur. tit. (Don. V. 226. p. 219., Murat. 797, 3.): T. AVRELIO FLAVIANO. P. P. LEG. IIII. FLAVIAE. ITEM PRAEPOSITO | VMBR. PICENI. ET APVL. AVRELIVS QUIETVS. ET. AVRELIVS AVDAX | PATRI ET C.

Iuridicos per Apuliam vide supra p. 1175*. Promiscue Symmachus X. 51. ed. Iuret. (58. ed. Parei) vocabulis *Moderatoris Apuli, provincialis cognitoris, rectoris* utitur (cf. etiam eiusd. ep. X. 9. (13. ed. Parei). Tarenti, quae provinciae metropolis fuit, sedem ordinariam Correctorem habuisse non est quod dubitemus.

— §. 3.] PROVINCIA APVLIAE ET CALABRIAE (*prouintia D, Apulia & Calabria* *CD*ceff, *Prouintia Apulia & Campania(?)* *E*) supra castelli figuram posita sunt. Litteras libro mandatorum inscriptas omiserunt editi. In *B* sunt hae: FL | VELE | CORR. | IUSSU. D. | in *C*: LFI. | VELE | CORR | IUSSV dđ | et sic etiam in *D*, nisi quod simplicem *F* habet. Pancirolus eas litteras ut alias satis infeliciter sic interpretatus est „felix liber vendicandus a laterculo Correctori iussu dominorum“. idem ad hoc caput annotavit: „Post Consulares inter clarissimos sequuntur Correctores, qui nullum tribunal [scilicet in picturis nobis servatis] aut provinciae imaginem habent, sed oppidum [sic] tantum eam referentis effigiem. Librum quoque mandatorum et vultus principum praeferunt, quemadmodum supra [c. LIIII.] in Correctore Apuliae et Calabriae exposui, cuius insignium formam ceteri omnes Correctores retinent. Hic enim Corrector qui solus est in Occidente [ipse capp. 54. et 63. de Correctoribus Lucaniae et Brittiorum atque Saviae verba fecit] tanquam dignior pro aliorum Correctorum exemplari ponitur: cum Apulia et Calabria soli fertilitate et populorum frequentia nobilior habeatur. Liber mandatorum notas inscriptas habet, quibus Consulares carent“.

— §. 4. sq. [*Sub dispositione* *F*bcc. Iam quod ante haec tria lustra in argumenti explicatione libro praemissa, p. XII., scripsi, omnem Correctoris et Praesidis rei p. administrationem in iure dicendo positam fuisse, satis ex iis quae supra

et de clarissimis provinciarum rectoribus et de ipsis Correctoribus disputata sunt, refellitur. Ut *Iudicum* appellatio ad quodcumque rectoris genus designandum adhibetur, ita et h. l. vocabulum *iuris dictio* a potiori, ut dicimus, desumptum est. — *vir* omiser. Γbcc. — *clarissimi*] Cf. L. 4. C. de iur. et f. ign. I. 18. Sed Correctorem etiam, ut de Consulari supra vidimus, Cassiodor. III. 8. virum spectabilem appellat: nam ita h. quoque l. litterae V. S. legendae sunt, ut ipse Cassiod. III. 46. scribit „*vir* spectabilis Venantii, Lucaniae et Brutiorum praesulis“, non *viro senatori*, ut recentiores post Garetium perperam edere solent. — *sunt* add. Γbcc post v. *Calabria*.

— γ. 6.] *Apulia* | *Calabria*. (omiss. v. *Provincia*) b, *Apulia et Calabria* (item om. v. *Provincia*) Γcc; *Provinciae Apulia et Calabria* a' et c. *Provincia Apulia et Calabria* B(?).

— γ. 7.] OFFICIUM CORRECTORIS b. *autem* omis. Γcca⁴⁹⁹.

— γ. 8.] *eodem* omis. C. *offitio* B.

PAG. 126*. γ. 2.] *Tabellarios* Γbcc. *duos* omiser. e²...⁴.

— γ. 4.] *Adiutorem* omis. B.

— γ. 8.] *caeteros* mss. et edd. praeter e', *reliquos* a⁴⁹⁹. — *cohortallinos* ABDE, *Cortallinos* Γ. *Exceptores* | *Cortallinos caeteros* b. et *caeteros Castellinos* cc.

— γγ. 9. sq.] *adnotatione* Γbcc, *annotatione* C(?)dff, *notatione* e'.

CAPVT XLIII.

Cæteri omnes praeter e'. — *Correctorum* (pro *Correctoris*) dceff. *Officium habent* omis. A. *habet* (pro *habent*) C. In Γbcc est: *Cæteri Correctores ad hunc modum officium habent, ut (ita pro ut, cc) & Praesides. FINIS.*

Tres occidentalis imperii pars Correctores habuit secundum hanc Notitiam, quorum Italici duo, Apuliae et Calabriae (c. XLIII.) atque Lucaniae et Brittiorum, de quo p. 435*. sq. egimus, sub dispositione Vicarii urbis Romae fuerunt (p. 64*.

}}. 4. 5.); Pannonicus vero Corrector, Saviae (p. 6*. }}. 14. 15.) sub nullius Vicarii, sed sub ipsius Praefecti praetorio Italiae dispositione fuit, ut p. 434*. sq. dictum est. cf. etiam annot. ad cap. XLII. Nominatim aliquem Saviae Correctorem neque in marmoribus neque in libris me legere memini. Mursae (cf. p. 680*) ordinariam sedem habuisse hic Corrector Saviae putandus est.

CAPVT XLV.

PAG. 127*.] Hoc caput aacc in Notitia Orient. post locum de Vicariis (cf. annot. ad Not. Or. p. 283. not. a) iterumque $\alpha^4, 7, 11, 15$ iusto loco habent. priorem itaque locum $\alpha^4, 7, 11, 15$, posteriorem sueto more $\alpha^4, 7, 11, 15$ designabo. Repetit etiam hoc cap. Velserus Rer. Augustanar. libb. p. 189. ed. Venet. 1594. fol. sive p. 353. Opp. Norimb. a. 1682. fol. editorum.

De Praesidum potestate post ea quae supra disputavimus, h. l. non nisi FORMVLA PRAESIDATVS ex Cassiodor. Var. VII. 2. proferenda est. „Prudenter omnimodis inspexit antiquitas provinciarum dignitates annua successione reparari, ut nec diutina potestate unus insolesceret, et multorum proventus gaudia reperirent. sufficit enim uni cuique discessisse laudatum, quia dum tempus potestatis prolixum quaeritur, culparum opprobria non vitantur: illa enim in brevitate declinare mirabile est, dum frequenter et his subripiunt qui a fascibus sub velocitate discedunt. annus universus et ad declaranda conscientiae bona sufficit, et facilius se ab errore custodit. Sit in vestro proposito administrationem unius anni suscipere, Nostrum est merentibus tempus augere, quia non facile remove cupimus quos iustos esse sentimus. Idcirco conversationis Tuae moribus invitati per illam indictionem praesidatum Tibi in illa provincia, propitia divinitate, concedimus, ut sic debeas agere, quemadmodum Nobis possessor gratias

cum tributis videatur exsolvere*. Decessorum bona exempla sequere; a vitiosorum te imitatione disiunge; non putetur omnis consuetudo probabilis: cautum debet reddere, non sequacem error alienus; prodit stultitiae culpam qui sequitur accusatum. sed illud melius eligitur, unde praesidentis opinio sub administratione laudatur. Respice quantis sit provincia plena nobilibus: habes qui et bene loqui de Te debeant et derogare praesumant; quia nulla potestas est quae qualitatem famae suae de ore hominum possit auferre, contraque fructus est opinione praedicabili per confines ire provincias, et ibi invenire verissimam laudem, ubi non imperas potestate. Additur quod irremuneratum non relinquimus, si Te egisse probabiliter audiamus. Horre vitium et principis mereris affectum. voluntatem regiam in legibus habes; illis obtempera, et Nostra cognosceris implere mandata^a.

Quod Dalmatiae Praesidem haec Notitia exempli causa, ad cuius instar ceteri quoque Praesides haberent, proposuit, plane contraria ratione, atque quam Pancirolus edidit, factum esse contendo. ille sic disputat: „Credo autem insignia Praesidum a Dalmatiae praeside desumi, quia is est perfectissimus et clarissimis inferior. Si ergo Correctorum insignia gerunt perfectissimi, magis alii Praesides Clarissimi gestabant^a. Ego contra: inter pares dignitate potestateque Praesides omnes primum locum obtinebat Dalmatiae Praeses eamque ob causam hunc unum nominatim percenset Notitia. Contra veterem iustumque morem, quem per totam Notitiam ut ab aliis ad inferiores descendat, quoad fieri potuit, neque totius operis ab oriente versus occidentem progressus impedimento fuit, observatum deprehendimus, Pancirolianam opinionem pugnare patet. sed neque id quidem, quod perfectissimus

*) Avidius Cassius in epist. ad generum suum (ap. Vulc. Gallic. in eius vit. i. f.) „Ego vero istis praesidibus provinciarum! an ego proconsules, an ego praesides putem, qui ob hoc sibi a senatu et ab Antonio provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant?“

appellatur hic Praeses; eum ceteris praesidibus inferiorem fuisse indicat. clarissimum ipsum quoque fuisse et lapides paullo post recitandi et id ipsum quod hac Notitia recensitus est, aperte comprobant. perfectissimi vocabulum Praesidi tributum eundem non infra clarissimos trahebat, ut saepius vidimus vel illustribus appellationem clarissimorum tribui, et in lapidibus etiam, quorum longe maior pars praesidibus V.C. tribuit, interdum V.P. legitur, e. c. p. 146*. med.; itaque nec nunc ab eo recedo, quod olim (in argumenti explic. p. XI.) dixi, hanc Notitiam non attingere perfectissimos, i. e. si artis vocabulum stricte sumitur, ut nec nobilissimum patriciatumque, quippe qui non inter administrationes computandi sunt, exposuit. Accedit quod Dalmatia, ipsius novarum provinciarum quasi conditoris, Diocletiani imp., patria, ex omnibus Illyricis provinciis, sub ipsius Praefecti praetorio Italiae dispositione, ut multis locis vidimus (cf. impr. p. 434*. et annot. ad cap. XLII.), constitutis et Italiam proxime attingebat, et, ut terra marique cum illa coniuncta est, ita in eo quoque a ceteris Illyricis provinciis diversa et quasi Italica ipsa fuit, quod nullus Comes militaris aut Dux eidem imperaret. Dalmatia provincia alios atque hodierna Dalmatia, fines habuit, Liburniamque complectebatur, ab Histria usque ad Praevalitanam et Drinum fl. Moesiamque Primam per maris Hadriatici longitudinem protensa, Pannoniis cum Savia ab aquilone defensa. Salona (cf. p. 312*. sq. ad p. 43*. y. 17., ubi add. Sponii Miscell. 179. sqq. titulos Dalmat. exhibb.) provinciae metropolis proculque dubio praesidis ordinaria sedes fuit. Et Dionis Cassii patrem et deinde ipsum historicum Dalmatiae quondam praefuisse loco p. 659*. transcripto ipse enarravit. Procuratoris provinciae Dalmatiae et Histriae in tit. ap. lacum Vulsiniensem reperto mentio fit; C. Rufio C. f. Pomptina Festo eum C. Rufius Festus Laelius Firmus c. v. posuit. (Murat. 740, 9.) Praesides autem non nisi in his duobus titulis memoratos legi:

1) Sebenici in Dalm. reperto: VIRTUTE. ET. FELI|CITATE. OMNES. RETRO|
PRINCIPES. SUPER|GRESSO. D. N. FL. IVL | CONSTANTI [CONSTANTIO Gud.] VI-

CTO|RI. AC. TRIUMPHATORI | SEMPER. AVG | FL. IVL. RVFINVS. SAR|MENTIVS. V. C.
 PRAE|SES. PROV. DALMATI|AE. D. N. M. EIVS. Grut. 1023, 1., Orell. 1098.

2) Salonitano: DYCONI. SEXTENIO. LATINAE. CLAS | PRAEFEC. VC. PRAESIDI.
 PROVIN | DALMAT. L. FELICIANO. ORDIN. MIL | LEG. SYRIAE. AEMILIVS. MEMP|TI-
 NVS. AEDIL. PATRONIS. PRAESTAN|TISSINIS. Zachar. *Marm. Sal.* 14, 1., Donat.
 283, 10., Orell. 3599. (Fort. pro LATINAE legendum SALONITANAE. sive
 fuerit POLATICAE?)

Apud Cassiod. Var. V. 24. inscripta est Theoderici regis
 epistola EPIPHANIO *Viro Spectabili* CONSVLARI PROVINCIAE DAL-
 MATIAE, et ib. IX. 8. Athalaricus rex „illustrem magnitudinem“
 Osvini comitis „ad Dalmatarum atque Suaviae [Saviae] pro-
 vincias iterum credidit destinandam.“. Decrescente dignitate
 creverunt dignitatis appellationes, ut nuper confoederatio Ger-
 manica, quam inveterationem alii dixerint, ex serenissimis
 celsissimisque qui appellabantur, regias celsitudines fecit et
 sic deinceps. O quantum est in rebus inane!

— §. 2.] *Preses Dalmatie* Ⓔ, *Dalmaciae* Ⓒ. *Praesides* α⁴.
cum insignibus add. ε⁶?

Inscriptae libro mandatorum notae ex A datae sunt; B
 sic: IFLG| VM | PRR | IUSSU. DD.; C et D sic: IFLG| VM| PRR.|
 IVSSV. ūŕ. Castello superscriptum habent D & *Prouintia dal-*
matia. Pancirolus: „Praesidum insignia se habent ut Corre-
 ctorum. Meum exemplar horum codicem mandatorum viridi
 tectum sine notis ostendit. manuscripti dorsum auratum cum
 illis habent quas in praeside Dalmatiae sum interpretatus.“
 (i. e. cap. LXIII. „in manuscriptis dorso libri insunt hae notae
 LELG. P. PRVM. IVSSV DD. quas ita sum interpretatus: *Liber foe-*
lix legendus Praesidibus prouinciarum iussu dominorum. In
 Madruciano littera G est minuscula.“) „nec in alio a Corre-
 ctoribus, quam in notis Praesides differre videntur.“

— §. 4.] *IVRIS DICTIONE*] cf. ad p. 125*. §. 4. annotata. In
 Γα'α⁴?, 'cc est: *Sub v. PERFECTISS. Praeside*, PERFECTIS PRAESID.
 α⁴, *Presidis* Ⓔ, *Præsidii* ε⁴. De Pancirolis de hoc perfectis-
 simatu sententia discrepantique mea paullo ante expositum
 est. Ille cap. LXIII. Dalmatiae, inquit, „certum est Praesi-
 dem imperasse, non clarissimum, ut alii, sed Perfectissimum;

neque enim ex Senatoribus sed ex inferioribus eligebatur, aut equitibus, quos dignitate perfectissimi anteibant, ut Constantinus ad Verinum Pf. U. significat L. 1. Th. C. de his qui veniam aet. impetr. [II. 17. a. 321. emissa] 'Senatores' inquit, 'qui veniam aetatis impetrant, apud Pf. U. de suis moribus et honestate perdoceant, Perfectissimi apud Vicariam Praefecturam, equites Romani et ceteri apud Praefectum Vigilum...?', quae verba in Cod. Iust. sunt immutata L. 2. de his q. ven. aet. imp. [II. 45. §. 2. „Sed Senatores quidem clarissimi viri in hac regia urbe commorantes apud sublimitatem tuam (Pf. P.), ceteri vero apud Praetorem, in provinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus et honestate perdoceant⁴.]. Itaque positi sunt Perfectissimi supra Equites, qui non primum, sed secundum post Clarissimos locum habebant, et in iure a Perfectissimis separatis tractatibus distinguuntur tit. C. de perfectissimus dignitate [XII. 33. Th. C. VI. 37.] et C. de equestri dignitate [XII. 32. Th. C. VI. 36.] et post eos locantur⁴. His omnibus sententiam quam supra defendimus, non infirmari palam est.

— §. 5.] *Dalmaciae* B.

— §. 6.] *Dalmacia* B, *Dalmatiae* non nisi ADCa^{1,11,15} habent.

— §. 7.] *Offitium* BE. Verba autem et hoc modo omiser. Γcc; autem habet hoc modo omiser. a¹, a^{4,7,11,15}.

— §. 8.] de (pro ex) e^{2,3,4}. *offitio* BE. ex eodem officio omiser. Γa¹, a^{4,7,11,15}, cc.

PAG. 128*. §. 2.] *Tabellarios* EFa¹, a^{4,7,11,15}, cc.

— §§. 7. 8.] *Exceptores*. | *Reliquos* Γa¹, a^{4,7,11,15}, cc. et *ceteros* (caeteros e^{2,4,6,7}) et. *cohortallinos* ABCDE.

— §§. 9. 10.] *miliciam* C. *annutatione* E(?)dff. *superioris principalis* E.

quae capitibus XVIII...XXII. habentur cum annotatione ad eos locos. itaque de Illyricis tantum Praesidibus hic agendum superest, i. e. Valeriae, si tandem Praesidem ea unquam habuit, Pannoniae Primae, Noricorum Ripensis et Mediterranei, quos omnes pariter atque Consularem Pannoniae Secundae, Correctorem Saviae Praesidemque Dalmatiae sub ipso Praefecto praetorio Italiae fuisse, cum Illyricum occidentale Vicarium non haberet, satis ad superiora capita expositum est.

DE VALERIAE PRAESIDE

neque id ipsum, eum quondam exstitisse, ut p. 691*. ex Ammiano colligi posse diximus, pro certo affirmaverim. Valeria Ripensis certe huius Notitiae tempore proprium Praesidem non habuisse, sed Consulari Pannoniae paruisse videtur, cum neque in Indice (p. 6*.) neque inter Illyricas Praefecto P. Italiae subditas (p. 10*.) provincias, quas sex tantum fuisse aperte indicatum est, recenseatur; sed non nisi sub Ducibus eiusdem mentio fiat, p. 5*. §. 2., p. 23*. §. 14. et cap. XXXII. itaque quae de Valeria p. 142*. disputavimus, nunc ita expedienda esse videantur: cum sub Galerio propriae provinciae nomen acciperet Valeria (cf. p. 146*. init.), ad militarem solum modo, non item ad civilem administrationem id spectabat: proprius per tractum Pannonicum Valeriae ducatus, non praesidatus etiam factus est. neque ipse Ammianus (p. 691*.) de praeside Valeriae qui a Consulari Pannoniae Secundae diversus esset, verba facit, quae potius quo minus de officio praesidis eius provinciae, cuius oppidum Sopianae fuere, quamque scriptor miles sueto more Valeriam appellat, i. e. de officio Consularis Pannoniae II. accipiamus, nullae interpretandi leges impediunt: nam consulare officium rectissima etiam praesidiale dici potuisse tam verum est, quam genere speciem contineri. Huic interpretationi neque Ammian. XIX. 11, 4. obstat „. imperator Valeriam venit, partem quondam Pannoniae, sed ad honorem Valeriae, Diocletiani filiae, et institutam et ita cognominatam“, neque Vict. de Caess. c. 40. „cuius [Galerii] gratia provinciam uxoris nomine Valeriam appellavit“, neque Optatus Milev., ubi

(de schism. Donat. II. 1.) de „tribus Pannoniis“ loquitur, cum tertia ei Savia sit. sed obstare videtur, tum quod ipse Am-
 mianus aliquotiens Valeriam Pannoniamque Secundam iuxta
 posuit (cf. XVI. 10, 20. et XVII. 12, 6.), tum quod S. Rufus in-
 ter XVII Illyrici provincias „Pannoniarum [sic rectius multi
 codd.] duas, Valeriam, Saviam“ enumerat (cf. p. 143*), quod-
 que cum eo Libellus provinciarum, qui XIX Illyrici provincias
 nominat, de Valeria convenit. Ergo consequens est ut dica-
 mus, non semper, post quam propria provincia coepit esse
 Valeria, suum eam habuisse praesidem, sed interdum Consu-
 lari Pannoniae II. paruisse, atque hunc quidem rerum statum
 hac Notitia describi. etiam Pancirolus de Valeria: „forte a
 Consulari Pannoniae II. regebatur“. Iam exprimere, me nullum
 Valeriae praesidem nominatim memorari legisse, vix opus
 erit. Acincum provinciae caput fuisse puto. cf. p. 283*. ad
 p. 36*. †. 22.

DE PRAESIDE PANNONIAE PRIMAE

sive Superioris dixi ad cap. XLII. Utrum Sabariae, an Arra-
 bonae Carnuntive habitare consueverit, dubito. illud magis
 crediderim: Sabariae thesaurorum quoque praepositus sede-
 bat. cf. p. 47*. ††. 21. sq. et vide quae de ea colonia p. 224*.
 sq. ad p. 24*. †. 1. annotavimus, et cf. etiam sq. annotationem.

DE PRAESIDIBVS NORICORVM RIPENSIS ET MEDITERRANEI.

Quae ad geographiam harum provinciarum pertinere vi-
 debantur, p. 146*. et p. 720*. sq. dedimus. Norici Ripensis
 praesidis sedem Lauriaci fuisse mihi quoque videtur. cf. p.
 250*. sq. 744*. Nominatim aliquem memorari equidem non
 novi, nisi forte huc pertineat titulus, quem „in oppido Melico
 sive Medelico Norici ad Danubium“ repertum Reines. VI. 51. p.
 421. exhibet IVLIVS. PRAESES. IVS | REDDEBAT. MELISSAE, ipse ad-
 dens „forte PRAESENS“. Norici Mediterranei praeses Martinia-
 nus titulo celebratur, quem p. 146*. ex Grutero repetii; exhi-
 bent eundem Pancirol. c. LXII., Murat. 2023, 4., Muchar. *Steier-*
mark. Grätz. 1844. 8°. p. 358. aliique. Reinesius p. 31. sq. post
 quam de Procuratoribus Norici egit, „Nugae autem sunt“

pergit, „quicquid de Valerio Catullino Praeside Norici et Pannoniae Superioris, quem Severus creaverit, blaterat Lazius Comm. de re p. R. VII. 8., abusus testimonio Spartiani, ut ex eius [Catullini] nomine Tulnae oppidi in Austria origines exsculpat... Sub Caro et Numeriano AA. Praeses Norici Audasius vel Eullasius (ita ex Actis Maximiliani Martyris Lazius XII. 4, 6. et VII. 6., alii Eulalium adpellant, Pantaleon. p. 1. prosopogr.), qui Maximilianum episc. Laureacensem morti adiudicavit Celeiae in patria eius*. Sub Diocletiano Praesidem sive Pannoniae sive Norici commemorant Acta b. Floriani Tribuni Cetiensis martyris ap. Mombr. t. I. Aquilinum, qui Laureaci in Anasum praecipitari eum iusserat. Referam ad consul. a. u. 1039. Diocletiani secundo, e gente Vettiorum... Lapis Celeiae (Grut. 283, 5.) Constantino imp. dedicatus Martinianum Praesidem provinciae Noricae Mediterranei [sic]; Lex autem 44. C. Th. de Decurion. Coss. Datiano et Cereale a. D. 357. data 'Vicarium Africae' nominat sine dubio filium eius, quem cum esset Magister Officiorum L. Licinius socium suae contra Constantinum expeditionis habuit, et Caesarem creavit a. 322. de quo Victor, Zosim. l. II. et Sigon. l. III. de Imp. Occ., avum vero eius Martiniani, quem nominat Symmach. l. VI. ep. 29. quemque tempore Zosimi P. R. ecclesiae Mediolanensi Praesulem sedisse circa a. D. 417. martyrologia indicant et ceu Maroli successorem celebrat in epigramm. Ennodius. Et hinc

*) Vita s. Maximiliani ap. Muchar. l. c. p. 458. sq. „Horum temporibus [Cari et Carini] et ab eisdem mittitur ad urbem Celeiam quidam tyrannus, abusive dictus iudex, secundum consuetudinem terrae, nomine Eulasius, ut insultus Hunnorum aut Tartarorum aut aliarum ferocious nationum ab oriente cum fortissimis agminibus frequenter venientium et terram illam quae tunc temporis Romanae tributum solvens ditioni et tuitioni suberat, acriter vastantium cohibere deberet viribus et praesidio Romanorum. Qui multas civitates pertransiens valida manu Christianos quos invenit, ad sacrificia idolorum traxit, nolentes vero sibi consentire diversis cruciatibus interemit...⁴. Totam hanc vitam ad historias illustrandas nullius usus esse etiam Muchariz vidit.

in Colonia Claudia Celeia, cuius hac adpellatione meminere inscriptiones reliquae [Grut.] 386, 3. 482, 7. et fortassis 556, 7. sive Municipium Celeia, uti vocatur in Celeiano 115, 5. [601, 6: *municipii Celeiani*], praetorium Praesidis Norici Mediterranei, uti Ripensis Laureaci, ubi hodie Ensium Austriae superioris fuisse perspicitur. Solvenssem coloniam metropolin Norici mediterranei facit Lazius l. II. f. 197. et eius Praesidi eam sedem attribuit; sed e coniectura tantum, cum alius idoneus testis nullus sit⁴. Pro Reinesiana sententia facit etiam magnus prope Celeiam repertorum titulorum numerus, ex quibus hunc ex Mucharii libro cit. l. p. 364. transcribere iuvat:

FILIO. D. N. CONSTANTINI. MAXIMI. VICTORIOSISSIMI. SEMPER. AVG. NEPOTI. M. AVRELI. MAXIMIANI. ET. FL. CONSTANTI. DIVORVM. ET. DIVI. CLAVDI. ABNEPOTI. NORICI. MEDITER. DEVOTI. NVMINI. MAIESTATIQUE. EORVM. Quem vero honorem Celeiae Reinesius contra Lazium vindicare voluit, eundem versus quos p. 745*. protulimus, adiudicant Iuvaviae.

Accipio omen, quod in Iuvavia hic commentarius meus desinit, quem iuvenis incohavi, iam versus senectutem declinante aetate mea non tam consummavi quam ad finem perduxi. Et iam cum eodem Pancirolo, cui hic liber, suos etiam et adversarios et aemulos olim habiturus, totiens oblocutus est, his verbis lectorem valere iubeo: „His Notitiam imperii Romani pro ingenii mei tenuitate interpretari sum conatus, quod opus cum sit omnium obscurissimum et ignotis antiquitatibus plenum, mihi forte erranti ignoscendum erit, nec votum ardua audendi damnandum. Nam si aliud non effecero, saltem aliis probabiliora dicendi occasionem praebebo“.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

VOLVM. I.

Ad pag. X. γ. 17. adde: Quid significant verba quae inscriptio codicis ms. Victor. ☉ habet, „*ex altero codice Spirensis bibliothecae excerpta anno dñi MCCCCXXXVI.*“ non ita in promptu est definire. quod in libro meo *Ueb. d. Not. Dignn. p. 13. not. 1.* dixi, vocabulum *altero* aperte pro *alio* scriptum esse, cautius erat non dicere. Endlicherus l. c. sumpsit, cum antiquissimus Notitiae codex illo anno, MCCCCXXXVI., Basileam migraret, in eius locum antigraphum tum factum in capitularem bibliothecam Spirensis repositum fuisse.

Quae pag. XII. γγ. 23. sq. leguntur „(omnis ... posita fuit)“, ea reprobantur infra vol. II. p. 1185*. sq.

Pag.

10. γγ. 4. et 22. Cf. annot. ad Not. Occ. p. 1182*.

93. γ. 14. scribe: Thilbisme (*pro* Thilbisinae). Thilbisme Syriace, Telbesme Mesopotamice est collis thuris (*Weihrauchshügel*). Itaque etiam coniectura p. 414. not. 20. prolata reiicienda est.

124. not. 32. adde: Vide Iac. Usserii Opuscula duo. Londin. 1687. 8º.: De Asia proconsulari, p. 31...55.

126. not. 42. adde: de Comite Armeniae quem ipse sustulit Magistro Mil. per Armeniam creato Iustinianus L. 5. C. de off. Mag. Mil. I. 29. cf. annot. ad Not. Occ. p. 209*.

133. γ. 19. corrige: Tac. Ann. I. 69.

136. γ. 28. adde post *s. gr.*: L. un. Th. C. de consularib. VI. 19. (a. 400.)

178. γ. 8. adde: Cf. ad Not. Occ. c. II. p. 11*. γ. 1. p. 150*.

— 18. lege: tractans

180. γ. 11. adde: iam cf. Kellermann Vigilum Romm. latercula duo Caeli-montana Rom. 1835. fol. p. 14.

181. γ. 17. adde: Consularis Aquarum Constantinopoli fuit, ut L. 1. Th. C. de aquae ductu XV. 2. ostendit. Cf. Haenelii annot. ad inscr. eius L.

190. γ. ult. lege: editores [non: seditore]

200. ad not. 5. adde: et imprimis Zosim. II. 51. i. f.

202. γ. 17. adde: Vide contra annot. ad Not. Occ. p. 119*. γ. 25.

— γ. 18. lege: Cornutorum

228. ad not. 17. i. f. adde: pro qua e Gelenio de magn. Colon. p. 198. sq. ALAE. INDIANAE. recte dedit Lerschius *Centralmus.* I. nº. 7.

- Pag.
 235. not. 3. i. f. adde: Cf. A. Gervasio *Osserv. sulla iscr. onor. di Mavor-
 sio Lolliano. Napoli* 1846. 4^o. p. 25. sq.
 253. not. 12. i. f. adde: et impr. ad L. un. Th. C. qui a praebit. XI. 18.
 256. γ. 20. lege: VII. 6.
 259. γ. 16. lege: Comitivae
 276. ad not. α. i. f. adde: ad hoc cap. adhibendus erat Usorius De Asia
 Lydiana s. procons. supra cit. De Finibus Asiae eiusque Procon-
 sule Eunapius in Maximo ed. 1696. p. 106.: *ὁ Βάλης ὑπερηγάσθη
 τὸν Κλέαρχον, καὶ οὐκ ἀπέλυσε τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' εἰς ἀρχὴν με-
 τέστησε μέλιονα, ἀνθύπατον αὐτὸν ἐπιστήσας τῆς νῦν ἰδίας
 Ἀσίας καλουμένης· αὐτὴ δὲ ἀπὸ Περγάμου τὸ ἀλιγενὲς ἐπέ-
 χουσα πρὸς τὴν ὑπερκειμένην ἠπειρον ἄχρι Καρίας ἀποτέμνε-
 ται· καὶ ὁ Τρωῶλος αὐτῆς περιγράφει τὸ πρὸς Ἀσσίαν. ἔστι
 δὲ ἀρχῶν ἐνδοξοτάτη καὶ οὐ κατήκοος τοῦ τῆς αὐτῆς ἐπαρχοῦ,
 πλὴν ὄσα γενῶν πάλιν εἰς τὸ νεώτερον τουτοῦ θόρουβον ἅπαντα
 συμπεφύραται καὶ ἀνατετάρραται.*
 284. γ. antepaenult. corrige: victoristis
 285. γ. 3. adde: Vide Eckhelii disputationem „de inscriptione κομοῦ“ in
 Doct. Numm. VIII. p. 521...25.
 — γγ. 19. 20. corrige: Insularumque
 305. γ. 25. adde: c. XXIV. §. I. num. b et c
 316. i. f. adde: Cf. L. 52. Th. C. de cursu publ. VIII. 5.
 326. γ. 25. lege: IX. 32., Fern. de Retes ad tit. D. de interdictis, in Otton.
 Thesaur. iur. Rom. tom. V.
 — γ. 30. lege: dentur. cf. Herodot. III. 26. de urbe Ossi.
 338. not. 83. i. f. adde: Auson. Mosell. γ. 434.:
 „ . . . quas Francia quasque Chamaves
 Germanique tremant“
 343. not. 4. i. f. adde: Ad hoc caput XXIX. iam conferendus est celebra-
 tissimus Caroli Ritteri liber: *Die Erdkunde* tom. XIV. *Westasien*.
 Berol. 1848. 8^o. p. 103...137.
 390. γ. 19. lege: *Neocaesaria*.
 414. not. 20. Haec coniectura inutilis est. cf. add. ad p. 93. γ. 14.
 422. not. 8. i. f. adde: Videatur Borghesi *Iscris. del Reno* p. 31. sqq.
 424. not. 12. i. f. adde: et elegantem loci descriptionem ap. I. Ph. Fall-
 merayer *Fragmente aus dem Orient. Stuttg.* 1845. 8^o. tom. I.
 437. not. 52. Lepidum quendam huic cohorti nomen praebuisse puto.
 439. not. 58. γ. 7. adde: iam conferendus est I. Ph. Fallmerayer *Fgmm.*
aus d. Orient. I. p. 146. not. 1.

Pag.

466. γ. 5. adde: apud Genes. ed. Bonn. p. 86. *Λογύσιολον*.
 — ad not. 32. adde: sed cf. quae ad Not. Occ. p. 119*. γ. 25. annotavimus.
 470. γ. 3. lege: cap. VII. (non: cap. VI.)
 490. γ. 1. corrige: dictam

VOLVM. II.

- 134*. γ. antepaen. pro 'Vicarii' lege: Praefecti praetorio
 — γ. ult. adde: cf. p. 434*. ad γ. 3.
 137*. γ. 20. adde: et infra comm. ad capp. XLI...XLVI.
 149*. γ. 28. adde: Cf. etiam Isidor. Etym. XIV. 5. §. 3. et Salmas. ad So-
 lin. p. 567.
 170*. γ. 31. ad voc. *procedunt* adde: [cf. Ammian. XXVII. 3, 14.]
 — not. * adde: Cf. Ammian. XXVIII. 1, 16.
 187*. γ. 29. adde: et in Cordubensi titulo sub Diocletiano Maximiano-
 que AA. posito apud Cean-Bermudez *Sumario* p. 118. CVRATOR.
 ALVEI | ET. RIP. FLVM. TAGI | ET. CLOACARVM. TOLETI.
 202*. γ. 20. post v. GALBIANORVM adde: Reines. VI. 126. p. 164. in via Ostiensi:

D. M.

L. FALLIVS. L. F. SVLPICIA
 NVS. NAT. BESS. THRAC
 PROCVRATOR HORREOR
 GALBIANORVM AVENT
 PROCVRATOR PATRIMO
 PROCVRATOR XX. HAERED
 PROCVRATOR LVDI GALLICI
 VIXIT etc.

- 222*. γ. 9. adde: poterant autem sub Magistro Equitum praesentali esse.
 224*. γ. 3. adde: Aliam atque nostram Divitensium vocabuli explicatio-
 nem nuperrime defendit Ferd. Deycks, Monasteriensis professor,
 in commentario quem Indici lectionum per menses aestivos a.
 MDCCCL. in acad. Monast. habendarum praemisit. nam p. 28. sqq.
 ita verba fecit: „Qui autem fuerint *Divitenses* et unde nomen ha-
 buerint, nemo dicit. Quapropter alii aliter ea de re iudicarunt,
 quorum sententiam exponit Böckingius... Qui quidem Maffei-
 um ipse sequitur, negantem *Divitensis* esse adiectivum gentile sive
 de loco sumptum, idque ducentem ab adiectivo *divēs*, quod co-
 gnomen alicuius legionis aliquando fuerit. Quod cognomen ma-
 gnopere vereor, ut umquam demonstretur, tamen Pancirolo aliis-
 que concedendum est, omnia huius formae adiectiva * loci

*) Cave credas. cf. e. gr. vocabula Augustenses, Fortenses, Gratia-
 nenses, Martenses, Valentianenses, alia.

cuiusdam habere significationem, quamquam nolim Pancirolum nominatos putare Divitenses a *Diveto* sive *Deveto*, ignobili Siciliae oppido. Nec magis est cogitandum, appellatos esse Divitenses ab oppido sive castello contra Agrippinensem urbem. Quae quum ita sint iure suo dubitasse censeo Böckingium de legione *divite* eamque dubitationem nego refelli titulis ab eo postmodum allatis.... Legionem vero *divitem*, quae res sane mira foret, nusquam exstare puto, nisi in Gruteri indice... male lecto. Nam legio II. *Italica Divitensium* non aliter appellatur atque legio *Palatina Divitensium Seniorum* in Not. Dign. Occ. c.VI. et *numeri* (i. e. cohortes [?]), *Dalmatici* [?] *Divitensium* eodem redeunt. Nimirum gentile est adiectivum *Divitensis*, quod unde ortum sit, quum nemo tradiderit, coniectura id fortasse assequemur. Primum igitur Osannum recte coniecisse puto (in Diario litt. antiq. 1838. n. 64.), Tungricos Divitensesque vicinos inter se populos fuisse, atque hos quidem prope Tungros in provincia Leodiensi hodierna sedes habuisse. Tum vero *Germanos* fuisse existimo et Tungros et Divitenses, quum una semper [?] commemorentur. Quodsi non fallit nos coniectura, ipsam *Divitensium* nomen e fonte manare videtur Germanico. Etenim antiquissimum esse *gentis* vocabulum *teuta* sive *diut*, supra ostendimus, quod in ipsa iam *Teutonorum* ac *Tuisconis* appellatione comparere nemo nescit. Quidni igitur Germanica aliqua gens inter Mosam Rhenumque mature collocata, vetus nomen servaverit, seque *Divitenses* forte appellaverit? Qui quum bellica praestarent virtute, saeculo quarto, quemadmodum Mattiaci et Salii, Tubantes et Tervingi, Franci et Alamanni, totque alia Germanorum auxilia, in legionibus Romanis per varias Orientis atque Occidentis militabant provincias. Ac si adversus Agrippinensium urbem in dextra Rheni ripa primo vel altero iam post Augustum saeculo castellum conditum fuisse, est credibile, quod Valentinianus aequae ac Constantinus novis auxerant turribus ac munimentis, ingravescente semper Francorum impetu atque incursione, praesidium ibi *Divitensium* fortasse constituerant, a quo nomen postea castrum accepit. Nam non esse appellatos Divitenses ab hoc castello, non opus est ut argumentis etiam confirmemus. Nullam equidem his somniis etymologicis fidem habendam esse demonstrabunt alii; Deycksii aliorumque doctorum virorum populus *Divitensium* Wilthemiani populi *Lactasterorum*, de quo dictum

- Pag. est p. 1102*.sq., vicinus fuit, sed ficticius uterque in Germanico, quamvis patientissimo, solo nunquam exstitit. Fateor *diōitis* cognomen legioni II. Italicae adscribi, memet disertis veterum testimoniis neque nunc comprobare, neque vero, si comprobatur, miri quicquam in eiusce modi cognomine videre posse; Maffaeanam explicationem ut veram habeam, rationes iam olim propositae, neque ullo suo pondere a Deycksio deminutae, faciunt.
- 225*. γ. 19. adde: sed iam cf. quae p. 1094*. ad p. 119*. γ. 25. sq. annotata sunt.
- 226*. γ. 30. post III. c. 35. adde: Ios. Aschbach *Geschichte der Heruler und Gepiden* Ff. ad M. 1835. 8°. (etiam in *Schlosser und Bercht Arch. d. Gesch.* tom. VI.), qui tamen Seniorum nomen Herulis h. l. attributum veteranos significare parum recte interpretatus est.
- ibid. γ. 32. post c. 7. adde: Procop. B. Gotth. II. 14. sq.
- 227*. γ. 2. adde: et de levi armatura vide etiam Procop. B. Pers. II. 25., Iornand. de reb. Get. c. 23. 50., Paul. Diac. de gestis Langob. I. 20.
- 228*. γ. 15. adde: De Leonum appellatione a Caracallo primum adhibitam esse nos edocet Dio Cass. LXXVIII. 6. „Καὶ γὰρ Σκύθας καὶ Κελτοὺς οὐ μόνον ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ δούλους, καὶ παῖδων καὶ γυναικῶν ἀφελόμενος ὀπλίξει καὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὡς καὶ μᾶλλον αὐτοῖς ἢ στρατιώταις θαρσῶν. τὰ τε γὰρ ἄλλα καὶ ἑκατοναρχαῖς ἀφ᾽ εἴμα, Λέοντάς τε ἐκάλεε.
- 234*. γ. 24. adde: In lapide Octodurensi (*Martigny s. Martinach*) ap. Orell. Inscr. Helvet. n. 49. est: s. sq. quod *miles Sequanus* significare videtur.
- Quod p. 240*. i. f. proposui *Bisontii ξυμμον*, egregie confirmatur argenteo Bisonte Vesontione effosso, qui depictus exstat apud Io. Iac. Chiffletium *Vesontio civ. imp. lib.* Lugd. a. 1618. 4°. I. p. 44.
- 241*. γ. 3. sq. ad voc. *Bisontium* in *Noricis* adde (hod. oppidum *Vishna gora*, Germanice *Weichselburg* ad *Kerkae* amnis caput sec. *Katancsich*. *Comm.* in *Plinii Pannoniam* p. 61.)
- 243*. γ. 25. adde: Cf. infra ad p. 96*. γ. 10. sqq. et Cardinali *Diplomi* p. 64. sqq.
- 247*. γ. 8. post γ. *Polam* adde: et *Geogr. Rav.* V. 24. inter *Pullariam* et *Cervariam*
- 249*. γ. 11. adde: Ceterum „in *Lusitania Pacenses iuris Italici*“ fuisse docet *Paul. L. 8. pr. D. de censib. L. 15.* *Primanos* ita extollit *Amianus XVI. 12, 49.* „*Primanorum legionem, locatam in medio, quae confirmatio Castra Praetoria dicitur, ubi densior et ordi-*

- Pag.
nibus frequens miles instar turrium fixa firmitate consistens proelium maiore spiritu repetivit, et vulneribus declinandis intentus sequi in modum mirmillonis operiens hostiam latera, quae nudabat ira flagrantior, districtis gladiis perforabat“.
- 253*. γ. 21. pro ‘oppido *Mohacs*’ pone: vico *Baranyavár* (vide annot. ad p. 91*. γ. 12., infra p. 667*. i. f.)
- 255*. γ. 8. corrige: not. 49.
— γ. 9. adde: et p. 113*. γ. 14.
- 256*. γ. 19. ad v. ‘indicari’ adde: (quod verum esse superior versus 29. cum p. 107*. γ. 9. comparatus ostendit).
- 279*. γ. 32. adde: Vide nunc annot. ad cap. XXXV., ubi hi Catarienses reponendi sunt.
- 283*. γ. 31. corrige: XXX. 5, 13. sq.
- 287*. γ. 20. post v. ‘monuimus’ adde: et infra p. 600*. sq.
- 295*. γ. 2. post *πρωτεύοντα* adde: Id. V. 37. de eunuchis Torentio et Arsacio Pp. et Primic. s. cubiculi. Ambros. ep. ad Valentinian. de legatione sua, a. 387. scripta (XXIII. 2., ed. Ben. p. 888.) „Cum peruenissem Trevisse, postridie processi ad palatium. egressus est ad me vir Gallicanus, praepositus cubiculi, eunuchus regius. poposci adeundi copiam. quaesivit num rescriptum haberem clementiae tuae. respondi habere. rettulit non posse me nisi in consistorio videri . . .“.
- γ. 29. post *προεσιώς*. adde: et V. 37. i. f. *Τερέντιον μὲν ἔταξεν* [imperator a. 408.] *ἄρχειν τοῦ βασιλικοῦ κοιῶνος, Ἀρσακίφ δὲ τὴν μετὰ τοῦτον ἔδωκε τάξιν.*
- 297*. γ. ult. adde: Zosim. V. 37. i. f. dignitalem eius *τὴν μετὰ τὸν ἄρχοντα τοῦ βασιλικοῦ κοιῶνος τάξιν* vocat.
- 315*. γ. 7. post v. ‘nominatur’, adde: (Geogr. Rav. IV. 30. „Papia quae et Ticinus“).
- 322*. γ. 7. ad. vv. ‘*Curae* appellantur’. adde: Immo, cf. ad p. 118*. γγ. 10. sq.
- 344*. γ. 7. adde: cf. Murat. 1056, 4. Titulum dedi p. 688*.
— γ. 10. adde: cf. infra p. 805*. sqq.
- 347*. γ. 19. post XL. 34. adde: Vell. Pat. I. 15, 2.
- 354*. γ. 23. post *κολωνία* adde: (Liv. XL. 34. cf. XXXIII. 55., Vell. Paterc. I. 15, 2.); Cluver. Ital. I. 20. p. 179. sqq.
— γ. 24. adde: Vide etiam infra ad p. 118*. γ. 5.
- 355*. γ. 20. ad v. *Venusia*: (Vell. Paterc. I. 14, 6., Dionys. Hal. in exc. Vales. ed. Tauchn. IV. p. 260., Liv. XXXI. 49.)
— γ. 21. post ‘*patria*’, adde: *Βεγυσία* Plut. in Marcell. 29., *Κανύσιοι*:

- Pag. καὶ Οὐδενούσιοι Appian. B. C. I. 42. qui et aliis locis *Οὐδενούσιοι* memorat.
- 368*. γ. 3. adde: Cf. etiam Muchar. *Das röm. Norikum* I. p. 400. sqq.
- 396*. γ. 6. adde: Huc pertinet lapis Coloniensis non ita diu ante hanc Notitiam scriptus, hic:
- dominis· Γ· IMPERATORIBVS· NOST(ris)
 β. theodosio· FL· ARCADIO· Γ· FL· EVGENIO
 I· CONLABSAM· IVSSV· VIRI· CL·
 arbogastis· COMITIS· Γ· INSTANTIA· VC·
 COMITIS· DOMESTICORVM· EI·
 S EX INTEGRO OPERE FACIVN
 dam cora· IT· MAGISTER PRAELIVS
- Cf. Lersch. *Centralmus.* I. p. 1.
- γ. 11. lege: praetermisi,
- 425*. γ. 14. post). adde: cf. Macri L. 4. pr. D. de off. eius cui mand. I. 21., Ulp. L. 1. §. 4. D. de susp. tut. XXVI. 10.
- 427*. γ. 29. adde post 88.: cf. Ammian. XVII. 11, 5. et ad eum l. annot. p. 503*. not. *
- 431*. γ. 5. ante In adde: „Eustasius rector Tusciae et exactor fisci“ a. 350. Surlus 7. Aug. p. 90.
- γ. 6. post 3648. adde: et in Liguriano apud Gudium 116, 10. (cf. infra c. XLI.)
- γ. 11. post 387, 2. adde: 460, 4. 476, 7. 486, 3.
- γ. 17. post citt. adde: et XXVII. 3, 2.
- 432*. γ. 7. post 365. adde: et Valentis Valentinianique const. ex corp. Hermog. in Consult. c. 9.
- γ. 13. post Pf. P. adde: De Correctore Piceni cf. titulum Ligorianum ap. Gud. 116, 10. infra ad c. XLI. repetitum. — De Iustina, Iusti qui Constantii temporibus Picenum administrasse fertur, filia, altera Valentiniani I. uxore, deque huius imperatoris constitutione, ut binas uxores habere liceret, fabulam narrat Socrat. H. E. IV. 31. Cf. Murat. Annal. Ital. ad a. 367.
- γ. 32. post 763, 7. adde: Ap. Sur. 12. Aug. p. 104. sqq. memoratur Calvisianus praeses Siciliae imp. Diocl. et Max. a. 290. et Consularis Siciliae a. 303. In epistola Constantini imp. ap. Euseb. H. E. X. 5. τοῦ λαμπροτάτου Λατρωιανοῦ τοῦ κοροήτορος Σικελίας mentio fit. Cf. lap. Panormit. ap. Torremuzz. (Panormi 1769. fol.) p. 35. n. XXXII.: RESTITVTORI LIBER|TATIS. AC FVNDATORI | PVBLICAE SECVRITATIS | D. N. LICINIANO LICINIO | PIO. FELICI. INVICTO. AVG | DOMITIVS. LATRONIANVS. V. C. | CORR. P. S. DEVOTVS. NMQVE (= dumini maiestatique) | RIVS. Item p. seq. legitur hic Mazarianus titulus:

Pag.

CLEMENTISSIMO. ET | VICTORIOSISSIMO | D. N. FLAVIO. VALERIO | CONSTANTINO. MAXIMO | PIO. FELICI. INVICTO. AVG | BETITIVS. PERPETVVS | V. C. CORR. PROV. SICIL | DEVOTVS. NVMINI. MAES|TATIQVE. EIVS | SEMPER DICATVS. Lilyb. lap. ap. Grut.1102, 8. (Torremuzz.p.55.n.XLII.) positus est PRO. MERITIS. EXIMIAE. LENITATIS | ET. BENIGNAE. ADMINISTRATIONIS | STREVENO. AC. PRAEDICABILI IVDICI | DOMINO. ZENOPILO | V. C. CONR. PROV. SICIL.

433*. §.9. adde: et titulum Selinunt. ap. Torremuzz. p.63. not.IV.: PRO BEATITVDINE | TEMPORVM DD NN | CONSTANTI ET | CONSTANTIS AA VV CC | STATIONEM A SOLO FECE|RVNT VITRASIVS ORFITVS ET FL | DVLCITIVS VV CC CONSVLARES | P S INSTANTE FL VALERIANO | DVCENARIO ACENTE IN REB ET PP CVRSVS | PVBLICI Apud eund. Torremuzz. M. Valerius Quinctianus Consularis provinciae Siciliae legitur in his inscriptionibus: 1) p.37. n. XXXV. sq. Marsalae: IMP. CAESARI | D. N. VALENTI|NIANO. PIO. FELICI | SEMPER. AVGVSTO | M. VALERIVS. QVINCTIANVS | V. C. CONS. P. S | CLEMENTIAE | PIETATIQVE EIVS | SEMPER DICATIS|SIVS. Ad quem titulum editor annotavit „Valentiniani aeo qui Siciliae praeerat, Consularis dicebatur, veterumque Praetorum, Proconsulum, et Correctorum fungebatur vices; de hoc adeat qui plura cupit Octavii Caietani *Isagogen ad Hist. Sacr. Siculam* cap. 43.⁴ 2) ibid. n. XXXVII. Drepani: I. CAES. FL. VALENTI PIO. FELICI | SEMPER. AVGVSTO. M. VALERIVS | QVINCTIANVS. V. C. CON. P. S. CLEMENTIAE | PIETATIQVE. EIVS. SEMPER. DICATISSIVS.

435*. §.5. post 39. adde: Auson. Parental. XXIII. §.11. '.

— — post 2285. adde: quae ab Ammiano XV. 5,14. 'correctoris dignitas', XXVII. 3, 2. 'correctoris potestas', a Iustiniano Nov. VIII. 'correctoria administratio' dicitur. cf. infra cap. XLIII.

— §. 11. post voc. 'est' adde: et de Tetrico ab Aureliano Correctore Lucaniae facto cf. Vopisc. in Aurelian. 39., Aur. Vict. Caess. 35., Epit. 35., Eutrop. IX.9(13).

— §.25. post XII.1. adde: ibique (Salerni) etiam lap. Grut.1094, 3. inventus est quem FANNIO. VICTORINO | V. C. CORR. LVCANIAE | ET. BRITTIORVM. OB. IN|SIGNEM. BENEVOLEN|TIAM. EIVS. ORDO | POPVLVSQ. SALER|NITANVS posuit.

436*. §.26. post voc. 'invenio', adde: nisi quod apud Corciam *Storia delle 2 Sicil.* I. p. 319. in titulo Allifensi est: FABIVS. MAXIVS. V. C. RECT. PROV. | THERMAS. HERCVLIS. VI. TERRAN MOTVS | EVERSAS RESTITVIT. A. FVNDAMENTIS. cf. Grut. 407, 7.

- Pag.
 437*. γ. 10. ante voc. *Carali* pone : De Praeside P. Vibio P. f. Mariano vide tit. Rom. p. 1128*. transcriptum.
- 442*. γ. 20. ante *Arriano* pone : De Consulari Liguriae qui circa a. 370. Vercellis adulterii accusatam feminam vinculis et euleo tradidit, lege Hieronym. epist. I. 1.
 — γ. ult. lege : Gruter. 165, 2.
- 443*. γ. 2. lege : Orell. 3172.
 — γ. 3. post *PICENI*. adde : Grut. 407, 8. (Rom.) *FABIANO. TITIANO. V. C | CORRECTORI. FLAMINIAE | ET. PICENI. CONSVLARI. SICILIAE. PROCONSVLI | PROVINCIAE. ASIAE. . . . CONSVLI. ORDINARIO* (a. 337. p. Chr. n.)
 — γ. 5. post 1087. adde : De *CONSVLARI. PICENIANO* (Rom.) Grut. 471, 8. Orell. 3171.
- 447*. sq. not.* adde suo quemque loco :
 a. 313. *Patricius*. (Euseb. H. E. X. 6.)
 - 362. *Anicianus*. }
 - 363. *Avitianus*. } ?
 - 381. *Celsinus Titianus*. (Symmach. Ep. I. 64.)
 - - L. 84. de decurion. XII. 1. ad *Camenium Vicarium Africae*.
- 455*. γ. 9. adde : Morcell. I. p. 111. „*Bisa* uber est Phoenicibus, unde et Byzacium feracissima frumenti regio appellata creditur. vid. Borchart. Geogr. sacr. lib. I. cap. 25. pag. 492.“
 — γ. 14. post 420*. adde : Inscriptionem a. 295. datae L. 28. C. ad L. Iul. de adult. IX. 9. „*Imp. Diocl. et Max. AA. et CC. Concordio Proconsuli Numidiae*“ falsam ac cum mss. non nullis *Praesidi pro Proconsuli* legendum esse, etiam Morcell. II. p. 175. vidit. Si praec. meliores codices haberent, legerim *Procuratori Numidiae*. — Anno 310. p. Chr. n. Zenophilus, a. 410. Generosus Consulares Numidiae fuerunt sec. Augustin. epist. 43. c. 6. n. 17. et epist. 116. Cf. Morcell. II. p. 224. sq. III. p. 43. Secundum Odericum p. 132. 141. a. 332. *Alfenus Ceionius Iulianus Kamenius Numidiae consularis* praefuit.
 — γ. ult. adde : *Officium consularitatis sedis Numidiae memoratur ap. Fabrett. p. 99. 204.*
- 456*. γγ. 13. sq. per errorem dictum est, Tripolitanam nunquam correctoriam fuisse. cf. p. 606*, ad p. 88*.
- Numeri 460*. 461*. in numerandis paginis bis positi sunt, ubi iterum 460*. est, pone 462*. et pro iterato numero 461*. corrige 463*.
- 461*. γ. 20. adde : *Maurocellium Vicarium sub Honorio memorat Idat. Chron. p. 19. ed. Roncall.*

Pag.

465*. §. 8. post 283, 8. adde: (et paullo aliter ap. Cean-Bermudez p. 346.)

466*. §. 16. post 'cit.' adde: cf. infra p. 1025*. ad p. 119*. §. 10.

— §. 28. post v. 'divisione' adde: Strab. p. 166. sq. (ed. Almelo. v. p. 253. sq.) et

468*. §. 3. post v. 'memini'. adde: De Paulino sororis suae genero Auson. in parentalib. XXIII. §§. 11. sq.

„Nam Correcturae tibi Tarraco Hibera tribunal

Praebuit, adfectans esse clienta tibi“.

469*. §. 9. adde: Cf. etiam Mannert. X. 2. p. 467.

470*. §. 5. adde: et *Noticias histórico-topográficas de la isla de Mallorca por D. Joaquin Maria Bover de Rosselló. Palma 1836. 16°.*, qui libellus, in his nostris regionibus rarissime obuius, descriptione sua musei Cardinalis S. R. E. Antonii Despuig memorabilis est.478*. §. 12. adde: Explicationem lapidis Arelatensis, recentioris puto, ap. Maff. Gall. antiqq. Veron. 1734. 4°. p. 97., quem frustra in Etrangani libro *Etudes archéolog. sur Arles. Aix 1838. 8°.* quaesivi, cuiusque aetatem accuratius definire non magis quam de eius fide meam obligare possum, aliis relinquo. habet autem sic: VIR AGRIPINENSIS NÔIE GEMINVS | HIC IACET QVI POST DIGNITATEM | PRAESIDATVS ADMINISTRATOR RATIONVM | NOVEN PROVINCIARVM DIGNVS EST | HABITVS HIC POST ANNOS XXXVIII | M̄ II D. V̄I FIDELIS IN FATA CONCESSIT | CVIVS INSIGNEM GLORIAM CIVIS | SVI SEPVLCHRI GRATIA ADORNAVER

481*. §. 29. corrige PATRICIAE

486*. §. 31. post v. 'habeo' adde: praeter Titi Varii Clementis, de quo cf. Gruter. p. 482. imprim. num. 5.

495*. §. 30. pro *Sens* pone: *Mans* et post *Rennes* adde: *Angers*,

497*. §. 11. pro XIII. pone XIII. Ceterum p. 852*. not. * monitum est, hoc opus Ricardi Corinensis non esse, sed ante hoc fere saeculum a Dano quodam veteratore compositum.

503*. not. * §. 26. corrige: *vices* (pro *vicens*)516*. §. 15. corr.: *Dignn.*521*. §. 19. corr.: *vinciae*541*. §. 4. post 13. adde: vide etiam *Lehnes gesamm. Schr. II. p. 284. sq.*

543*. §. 2. post v. "tenuerunt" adde: cf. infra p. 601*.

548*. §. 30. post 1840. II. adde: Sharon-Turner *History of the Anglo-Saxons.* ed. VI. lib. II. cap. 4.562*. §. 22. adde: et imprimis etiam F. G. Welckeri elegantissimam disputationem *Die Homerischen Phäaken und die Inseln der Seligen*

- Pag. in eiusd. *Kleins Schriften zur griech. Literaturgesch.* Bonn. 1845. 8°. tom. II. p. 1...79.
- 582*. ad notae γ. ult. adde: Sed cf. infra p. 852*. sq. not. *
- 595*. γ. 7. i. f. corr.: Argent-
- 672*. γ. 29. post 118*. γ. 20. adde: p. 121*. γ. 17.
- 691*. γ. 19. post v. Pannoniam^u. adde: sed cf. infra annot. ad cap. XLVI. p. 1193*. sq.
- 742*. γ. 32. adde: neque Mansegg *Iwoavia, eine archäol. hist. Darstell. der Merkwürdd. des jets. Salzburgs m. Abbild.* Sulzbach 1842. 8°.
- 768*. γ. 20. post primam syllabam adde: , item *tendere* (cf. Gruter. 1096, 6. NVMBRO | TENDENTIVM. IN. PONTO.)
- 810*. γ. 10. adde: Io. Iac. Chiffletius in libro 'Vesontio civitas imperialis libera Sequanorum' Lugd. 1618. 4°. p. 113. habet: „Viro spectabili Maximae Sequanorum praesidi parebat *Dux Limitaneus Sequanorum*, qualem *Cornelium* quemdam legimus, in actis SS. Ferreoli et Ferrucii; et Zenonis tempore *Aegidium*“. De his Cornelio et Aegidio nunc Acta SS. adire nolo. sed monendum est Praesidem Maximae Sequanorum neque spectabilem fuisse, neque Ducem Sequanicum, militarem potestatem, sub se habuisse.
- 966*. γ. 16. post v. "Altripe". adde: Ex iisdem laudibus hic quoque locus cap. 3. enotandus est: „Quisquis arcana naturae scrutari postulat, te sequatur: non fluminum meatibus, non obiectu montium, non itinerum errore tardabitur. omnia adversum barbaros patent, quae sunt munita pro nobis. scit bicornis iste vicinus succumbendum esse rostratis, ne ei necesse sit viam praebere vestigiis; cui possibile est fluenta contegere, ludus est navigare. Nec arduis locorum obicibus impedimur. testis est haec ipsa *ripa* barbariae, cui *altiludo* nomen inposuit, imis summa caessissae, ascendentem fugere nuper exercitum, qui occurrere per plana potuerunt“.
- 1059*. rubric. corrige LÆTIS.
- 1177*. not. *. γ. 3. corr.: fuerit (pro fuisset)
- 1178*. γ. 18. adde post VII: 20.

EXEMPLARIS NOSTRI		EXEMPL. LABB. Paris. a. 1661. 16 ^o .		PANCIROLI EXEMPLARIVM 1599. 1602. 1608. fol. editorum	
paginae	caput	sectio	paginae	capita comment.	folia
3 ^a ...7 ^a .	I.	XXXIV.	57...60.	I.	114 ^a ...115 ^a .
8 ^a ...11 ^a .	II.	XXXV.	60.61.	II.	115 ^a ...117 ^a .
12 ^a ...14 ^a .	III.	XXXVI.	61...63.	III.	117 ^a ...118 ^a .
15 ^a .16 ^a .	IV.	XXXVII.	63.64.	IV...XIX.	118 ^b ...123 ^a .
17 ^a ...28 ^a .	V.	XXXVIII.	64..69.	XX...XXIV.	123 ^b ...132 ^b .
29 ^a ..32 ^a .	VI.	XXXIX.	70...72.	XXV...XXXVII.	132 ^b ...135 ^a .
33 ^a ...40 ^a .	VII.	XL.	72...80.	XXXVIII.	135 ^a ...137 ^a .
41 ^a .	7A.	deest		XXXIX.	137 ^a .137 ^b .
42 ^a ...44 ^a .	VIII.	XLI.	80.81.	XXX...XXXIII.	138 ^a ...139 ^a .
45 ^a .	IX.	—	82.	XXXIII.	139 ^a .139 ^b .
46 ^a ...51 ^a .	X.	XLII.	82...87.	XXXV...XLI.	139 ^b ...143 ^a .
52 ^a ...54 ^a .	XI.	XLIII.	87...89.	XLII.	143 ^b ...145 ^a .
55 ^a .	XII.	—	89.	XLIII.	145 ^b .
56 ^a .	XIII.	deest		XLIII.	146 ^a .146 ^b .
57 ^a .58 ^a .	XIV.	—	89.	(sic) XLIII.	146 ^b .147 ^a .
59 ^a .	XV.	—	90.	XLV.	147 ^a .147 ^b .
60 ^a .	XVI.	—	90.	(sic) XLVII.	148 ^a ...149 ^a .
61 ^a .62 ^a .	XVII.	XLIV.	90.91.	XLVIII...LVI.	149 ^a ...151 ^b .
63 ^a .64 ^a .	XVIII.	XLV.	91.92.	LVII...LXI.	151 ^b .152 ^a .
65 ^a .66 ^a .	18A.	deest		[LXII...LXIII.	152 ^a ...153 ^a . <i>Vicar. Illyr. oc</i>
67 ^a .68 ^a .	XIX.	XLVI.	92.	LXV.LXVI.	153 ^a ...154 ^b .
69 ^a .70 ^a .	XX.	XLVII.	93.	LXVII.	155 ^a ...156 ^a .
71 ^a ...73 ^a .	XXI.	XLVIII.	94.95.	LXVIII.	157 ^a ...158 ^a .
74 ^a .75 ^a .	XXII.	XLIX.	95.	LXIX.	158 ^a .158 ^b .
76 ^a ...78 ^a .	XXIII.	L.	96.97.	LXX.	159 ^a ...160 ^a .
78 ^a .79 ^a .	XXIV.	LI.	97.98.	LXXI.	160 ^a .160 ^b .
80 ^a .81 ^a .	XXV.	LII.	98.99.	LXXII.	161 ^a .161 ^b .
82 ^a .83 ^a .	XXVI.	LIII.	100.	LXXIII.	162 ^a .162 ^b .
84 ^a .	XXVII.	—	100.	LXXIII.	163 ^a .163 ^b .
85 ^a .	XXVIII.	—	100.	LXXX.	164 ^a .
86 ^a .87 ^a .	XXIX.	LIV.	101.	LXXXVI.	164 ^b . <i>De Comite Illyrici.</i>
88 ^a .89 ^a .	XXX.	LV.	102.103.	LXXXVII.	— — — <i>Hispania:</i>
90 ^a ...93 ^a .	XXXI.	LVI.	103...105.	LXXXVIII.	165 ^a .165 ^b .
94 ^a ...97 ^a .	XXXII.	LVII.	106...108.	LXXXIX.	166 ^a ...167 ^a .
98 ^a ...100 ^a .	XXXIII.	LVIII.	108...110.	(sic) LXXXI.	167 ^a ...168 ^b .
101 ^a ...103 ^a .	XXXIV.	LIX.	110...112.	LXXXII.	168 ^b ...170 ^a .
104 ^a .105 ^a .	XXXV.	LX.	113.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
106 ^a ...108 ^a .	XXXVI.	LXI.	113...115.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
108 ^a .109 ^a .	XXXVII.	LXII.	115.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
110 ^a .111 ^a .	37A.	deest		LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
112 ^a ...115 ^a .	XXXVIII.	LXIII.	116...119.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
116 ^a .117 ^a .	XXXIX.	LXIV.	119.120.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
118 ^a ...122 ^a .	XL.	LXV.	120...124.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
123 ^a .124 ^a .	XLI.	LXVI.	125.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
124 ^a .	XLII.	—	125.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
125 ^a .126 ^a .	XLIII.	LXVII.	126.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
126 ^a .	XLIV.	—	126.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
127 ^a .128 ^a .	XLV.	—	126.127.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .
128 ^a .	XLVI.	—	127.	LXXXIII.	170 ^b ...171 ^b .

PANCIROLI EXEMPLARIUM		RVBRICAE.	
Genev. a. 1623. fol. paginae	n Thes. Graev VII. columnae	capita	
7.8.	1787...90.		<i>Index.</i>
8...12.	1790...93.	1.	Pf. P. per Italiam.
12.13.	1793...95.	2.	- - Galliarum.
13...26.	1795...1818.	3...18.	Pf. urbis Romae.
5 27...37.	1819...46.	19...23.	Mag. peditum praesent.
37...53.	1846...54.	23...26.	- equitum -
54...57.	1855...61.	27.	Qui numeri ex praedict. <i>et c.</i>
57.	1861...62.	28.	<i>Praepositus s. Cubiculi.</i>
58...61.	1862...68.	29...32.	Magister Officiorum.
10 61.62.	1868.	33.	Quaestor.
62...70.	1868...81.	34...40.	Comes ss. Largitionum.
71...75.	1881...86.	41.	- Privatarum.
75.76. [c.XLII.]	1885...87.	42.	Comites Domesticorum.
15 76.77.	1887...88.	43.	<i>Primicerius s. Cubiculi.</i>
77.78.	1888.	44.	<i>Castrensis s. Palatii.</i>
78.79.	1888...89.	45.	<i>Primicerius Notariorum.</i>
80...82.	1889...93.	46.	<i>Magistri Scriniarum.</i>
82...88.	1893...1904.	47...55.	Proconsul Africae.
20 88.89.	1904...10.	56...63.	Vicarius urbis Romae.
89...91.			<i>Vicarius Italiae.</i>
91...94.	1911...17.	64.65.	Vicarius Africae.
95...97.	1917...22.	66.	- Hispaniae.
98...101.	1921...28.	67.	- Septem provinciarum.
25 102.103.	1927...30.	68.	- Britanniarum.
104...106.	1931...36.	69.	Comes Africae.
107.108.	1935...38.	70.	- Tingitaniae.
109...111.	1937...42.	71.	- litoris Saxon. per Britann.
111.112. [c.CLXXXIII.]	1941...44.	72.	- Britanniae.
30 113.114.	1943...46.	73.	- Italiae.
115.	1947...48.	74.	- Argentoratensis.
116.	1948...49.	75.	
116.117.	1949...50.	76.	
117.118.	1951...54.	77.	Dux et Praeses Mauritaniae.
35 119...121.	1953...58.	78.	- provinciae Tripolitanae.
121...124.	1957...64.	79.	- Pannoniae II. et Saviae.
125...128.	1963...70.	80.	- provinciae Valeriae Ripensis.
129...131.	1971...76.	81.	- Pannoniae I. et Norici Ripensis.
132...134.	1977...82.	82.	- Raetiae I. et II.
40 135.136.	1981...84.	83.	- provinciae Sequanici.
136...138.	1983...88.	84.	- tractus Armorici et Nervicani.
139.140.	1989...92.	85.	- Belgicae Secundaе.
140.	1992.	86.	<i>Dux Germaniae Primaе.</i>
141...144.	1993...2000.	87.	<i>Dux Britanniarum.</i>
45 145.146.	2001...5.	88.	- Mogontiaccensis.
146...151.	2005...14.	-	<i>Praepositurae Mag. Mil. praes. a parte ped.</i>
152.153.	2013...16.	89.	Consularis Campaniae.
153.	2015.	-	Ceteri Consulares.
154.155.	2015...18.	90.	Corrector Apuliae et Calabriae.
50 154.	2017.	-	Ceteri Correctores.
155.156.	2017...20.	91.	Praeses Dalmatiae.
156.	2019.	-	Ceteri Praesides.

